www.e-rara.ch

Opus epistolarum divi Hieronymi Stridonensis, una cum scholiis Des. Erasmi Roterodami

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Parisiis, anno 1533

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-29163

Epistolae sive libri epistolares divi Eusebii Hieronymi Stridonensis, vetustissimorum codicum collatione diligentissime recogniti ab Erasmo Roterodamo sacrae theologiae professore, & eiusdem ...

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

EPISTOLAE
SIVE LIBRI EPISTOLARES diui Eusebij Hieronymi Stridonensis, vetustissimorum codicū collatione diligentissimè recogniti ab Erasmo Roterodamo sacræ Theologiæ professore, & eiusdem argumētis, ac Scholijs illustrati.

ARGVMENTVM DES. Erasmi Roterodami Theologi, in epistolam sequentem.

CVm diuus Hieronymus eremum adisset, Heliodorū sodalem charissimum, qui ipsum officij causa fuerat prosecutus, vt alibi testatur, conatus est apud se retinere: quod cùm nō potuisset efficere, literis ad illum datis, hortatur ad solitariæ vitæ societatē. Refellēs singula, quæ eū vel ab eremo deterrere, vel in vrbibus remorari possent, ostendens{que} quàm nō sit tutum episcopi munus suscipere, & quàm non facile tueri susceptum. Deinde, velut in peroratione, eremiticæ vitæ felicitatem decantat, ac supremi iudicij terrorē ob oculos ponit. Huius epistolæ nominatim mētionem facit in Catalogo operum suorum, & exhortatoriā vocat. Scripsit autem admodū adolescēs, ac penè puer, quēadmodum in proxima testatur epistola, illud addens, sese in hac calentibus adhuc rhetorum studijs, pro illius ætatis ratione, scholastico flore lusisse. Proinde scatet metaphoris, allegorijs, etiam fabulosis, epiphonematis, dilēmatis, ac reliquis id genus orationis ornamentis. Conatus artis eiusmodi est, vt tyronem, sed summæ spei tyronem possis agnoscere. Cæterum argumenti genus προτρεπτικόν est, de quo paulò pòst dicemus.

AD HELIODORVM De laude vitæ solitariæ.

QVāto[1] amore &[a] studio cōtenderim, vt pariter in eremo moraremur, conscium mutuæ charitatis pectus agnoscit. Quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu, te abeūtem prosequutus sim, istæ quoq; literæ testes sūt, quas[2] lachrymis cernis interlitas. Verū tu quasi paruulus delicatus, contēptum rogantis per blādimenta fouisti: & ego incautus, quid tunc agerem, nesciebam.[b] Tacerem? Sed quod ardēter volebam, moderatè dissimulare nō poteram. Impēsius obsecrarem? †Sed audire nolebas, quia similiter nō amabas. Quod vnū potuit, spreta charitas fecit. Quem præsentem retinere non valuit, quærit absentem. Quoniam igitur & tu ipse abiēs postularas, vt postea quàm ad deserta migrassem, inuitatoria ad te scripta transmitterē, & ego me facturum promiseram: †[c] Inuito, Iam propera.[d] Nolo[3] pristinarū necessitudinum † recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te lōginquæ † peregrinationis terreat difficultas. Qui in Christum credis, & eius crede sermonibus. Quærite primùm regnum dei, [& iustitiā eius,] & hæc omnia apponentur vobis. Nō pera tibi sumēda, nō virga est.[4] [e] Affatim diues est, qui cum Christo pauper est. [f] Sed quid ago? Rursus improuidus obsecro? Abeant preces, blandimenta discedant. [g] Debet amor læsus irasci. Qui rogantem contempseras, forsitan audies obiurgantem. [h] Quid facis in paterna domo[i] delicate miles? Vbi[5] vallum? vbi fossa? vbi hyems acta[6] sub pellibus? Ecce de cœlo tuba canit: Ecce cum nubibus debellaturus orbē, imperator armat[9] egreditur: Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedēs, obuia quęq; metit, & tu mihi[k] de cubiculo ad aciem, tu de vmbra egrederis ad solem? Corpus[7] assuetū tunicis, † loricæ onus nō fert. † [8] Caput opertum linteo, galeam recusat. Mollem ocio manu, durus[9] exasperat capulus. [l] Audi edictum regis tui: Qui non est mecum, contra me est: & qui mecū nō colligit, spargit. [10] Recordare[11] tyrocinij tui diem, quo Christo[12] in baptismate consepultus,[13] in sacramēti verba iurasti: pro nomine eius nō patri † parciturū esse, nō matri. † [m] Ecce aduersarius, in pectore tuo, Christum conatur occidere. Ecce donatiuum quod militaturus accepperas, hostilia castra suspirat. [14] [n] Licèt paruulus ex collo pēdeat nepos, licèt sparso crine & scissis vestibus, vbera quibus te nutrierat mater ostendat: licèt in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, siccis oculis [o] ad vexillum crucis euola. [15] [p] Solū pietatis gen9 est, in hac re esse crudelē. [16] [q] Veniet, veniet postea dies, quo victor reuertaris in patriā: quo[r] Hierosolymam cœlestē vir fortis [s] coronatus [t] incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies. Tunc & parentibus tuis, eiusdem ciuitatis ius petes. Tunc & pro me rogabis, qui te vt vinceres incitaui. [17] [u] Neq; vero nescio, qua te dicas nunc compede prępediri. Non est nobis ferreū pectus, nec dura præcordia. [18] Non ex silice natos Hyrcanæ nutriere tigrides. † Et nos iper ista trāsiuimus. [x] Nūc tibi blādis[19] vidua sopor hæret lacertis, nūc illi[20] cum quibus adoleuisti vernulæ, † aiūt: Cui nos seruituros relinquis? Nūc † & gerula quondam, iam anus, & nutricius secundus post naturalē pietatē † pater clamitat: [21] Morituros expecta paulisper, & sepeli. † Forsitā & laxis vberū pellibus mater, arata rugis frōte, antiquū[22] referens māmæ lallare,[23] cogeminet. [24] Dicant si volunt & grammatici: In te omnis domus inclinata recumbit. [y] Facilè rūpit hæc vincula amor dei, † & timor gehennæ. [z] At contrà scriptura præcipit parentibus obsequendum. [22] sed quicunque eos supra Christum amat, perdit animam suam. Gladiū tenet hostis vt me perimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? [bb] Propter patrem militiā Christi deseram,[25] cui sepulturam Christi causa [præstare] non debeo, quā etiam omnibus eius causà debeo? [cc] Domino passuro timidè Petrus consulens scādalum fuit. Paulus retinentibus se fratribus, ne Hierosolymam pergeret, respondit: Quid facitis plorātes, & conturbantes cor meum? Ego enim nō solum ligari, sed & mori in Hierusalem parat9 sum pro nomine domini Iesu Christi. [26] [dd] Aries iste pietatis, quo fides quatit, euangelij retundendus est muro. [ee] Mater mea & fratres mei hi sūt, quicūq; faciunt voluntatem patris mei, qui in cœlis est. [27] [ff] Si credūt in Christū, faueāt mihi pro eius nomine pugnaturo. Si nō credunt, mortui sepeliant

a mortuos

Militia, vita Christiani.

In baptismo datur nomen.

† matri.

† patri.

Victoria.

† Nō ex silice natus. Hyrcanæ non te nutriere tigrides.

† vernaculi.

† Necnon

† pietatis.

† aliàs, pater clamitat moriturus, expecta paulisper & sepelies.

† Christi

Mat. 16.

Act. 21.

Luc. 8.

† postulabam.

† ego facturus recepperam.

† necessitatum.

† antiquæ.

Mat. 6.

G mortuos ſuos. [88] Sed hoc ais in martyrio. [hh] Erras frater, erras, ſi putas vnquã Chriſtianũ perſequutionem non pati: & tũc maximè oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis. Aduerſari[9] noſter tanquã leo rugiens, aliquem deuorare quęrens circumit, & tu pacem putas? Sedet in inſidijs cũ diuitibus, vt in occultis † interficiat innocentẽ. Oculi eius in pauperem reſpiciunt. Inſidiatur in occulto ſicut leo in ſpelunca ſua: † inſidiatur vt rapiat pauperem, & tu frondoſæ arboris tectus vmbraculo, molles ſomnos, futur[9] † prẹda, carpis? [28] Inde me perſequitur luxuria: Inde auaritia conatur irrumpere: Inde venter meus vult mihi deus eſſe pro Chriſto: [29] Cõpellit libido vt habitantẽ in me ſpiritum ſanctum fugem, vt templum eius violem. Perſequitur, inquã, me hoſtis, [10] cui nomina mille, mille nocendi artes: & ego infelix victorem me putabo, dum capior? [ii] Nolo frater chariſſime examinato põdere delictorum, minora credas idololatriæ crimine eſſe, quæ diximus. Imò Apoſtoli diſce ſententiam, qui ait: Hoc enim ſcitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, aut fraudator, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Et quanquam generaliter aduerſus deum ſapiat, quicquid diaboli eſt: & quod diaboli eſt, idololatria ſit, cui omnia idola mancipantur: tamẽ & in alio loco ſpeciatim, nominatimq; determinat, dicens: Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, deponentes fornicationẽ, immundiciam, & concupiſcentiam malam, & cupiditatem, quæ ſunt idolorum ſeruitus, propter quę venit ira dei. [kk] Non eſt tantũ in eo ſeruitus idoli, ſi quis duobus digitulis, thura [comprehenſa] in buſtũ arę iaciat, aut hauſtũ pateræ poculo fundat merũ. [ll] Neget auaritiam eſſe idololatriã, qui poteſt triginta argenteis dominum venditum, appellare iuſtitiam. Neget ſacrilegium in libidine, ſed is, qui [31] mẽbra Chriſti & hoſtiam viuam placentem deo, cum [32] publicarum libidinum victimis, nefaria colluuione violauit. Non fateat fraudem idololatriam eſſe, ſed ſimilis eorum, † qui in actibus apoſtolorum ex patrimonio ſuo partem precij reſeruantes, præſenti periere vindicta. Animaduerte frater, non tibi licet de tuis quicquã habere reb[9]. [mm] Omnis, inquit dominus, qui nõ renunciauerit cunctis quę poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Cur timido animo Chriſtian[9] es? Reſpice Petro relictum rhete: † Reſpice ſurgentẽ [33] de teloneo publicanum, ſtatim apoſtolum. Filius hominis non habet, vbi caput reclinet: & tu amplas porticus, & ingentia tectorum ſpatia metiris? [nn] Hæreditatem expectans ſeculi, cohæres Chriſti eſſe nõ poteris. [oo] Interpretare vocabulũ monachi, hoc eſt nomẽ tuum. Quid facis in turba qui ſolus es? [pp] Et hoc ego, nõ integris rate vel mercibus, nec quaſi ignarus fluctuũ prẹmoneo, † ſed quaſi nuper naufragio eiectus in littus, timida nauigaturis voce denũcio. In illo æſtu [34] Charybdis luxuriæ, ſalutem vorat. Ibi ore virgineo, ad pudicitię perpetranda naufragia, [35] Scyllaceũ renidens, libido blanditur. Hìc barbarum littus, hìc diabolus pyrata, cum ſocijs portat vincula capiendis. Nolite credere, nolite eſſe ſecuri. Licèt in modum ſtagni fuſum æquor arrideat: licèt vix ſumma iacentis elementi ſpiritu terga criſpẽtur, K magnos hic campus montes habet. Intus incluſum eſt periculum, intus eſt hoſtis. Expedite rudentes, vela ſuſpendite: Crux antemnę figatur in frontibus. [qq] Trãquillitas iſta tẽpeſtas eſt: Sed forſitan dicturus es: [rr] Quid ergo? Quicunq; in ciuitate ſunt, Chriſtiani non ſunt? Nõ eſt tibi eadem cauſa quæ cæteris. Dominum auſculta dicentem: Si vis perfectus eſſe: vade, vende omnia tua Matt. 19. & da pauperibus, & veni ſequere me. Tu autem perfectũ te fore † pollicitus es. Nam cũ derelicta † eſſe. militia, te caſtraſti propter regna cœlorum, quid aliud quàm perfectam ſequutus † es vitã? Perfe- † ſectatus. ctus autem ſeruus Chriſti, nihil præter Chriſtum habet. Aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt. Et ſi perfectus non eſt, cùm ſe perfectum fore deo pollicitus ſit, antè mentit[9] eſt. Os Sap. 1. autem quod mentitur, occidit animam. Igitur, vt concludam: Si perfectus es: cur bona paterna deſideras? Dominum fefelliſti, ſi perfectus non es. Diuinis euangelium vocibus contonat: Non po- Lucæ. 16. teſtis duobus dominis ſeruire: & audet quiſquam L mẽdacem Chriſtum facere, Mammonæ & domino ſeruiendo? Vociferatur ille ſæpe: Si quis vult Lucæ. 9. poſt me venire, abneget ſemetipſũ [ſibi,] & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Et ego onuſtus auro arbitror me Chriſtũ ſequi? Qui dicit ſe in Chriſtũ credere, debet quomodo ille ambulauit & ipſe ambulare. Quod ſi nihil habes (vt te reſponſurum ſcio) cur, tam bene paratus ad bella, non militas? Niſi forte in patria tua te arbitraris hoc facere, cũ in ſua dominus ſigna nõ fecerit. [16] Et cur id? Cum authoritate ſume rationem. Nemo propheta in patria ſua honorem habet. Non quæro, inquies, honorem: Sufficit mihi conſcientia mea. Neque dominus quærebat, quippe qui ne à turbis rex conſtitueret, aufugit. [ff] Sed vbi honor nõ eſt, ibi contemptus eſt. Vbi contemptus, ibi frequẽs iniuria. Vbi autem iniuria: ibi & indignatio. Vbi indignatio: ibi quies nulla. Vbi quies non eſt: ibi mẽs à propoſito ſępe deducitur. Vbi autẽ per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio: min[9] fit [neceſſe eſt] ab eo quod tollit. Et vbi min[9] eſt, perfectũ nõ poteſt dici. Ex hac ſupputatiõe, ſumma illa naſcitur, monachũ in patria ſua perfectũ eſſe M non poſſe. Perfectum autem eſſe nolle, delinquere eſt. Sed de hoc gradu pulſus, prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeam dicere: qui certe in ſuis vrbibus commorantur? Abſit vt de his Dignitas quicquam ſiniſtrum loquar: qui apoſtolico gradui clericorũ. ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos & nos Chriſtiani ſum[9]. Qui claues regni cœlorum habentes, quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui ſponſam domini ſobria caſtitate cõſeruant. Sed alia, vt antè perſtrinxi, monachorum eſt cauſa: alia clericorũ. [tt] Clerici paſcunt oues: ego paſcor. Illi de altario viuunt: mihi quaſi infructuoſæ arbori, ſecuris ponitur ad radicem, ſi munus ad altare nõ defero. Nec poſſum Monachi obtendere paupertatem, cùm in Euangelio anum olim offe- viduam, duo, quæ ſola ſibi ſupererant, æra mitten rebant clericis. tem, laudauerit dominus. Mihi ante preſbyterum ſedere non licet: illi, ſi peccauero, licet tradere me Satanę in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit. [17] Et in veteri quidẽ lege, quicunq; ſacerdotibus

non

† cum diuitibus i occultis, vt. † cubili ſuo.

† futura. Hoſtes varij.

† aliàs, Nõ fateatur idololatras eſſe eos, & ſimiles eorum. i

† Reſpice Petrũ, relictũ rhete. aliàs, Reſpice cum Petro relictũ rhete.

† Sed hæc ego, nõ integris rate vel mercibus, quaſi ignarus fluct. & idoctus naufragij prædicit. monet. præmoneo.

A non obtẽperaſſet,aut extra caſtra poſitus, lapida batur à populo,aut gladio ceruice ſubiecta,contẽ ptum expiabat cruore.Nunc vero inobediẽs,ſpiritali mucrone truncatur:aut eiectus de eccleſia, rabido dæmonũ ore diſcerpitur.Quod ſi te quoque ad eundem ordinem,pia fratrum blandimenta ſolicitant, gaudebo de aſcenſu , ſed timebo de lapſu . Qui epiſcopatum deſiderat,bonum opus deſiderat . Scimus iſta:ſed iunge quod ſequitur: Oportet autem huiuſmodi irreprehenſibilẽ eſſe, vnius vxoris virũ,ſobrium,pudicum,prudẽtem, ornatũ,hoſpitalẽ,docibilem, non vinolentũ,non pcuſſorẽ,non litigioſum,ſed modeſtũ:& cęteris quę de eo ſequũtur explicitis,nõ minorẽ in tertio gradu adhibuit diligentiã,dicẽs : Diaconos ſimiliter pudicos:non bilingues, non multo vino deditos,[38]nõ turpilucros: habentes miniſterium fidei in cõſcientia pura. Et hi autẽ probentur primùm:& ſic miniſtrent,nullum crimen habentes.

Clericus inutilis. Væh illi homini,qui veſtem non habens nuptialem,ingreditur ad cœnam. Nihil ſupereſt,niſi vt

Matt.22. ſtatim audiat:Amice quomodo huc intraſti? Et illo obmuteſcẽte dicatur miniſtris:Tollite illum,

B ligatis manibus & pedibus:& mittite eũ in tenebras exteriores,vbi erit fletus & ſtridor dẽtium. Væh illi qui acceptum talentũ in ſudario ligans, cęteris lucra facientibus,id tantum quod acceperat reſeruauit.Ilico indignantis domini clamore

Mat.25. ferietur:Serue nequam:quare nõ dediſti pecuniã meam ad menſam,& ego veniens cum vſuris exegiſſem eã?Id eſt,depoſuiſſes ad altare, quod ferre nõ poteras.Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes,alterius locũ, qui pecuniam duplicare poterat,occupaſti. Quamobrẽ ſicuti qui bene miniſtrat,[39]bonum gradum ſibi acquirit:ita

1.Cor.11. qui indignè ad calicem domini accedit: reus erit dominici corporis & ſanguinis.[40]Nõ omnes epiſcopi,epiſcopi ſunt.Attendis Petrum:ſed & Iudã cõſidera.[41] Stephanum ſuſpicis:ſed & Nicolaum reſpice,quem dominus in Apocalypſi, ſua damnat ſententia.Qui tam turpia & nefanda cõmẽtus eſt, vt [42] Nicolaitarum hæreſis ex illa radice naſcatur.Probet ſe vnuſquiſq;, & ſic accedat.Nõ

C facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornenelius centurio adhuc ethnicus, dono ſancti ſpi-

Acto.10. Daniel.13. ritus mundatur . Preſbyteros Daniel puer iudicat.[41] Amos ruborum mora diſtringens,repentè

1. Reg.16. ppheta effect9 eſt.Dauid paſtor eligitur in regẽ.

Mat.18. & Ioan.19. Minimum diſcipulũ Ieſus amat plurimũ . Inferius frater accumbe : vt minore adueniente, ſurſum iubearis aſcendere.Super quem dominus re-

Lucæ.14. Eſa.66. quieſcit,niſi ſuper humilẽ & quietũ,& tremẽtem verba ſua?Cui plus creditur,plus ab eo exigitur.

Sap.6. Potentes potẽter tormẽta patiẽtur. Ne ſibi quiſquam de corporis tantum mundi caſtitate ſupplaudat,cùm omne verbum ocioſum,quodcunq; loquuti fuerint homines,reddituri ſint pro eo ra-

Matt.12. tionem in die iudicij:cùm etiã conuicium in fra-

Mat.5. trem homicidij ſit reatus.Nõ eſt facile ſtare loco

Epiſcopi, vices agũt Petri & Pauli. Pauli:tenere gradum Petri:iam cum Chriſto regnantium:ne forte veniat angelus,[44] qui ſcindat velum templi tui,qui candelabrum tuum de loco moueat.Aedificaturus turrim,futuri operis ſumptus ſupputa.Infatuatũ ſal ad nihil eſt vtile,niſi vt proijciatur foras,& à porcis conculcetur.Mo-

nachus ſi ceciderit , rogabit pro eo ſacerdos. Pro D
ſacerdotis lapſu,quis rogatur9 eſt? uu Sed quoniam è ſcopulosis locis enauigauit oratio , & inter canas† ſpumeis fluctib9 cauteis,fragilis in al- †cauas.
tum cymba proceſſit,expandenda vela ſunt ventis,& quęſtionum ſcopulis tranſuadatis,lætantiũ more nautarum,[45] epilogi[46] †celeuma cantãdum †è pelago.
eſt.O deſertum,Chriſti floribus vernans.O ſolitudo,in qua illi naſcuntur lapides,[47]de quibus in Apocalypſi ciuitas magni regis extruitur.O eremus familiarius deo gaudens . Quid agis frater in ſeculo,qui maior es mũdo?Quamdiu te tectorum vmbræ premunt? quamdiu fumoſarum vrbiũ carcer includit?Crede mihi,neſcio quid plus lucis aſpicio . Libet ſarcina corporis abiecta, ad purum ętheris euolare fulgorem.xx Paupertatem Epilogus argumentorum.
times ? Sed beatos Chriſtus pauperes appellat. Labore terreris? At nemo athleta ſine ſudore coronatur. De cibo cogitas?ſed fides famem nõ timet.Super nudam metuis humum exeſa ieiunijs membra collidere?ſed dominus tecũ iacet.Squalidi capitis horret inculta cæſaries?ſed caput tuũ Chriſtus eſt.Infinita eremi vaſtitas te terret?ſed tu paradiſum mente deambula. Quotieſcunque E
illuc cogitatione conſcenderis,toties in eremo nõ eris.Scabra ſine balneis attrahitur cutis ? ſed qui in Chriſto ſemel lotus eſt, non illi neceſſe eſt ite- Ioan.13.
rum lauare.Et vt breuiter ad cuncta audias Apoſtolum reſpondẽtem:Non ſunt,inquit,condignæ Roma.8.
paſſiones huius ſeculi ad ſuperuenturam gloriã, quę reuelabitur in nobis.Delicatus es frater,ſi & hic vis gaudere cũ ſeculo, & poſtea regnare cum Chriſto.Veniet,veniet illa dies , qua corruptiuũ hoc & mortale, incorruptionẽ induat & immortalitatem.Tunc beatus ſeruus quẽ dñs inuenerit Lucæ.12.
vigilantẽ.yy Tunc ad vocẽ tubæ pauebit terra cũ populis,& tu gaudebis . Iudicaturo dño,lugubre mundus imugiet:l& triſtiũ triſtia]48 & tribus ad tribũ pectora feriẽt.Potẽtiſſimi quondã reges,[49] nudo latere palpitabũt: Exhibebitur cum prole ſua Venus. Tunc ignitus Iupiter adducetur , & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis . Ariſtotelis argumenta non proderunt . Tunc tu ruſticanus & pauper exultabis , ridebis,& dices : Ecce crucifi- F
xus meus : ecce iudex , qui obuolutus pannis in præſepio vagijt. Hic eſt ille operarij & quæſtua- Marc.6.
riæ filius:hic qui matris geſtatus ſinu, hominem deus fugit in Aegyptũ:hic veſtitus coccino : hic Matth.2.
ſentibus coronatus:hic Magus dęmoniũ habens Ioan.8.
& Samarites.zz Cerne manus Iudææ, quas fixeras:cerne latus Romane,quod foderas. Videte cor Ioan.19.
pus an idem ſit ,quod dicebatis clàm nocte ſu- Ibidem.
ſtuliſſe diſcipulos . Dilectio tua me compulit, vt Matt.28.
hæc tibi frater dicerem,vt his tum intereſſe contingat,pro quibus nunc labor durus eſt.

SCHOLIA.

QVanto amore.)Hic locus vſque ad illum : Nolo 1
priſtinarum,proœmij loco eſt.Complectitur autem & propoſitionem & narrationem,admiſcens nonnihil & de affectibus. 2 Lachrymis cernis interlitas:)Id eſt,paſſim deletas: à lino, vnde & litura,deletio ſcripturæ. 3 Priſtinarum neceſſitudinum.)Quidam codices habebãt,neceſſitatum: Vterq; ſenſus quadrat.Si neceſſitudinum legis , intellige de affectibus amicorum , quos eſſet relicturus. Si neceſſitatum,de his accipe vitæ commodis,quibus carẽt in eremo verſantes.Quanquam & neceſſi-

 tudinem

G tudinem pro neceſſitate legimus: verum magis placet, vt de affectibus accipiatur. 4 Affatim.)id eſt, abunde. 5 Vallũ & foſſa.)Vocabula ſunt militaria. Nã his duabus rebus muniuntur caſtra, vallo : hoc eſt,trabibus ac palis congeſtis, & foſſa. 6 Sub pellibus.)Caue dictum putes de cute hominis, vt quidam magni nominis theologus , quem honoris cauſa non nomino , verba prophetæ Abacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian, interpretatus eſt de cute Barptolemei excoriati. Pelles appellat tentoria, quæ quondam è pellibus conficiebantur. Solent milites rigente bruma in hyberna ſe recipere,hoc eſt in oppidum aliquod commodius. Duriſſimum autẽ erat & hyemẽ ſub pellibus,non ſub tectis agere:quod tamen erat aliquoties militi faciundũ. 7 Aſſuetum tunicis.) Tunica delicatior erat veſtis,& in ocio agentiũ. Sagum erat militaris , & hoc durior lorica. 8 Caput opertum linteo.) Olim linteorum vſus & barbaricum quiddam habebatur,& parum viro dignũ,vt abunde teſtatur Plinius. 9 Exaſperat capulus.) Capulus hoc loco ea gladij pars eſt , qua tenetur.

Vallum.

Pelles.

Tunica.
Sagum.
Lorica.
Lintea.
Capulus.

10 Recordare tyrocinij.) Aptè cõmonefacit olim ſuſcepti ſacramenti. Siquidem ferè fit,vt Chriſtiani , quoniam pueri baptizantur,non admodum meminerint , quid in baptiſmo iurauerint , niſi nouum aliquod votum acceſſerit : cùm non poſſit aliud ſanctius aut religioſius eſſe votũ , quàm id quod H in baptiſmo ſuſceperunt,quotquot Chriſtiani vocabulo gloriantur. At ſi monachus prolabatur in ſtuprum, omnes clamant violatum eſſe votum . Si laïcus libidinatur, ſi pecuniã anteponit Chriſto , nemo tragœdiam mouet de nõ præſtito ſanctiſſimo illo & primo voto , quo ſeſe aſtrinxit in baptiſmo:adeóq; nihil illud ad nos pertinere credimus, vt vix qſquã ſit qui inquirat quid ſit illud , quod in baptiſmo Chriſto ſit pollicitus,etiã cum execrationibus, perinde quaſi iuſiurandum illud ſolennitatis cuiuſdã ſit,non ſerium:nec magis ad rem pertineat,quàm iuſiurandum quod in Academijs publicis ex more faciunt,magnificam illã ſeptẽ artium profeſſionem ſuſcipientes. Proinde mihi videtur optimè cõſulturi vitæ Chriſtianæ,qui inſtituerint,vt adoleſcẽtibus ſolenni ritu renouetur tota profeſſio baptiſmi : ac verbis apertis explicetur ſumma totius Euangelicæ doctrinæ , ſed amabili quadam ſpecie,vt auxilium numinis vbiq; præſens,vt magnitudo præmiorum efficiat ne deterreantur à difficultate negocij. 11 Tyrocinij tui.)Tyrocinium eſt id tempus, quo rudis adhuc miles,hoc enim eſt tyro,ad pugnã exercetur,nõdũ expertus Martem. Quemadmodũ veterani, qui pluribus in bellis nauarunt operã. 12 In baptiſmate cõſepultus.) Alluſit ad locum Paulinum in epiſtola ad Rom. cap.vj. Cõſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum. Item ad Coloſſ. cap.ij.Cõſepulti ei in baptiſmo,in quo & ſurrexiſtis.Quod I autẽ nõ ſimpliciter dixit diuus Hieronymus,baptizatus,ſed Chriſto conſepultus in baptiſmo , pulchrè quadrat ad hoc, quod hìc agit de ſacramentò militiæ. Siquidẽ non ſolũ commori Chriſto,verumetiam conſepeliri,hoc ipſum eſt, quod in baptiſmo vouemus, abiurantes Satanam cum ſuo mundo, cumq; pompis & nequitijs illius. 13 In ſacramenti verba.) Sacramentum eſt iuſiurandũ, aut quoties interpoſitis ſacris obligamur. Vnde & ſacramẽtum militare vocatur , quo qui fuiſſent ſoluti,dicebantur exautorati. Dabatur & donatiuũ, veluti pignus & autoramentum. Nec pugnare fas erat,niſi ſacramẽtò adactis: nec licebat exautoratis in aciem deſcendere. Vide quantum religionis adhibebant ethnici in re profana & impia,cùm Chriſtiani paſſim,nulla neq; fide, neq; religione bello conflictentur. Deniq; ſignabantur punctis,dabãt nomina, cõceptis verbis iurabãt ſe ad omnia Ducis imperata præſto futuros , & nec mortẽ pro republica recuſaturos. Porrò forma iuriſiurandi,quæ dictabatur, extat apud Vegetium. A veterum igitur ritu fluxerũt hæ ceremoniæ, quibus Chriſtiani in baptiſmis vtimur. Exigitur ſubinde nomẽ baptizandi:dictantur ſolennia verba:imprimitur nota crucis: abiuratur hoſtis Chriſti diabolus. 14 Licet paruulus ex.) Nepotianũ intelligit,vt ipſe teſtatur in huius epitaphio, qui fuit Heliodori ex ſorore nepos. 15 Solum pietatis genus.) Haud ſcio an pro ſolum,legendum ſit ſolidum.Quanquam & ſolum probè quadrat,ſi aduerbium ſit,non nomen: vt intelligas pietatis genus eſſe,crudelem fuiſſe: ſed in hac dunta K xat cauſa,hoc eſt,cũ parentes obſtant,quo minus adhæreant Chriſto. Niſi ſuo more ſolum dixit,pro præcipuo,quemadmodum Latini dicunt, vnicè amat. Et ſingulare vocãt,quod eſt eximium.Etiam ſi mihi videtur & hoc nonnihil ad ſuum negociũ torquere Hieronymus. Nam id quidem locum habet,vbi parentes ethnici vetant, quo minus fias Chriſtianus: non vt deſertis parẽtibus, quibus opus eſt fortaſſis tuo ſubſidio,in eremum aut in monaſteriũ temet abdas , cùm poſſis apud Chriſtianos parentes,Chriſtianam agere vitam:ſi modo purgaris animum mundanis affectibus. Verum huiuſmodi detortio probatur in exhortando,aut deterrẽdo. Sed alij paſſim & ſeriò,quicquid de mundo,hoc eſt, de mũdana vita dictum eſt,id detorquent ad cõmunem Chriſtianorum vitã: quod de ſequendo Chriſtum, id trahunt ad monachorũ vitam.Olim cùm maxima mortalium pars ſacrificaret idolis, Chriſtiani afflicti ab illis,& nõ ferentes quotidianas in Chriſtum blaſphemias,fugiebant in ſolitudines,& mundũ impiũ ac pernicioſum iure vitabant. Nunc cùm vbiq; colatur Chriſtus,quorſum attinet fugere? Si mũdũ vocas affectus à Chriſto alienos:puta,faſtũ,auariciam,inuidiam,libidinẽ:hic mundus intra te eſt,à teipſo fugias oportet. Alioqn & in monaſterijs quantũlibet ſemotus,mũdum inuenies. 16 Veniet, veniet.) Nullam allegoriæ partẽ omiſit . Propoſuit militiæ L labores, oſtendit obligationem ex ſacramento & donatiuo : oſtendit periculũ,niſi fortiter pugnet. Nunc & præmij magnitudinẽ explicat. 17 Neq; verò neſcio.)Propoſuit quæ attrahant,nunc refellit ea quæ poſſint retrahere:quorũ primũ eſt cognatorũ & familiarium affectus. 18 Nõ ex ſilice natos.)Alluſit ad carmẽ Maronis:Sed duris te cautibus horrens Caucaſus,Hircanæq; admorunt vbera tigres. 19 Vidua ſoror.)Hæc erat mater Nepotiani,cuius alibi meminit.

Tyro.

Veteranus

Sacramẽtum.
Militare ſacramẽtũ.
Exautorati.
Donatiuũ.

20 Cũ qbus adoleuiſti vernaculi.) Fortaſſe vernulæ ſiue vernuli legẽdũ eſt. Nam vernaculus adiectiuũ eſt. Sunt autẽ Vernæ. vernæ ſerui,nõ empticij,ſed domi tuæ nati,qui chariores erant,& propè liberorũ vice habebantur. Magis autem amamus eos,cum quibus adoleuimus. 21 Morituros.)Hũc locum,non vno modo cõfuſum ac deprauatum, ex peruetuſto quodam exemplari ſic reſtituimus:Morituros expecta pauliſper & ſepeli . Forſitan & laxis vberũ pellibus, arata rugis fronte,mater antiquũ referens Mammæ, lallare cõgeminet. Alluſit autẽ ad carmẽ Perſianum, quod eſt in Satyra tertia: Ac cur nõ potius teneroq; palumbo , Et ſimilis regũ pueris, pappare minutũ Poſcis,& iratus Mãmæ lallare recuſas?Pappare puerilis eſt vox,idem ſignificãs quod edere . Plautus in Epidico : Quod pappet , dabitur. Vnde & puerilem cibum M pappum vocãt. Itidem lallare vox ea videtur,qua nutrix in- Pappus. fantem ad lactendum inuitat. Porrò Mammam antiqui ma- Lallare. trem vocabant:vt auiam, tatham . Dicuntur autem à Perſio Mamma. in iuuenem delicatum,cui matris adhuc opus ſit blanditijs. Tatha.

Pappare.

22 Referens.) Repræſentans,& in memoriam reducens. 23 Cõgeminet.)Nã hic mos nutricibus congeminare verba:& hæc ipſa verba congeminatis ſyllabis ficta ſunt,pappare,lallare. 24 Dicant etſi volunt grãma.)Nam ad grammaticos pertinet enarratio poëtarum,Eſt enim Maronis hemiſtichium quod ſequitur:In te omnis domus inclinata recumbit. Quo loco ſcioli quidam ſcripſerant , grandiloqui, pro grammatici. 25 Cui ſepul. ch.c. non deb.) Reſpexit ad id quod eſt apud Lucam cap.ix. de eo, qui cùm iuſſus ſequi Chriſtũ, reſpondiſſet : Sine prius ſepeliam patrem meũ & matrem,audiuit:Sine,mortui ſepeliant mortuos ſuos.

26 Aries iſte pietatis.) Aries hoc loco bellicũ eſt inſtrumentum,quo vi adacto,mœnia quatiuntur. Vnde & arietare, pro impellere. Pietas hìc accipienda eſt, non pro religione,ſed pro affectu in parentes, quæ concutit animum euntis ad Chriſtum. 27 Si credunt in Chriſtum.) Dilemma eſt rhetoricum. 28 Inde mę perſequitur luxuria.) Vides aliud eſſe luxuriam, aliud libidinem . Nam mox ſubdit libidinem.Eſt enim luxuria,ſiue luxus, immoderatus re- Luxuria. rum vſus. Libido ad fœdas voluptates pertinet. 29 Com Libido. pellit libido v.h.i.m.) Alluſit ad id quod ſcribit Paulus primæ ad Corinthios capite. iij. Neſcitis quia templum dei eſtis

Aries.
Arietare.
Pietas.

A estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum deus. Templũ enim dei sanctũ est, quod estis vos. Rursum cap. vj. An nescitis quoniam mẽbra vestra templũ sunt spiritus sancti, qui in vobis est? 30 Cui nomina mille.) Retulit Vergilij carmen de furia Alectone, ex libro Aeneidos. vij. Tibi nomina mille, Mille nocendi artes. 31 Qui mẽbra Christi.) Alluſit ad Pauli verba, quæ sunt in epistola ad Romanos, cap. xij. Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentẽ, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. 32 Publicarum libidinum.) Prostibulas intelligit. Est autem libido victima quædam diaboli: sicut castimonia corporis & mẽtis, victima Christo grata. 33 De teloneo.) Telos Græcè vectigal est. Teloniũ

Teloniũ. siue teloneum, locus vbi vectigal colligitur. Telones, is qui colligit. 34 Charybdis luxuriæ.) Duo sunt maris perí-

Charybdis cula celebratissima poëtis. Charybdis, quæ naues attractas

Scylla. absorbet: & Scylla saxum specie virginea procul intuẽtibus, in quod illisæ naues franguntur. Vtrunq; describit Vergilius lib. Aeneidos. iij. Homerus Odysseæ. xij. Meminit & Plinius lib. iij. 35 Scylleum renidens.) Quidam codices ha-

Scylaceũ. bent, Scylaceum: at ipse magis probo, Scylleum. Nam Scylaceum colonia est Atheniẽsium, quod Vergilius nauifragum appellat. Scylleum autem dixit aduerbialiter, id est, more Scyllæ: & renidens, id est, resplendens. Ita libido blanditur,

B vt perdat. 36 Et cur id.) Autoritas erat, quòd Christus id non fecerat. Ratio, quòd nullus prophetes sit in precio apud suos. Dictu vero mirum, quæ portenta verborum hoc loco suppoſuerint quidam impudẽtissimi. Nempe hæc: Cur id cum autoritate summa defendis? Sume responsionem. O audaciã illiteratorũ, nihil nõ audentium. 37 Et in veteri quidẽ lege.) Sic enim legimus Deuteronomij cap. xvij. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo &c. 38 Non turpilucros.) Expressit Græcã cõpositionẽ αἰσχροκερδῆς. Nam hoc verbi posuit Paulus, id est, turpiter quæstuosos. 39 Bonum gradum sibi acquirit,) Alluſit ad verba Pauli, scribẽtis ad Timotheum epistolæ primæ, cap. iij. Qui enim bene ministrauerint, gradũ bonũ sibi acquirent. 40 Non

Episcopus omnes episcopi.) Nam episcopus Græcè, inspector est & curator. Ergo qui sibi viuunt, falsò dicuntur episcopi. Non e-

Suspicere. nim ἐπισκοποῦσι. 41 Stephanum suspicis.) Suspicere est admirari: quod verbum plerunq; indocti deprauant, vertentes in suscipere. Quanquam nonnulli Græcos imitati, susci-

Suscipere. pere dicunt, pro approbare, quod illi ἀποδέχεσθαι. Cæterũ eodem tempore creati sunt diaconi, Stephanus & Nicolaus, quorum alter primus post Christũ martyr esse meruit, alter hæreseos autor extitit. De vtroq; legis Actuũ Apostolicorum cap. vj. 42 Neophytorũ hæresis.) Quidam co-

Nicolaitæ dices habent, Nicolaitarum. De quibus fit mentio in decre-

C tis, causa. xxiiij. quæst. ij. Quorũ error fuit, vt vxores essent communes. Sed copiosius de his Augustinus in libro de hæresibus ad Quoduultdeum. Fit horũ mentio in Apocalypsi cap. ij. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. 43 Amos ruborũ mora.) Locus ad quem alludit, est apud hunc ipsum prophetam, cap. vij. Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armẽtarius ego sum,

Amos. vellicans Sycomoros. At Hieronymus in præfatione, qua totius canonicæ scripturæ complectitur argumenta, scribit ad hunc modum: Amos pastor & rusticus, & ruborũ mora destringens, paucis verbis explicari nõ potest. Rursus idem in hũc prophetæ locum. Porrò quod ait vellicans Sycomoros, videtur nobis rubos dicere, qui adferunt mora, & pastorum famem ac penuriam consolantur. Est autem Hebraica vox שִׁקְמִים, quã variè transtulerunt interpretes. Aquila & Symmachus vertit συκομόρους: Theodotio, συκαμίνους. Quidã

Sycamínus. putat sycaminum arborẽ esse, quæ in Palestinæ paluſtribus nascatur, & agrestes adferat ficus: quæ si non vellicentur, amarissimas carycas faciãt, & à culicibus corrũpantur. Proinde nõ magnoperè laborat Hieronymus, sycomoros legamus, an ruborũ mora: nisi quòd magis probat posteriorẽ lectionẽ, quòd neget ĩ ea solitudine, in qua morabatur Amos,

vllam huiusmodi nasci arborẽ. 44 Qui scindat velũ.) D Intelligit episcopatum auferendum ab indigno. In altero est alluſio ad velũ in morte domini sciſſum. Nam ea res significabat abrogatũ veteris legis sacerdotium: alter locus est in Apocalypsi. 45 Epilogi celeuma.) Argumẽtationes appellat scopulos, & loca cõfragosa in quibus laboratur à nautis. Nam argumẽta plus habent difficultatis, minus amœnitatis. Epilogus, genus est conclusionis, quo summatim repe- Epilogus.

tuntur, quæ fusius sunt dicta. 46 Celeuma.) vox est nau- Celeuma.

tarum inuicem sese adhortantium. Qua significant alacritatem, cùm in portum ingrediuntur. κελεύω iubeo est, & κελευστὴς dicitur triremis princeps. 47 De quibus in Apocalypsi.) Describitur hæc mystica ciuitas Apocalypsis cap. xxj. 48 Tribus ad tribum.) Tacitè alluſit ad locum Esaiæ, cap. xvj. Vlulabit Moab ad Moab: hoc est, populus ad populum, vt vbique sit vlulatus. 49 Nudo latere palpitabunt.) Nam hic satellitijs stipati cinctiq;, neminẽ timent: illic destituti suis lateronibus, trepidabunt. Stipator enim aut assecla, dicitur claudere latus.

ARTIS ANNOTATIO.

CEterum quando diuus Hieronymus in proxima epistola fatetur in hac se rhetorũ flosculis lusisse, fortasse nõ alienum fuerit artis quoq; rationem, quã sequutus est, indicare: sed paucis, neque nimis anxiè, ne duo pariter incommoda nos sequantur: vt & molesti simus lectori, & salu E

bribus huius viri præceptis pondus ac fidẽ detrahamus. Minus enim mouere solent animos, quæ nõ ex animo, sed ex arte scripta putãtur. Atq; vt primùm de argumẽti genere nõnihil attingamus, exhortatoriũ est, sicut antè dictũ. Id adeo Exhorta-

confine est suasorio, vt Aristoteles nõ putarit ab eo separãdum. Tametsi meo iudicio non parum interest. Suademus e- torium genus.

nim, vt quis velit: hortamur, vt audeat & possit. Suademus Suadere.

hæsitanti, hortamur cessantem. Suademus, cùm ostendimus quid expediat fieri: hortamur, cùm addimus animum. Cùm Hortari.

enim imperator cõmissurus cum hoste, militem exhortatur: non hoc agit, vt miles intelligat esse pugnandum, sed addit calcar, vt quod vult, ausit & possit. Quanquã partes ferè cõueniunt vtriusq; generis, nempe, honestum, laudabile, tutum, possibile, necessariũ, facile, iucundum, & si quæ sunt aliæ. Ab his enim omnis argumentatio petitur. Habet hoc peculiare exhortatio, quòd ardentior est, & multum laudis habet admixtum, qua tamen hic non vtitur Hieronymus. Duabus enim rebus homines potissimum extimulãtur, laudis amore, & ignominiæ metu. Sũt autem huiusmodi libelli nihil aliud q̃ Christianæ declamationes. Etenim cùm viderent eloquẽtiam rem esse pulcherrimã, simul & vtilissimam, neque decorũ existimarẽt, inter prophanos rhetores, in nugacissimis argumentis exerceri: videlicet an Isthmus debeat intercidi: an Alexander Oceanum ingressus longius progredi debeat: totam declamandi rationẽ, sicuti Socrates philosophiam, ad F

morum institutionem traxerũt: quòq; res magis esset seria, mutato declamationis nomine, libellos, aut epistolas vocauerunt: vt eadem opera geminã vtilitatem consequerentur, dũ & eloquẽtiam exercent, quæ citissimè arescit, vt ait M. Tullius: & salubribus monitis ad pietatẽ exhortãtur. a Quã-

to studio.) Quoniam in hoc genere non adhibetur exordiũ, cuiusmodi solet in genere iudiciali: nec opus est narratione, sicuti testatur & Quintilianus: & tamẽ oportet vniuscuiusq; rei aliquod esse initium, Hieronymus ferè semper propositionẽ, qua summam rei cõplectitur, cum aliqua narrationis specie cõiungit. Cùm enim exponit quemadmodum Heliodorus in eremũ abeuntẽ se sit prosequutus: vtq; ipse frustra illum rogauerit, vt secum maneret, narratio quædã est. Deinde cùm ait, hoc se literis agere, vt relictis vrbibus eremum petat, propositio est. Nec in his tamen friget, verum ardet vbique diuus Hieronymus, vir acris, vt apparet, ingenij, & in vtranq; partẽ vehementis. Laudat enim ardẽter quos amat: insectatur acriter quibus infensus est. Mirũ est autẽ quibus numeris omnem orationem componit, quibus periodis omnes absoluit sententias. Itaq; membris, incisis, cõparibus structa sunt omnia. Quanto studio & amore contenderim, vsq; ad eum locum, verum tu, gemina periodus est, sex absoluta

G membris. Rursum has duas, alia tertia cumulauit, quæ duobus membris, & quatuor constat incisis. Verum hæc quoniã perpetua sunt, non est sententia persequi. b Tacerem?) Elegãter miscuit dubitationem cum subiectione. Est autem pariter & dilemma. Subsunt in singulis partibus singulæ sententiæ, sed ad personã accommodatæ, quas ita possis absolutè dicere: Nemo quod ardenter vult, dissimulare potest. Et non audit, qui nõ amat: & amor amici absentis desiderio cruciatur. c Inuito, iam propera.) Hæc est propositio, qua summam argumenti exponit. d Nolo pristinarum necessitudinum.) Hoc est caput & veluti limen argumẽtationis, id agens, quod in altera diuisionis iudicialis parte solet. Primùm enim amolitur ea, quæ videantur illũ ab Eremo posse deterrere: Affectus amicorum & parentum: Difficultas peregrinationis longinquæ: Amor & commoditas diuitiarum. Porrò parteis has enthymematibus complectitur.

e Affatim diues.) Et hanc partem clausit epiphonemate, sicuti ferè gaudet claudere omnes, non solum exordia, sed & transitiones & narrationes, & argumentationes, & si quid aliud est, quod periodum atque orbem aliquem habet. Facit autem hoc epiphonema gratius ἐναντιώσεως accessio, quæ est in vocibus inter se pugnantibus, pauper & diues. f Sed quid ago?) Aptè per correctionem ingressus est primam argumẽtationis partẽ, nempe de affectibus amicorum. Admi-
H scet & sententiam: Debet amor læsus irasci: quãquam quicquid vsquam loquitur diuus Hieronymus, ferè sentẽtia est. Notat autem hoc Quintilianus in declamando, quòd quidã statim in initio incandescunt, & ita conuiciantur, quasi dissentiat cui conãtur suadere. g Debet amor læsus irasci.) Transitum quoque fecit sententiã, cuius rei meminit & Fabius. Adeo in declamando quibusdam placuit sententia, vt eam nusquam non admiscerent. h Quid facis in paterna domo.) Ardentiorem faciunt orationem hæc schemata, interrogatio, repetitio, & commata. Grandiorem etiam ac iucundiorem metaphora, vel potius allegoria. Siquidẽ vtitur metaphora fermè perpetua. Habet autẽ hoc ferè perpetuũ Hieronymus, vt in initijs locum aliquem tractet, quàm maxime plausibilem & amœnum, quò lectorem voluptate alliciat, & inuitet ad cætera libentius legenda. Nullus enim non attentus est ad ea quæ delectãt. Id aliquoties facit per egressionem, quã Ecbasin Græci vocant. Eam multi propositioni statim subijciebãt, vt testatur & Fabius. Verũ hæc ἔκβασις adeo quadrat cum ipsa re, vt pars sit argumentationis, sed pars amœnior. Sumitur autem hæc pars à recto: aut, si mauis, à necessario. Et rectum est enim, & non potest non sequi ducem suum, qui semel in illius verba iurarit. i Delicate miles.) Quo occultior ἐναντίωσις, hoc est festiuior, nihil e-
I nim minus conuenit militi, quàm delicatum esse & mollicie solutum. k De cubiculo ad aciem.) Multum addunt gratiæ, contraria cõmodè inter se relata, cubiculum, aciem, vmbra, solem. Neque parum acrimoniæ, de, repetitum, ac membra asyndeta. Atque adeo in sequentibus insunt contraria, tunica & lorica, linteum & galea, mollem & durus. Quanquam in his posterioribus, tacitum etiam est Enthymema. Nec illud omittendum, emphasim esse nonnullam in coniunctione, &, ad eum modum posita: præterea in pronomine, tu, quod non addunt ij, qui Latinè sciunt, nisi aut discretionis, aut emphasis causa. Quin & mihi, pronomen hoc loco nihil significat, sed festiuitatis causa additum est, vel potius stomachum habet. Postremo nõ est ociosum aduerbiũ, ecce, quod rem velut absurdam oculis subijcit. Ac paulo superius, cùm ait, obuia quæque metit, ex vnius verbi metaphora, quantum & iucunditatis simul & amplitudinis addidit orationi? l Audi edictum.) Perseuerat etiamnum in metaphora militiæ. Nam imperatorum edicta vocantur. Christus, est dux huius militiæ: Christianus, miles: Tyrocinium, baptismus: Sacramentũ militiæ, professio vitæ Christianæ: Donatiuum, gratia baptismo collata: Hostis, mundus seu diabolus. Annotandum est illud, quàm militaribus etiam verbis vbique vtatur, cùm ad militiam alludit. m Ecce aduersarius.) Ostendit duas pugnandi causas: alterã vt defendat imperatorẽ Christum, quẽ aduersarius conatur occidere: alterã, ne donatiuum veniat in manus hostium. Nã K hoc quoque solet militum animos ad gnauiter pugnandum inflammare. Vnde Vegetius monet, vt militum peculium seruetur apud vexilla, quò sequantur alacrius. n Licèt paruulus ex collo.) Hæc omnia pertinent ad metaphoram militiæ. Solent enim hæc fieri, si quãdo miles ad bellũ profecturus, suos relinquit. Licèt enim Hieronymus postea scribat se de Nepotiano vaticinatum fuisse, non tamen hæc narrat seriò, perinde quasi gesta, sed per ὑποτύπωσιν depingit, quæ soleant in huiusmodi negocio fieri. Quis autem pictor melius poterat rem oculis exponere, quàm hic: nepotem puerum de collo pendentem: Patrem in limine sparsum, ne nisi calcato eo exeat filius: matrẽ solutis capillis, laceratis vestibus, ostentantẽ vbera, & per nutricationis beneficium obtestantem. Subsunt & iucundi affectus, quos Græci vocant ἤθη, Latini mores dicunt. Vnde sermo aut car- ἤθη.
men in quo hi rectè exprimuntur, moratum dicitur. Horatius: Morataq; rectè fabula. o Ad vexillum crucis.) Nisi crucis addidisset, allegoria erat. Nam vexilla dicuntur Vexilla.
signa militaria. Est autem laudatissimũ metaphoræ genus, quoties propria translaticijs admiscentur, vt indicat & Quintilianus. p Solum pietatis genus est.) Subest tacitum argumentum sumptum à finitione: mutatur enim rei vocabulũ, simulq; epiphonema est non sine gratia ἐναντιώ-
σεως, quo partem hanc absoluit. q Veniet, veniet.) Rur- L
sum conduplicatione & repetitione feruẽtiorem fecit orationem. Vt superior pars ab honesto, sic hæc ab vtili sumitur. Nam huic etiam laudabile subijcit Fabius, & iucũdum. Ostendit enim quæ gloria, quæ commoda victorem consequantur. Glorioſum enim, redire in patriam cum victoria: magnificum, procedere in triumpho: egregiũ, sibi suisq; ius ciuitatis Romanæ consequi. Nam hoc quoq; præmij dabatur olim. r Hierosolymam cœlestem.) Hic metaphorã explicuit, cùm addit, cœlestem. s Coronatus.) Alluſit ad coronas ciuicas, murales, obsidionales. t Incedas.) Incedit Coronæ
propriè, qui in pompa procedit. u Neque vero nescio.) militares.
Hactenus tractauit locum amœnum metaphoræ, de militia. Incedere.
Nunc seriò rem aggreditur, de vincendis parentum & cognatorum affectibus. Et hic locus ceu sequentis argumentationis vestibulum, allusione & hypotyposi festiuus est. Allusiones sunt, Hyrcanæ tygrides, & in te omnis, & mãmæ lallare. Hypotyposis, cùm rem totam nõ narrat, sed veluti de- Hypotypopictam oculis subijcit. Nec tamen omnino recedit à metaphora militiæ. Siquidem vbi demonstrauit sacramentum, ostendit præmiũ, docet quomodo sit pugnandũ. x Nunc tibi blandis &c.) Hic locus non soluta Hypotyposin habet personarum, quæ rem oculis subijcit, verumetiam sermonẽ cuiq; suum mirè cum decoro affingit. Sorori, ob pudorem, M
gestum tribuit, non sermonem. Vernas de mutando domino solicitos facit. Nutrix & nutricius senes, per mortem vicinã obtestãtur. Mater anus, nutricationis olim exhibitæ commonefacit. Grammatici aliquid è poëta obijciunt, quem illi aliquando prælegerant. Faciunt ad affectus ἤθη & epitheta. Mouet soror, sed magis vidua: mouet nutrix, sed validius anus: mouet mater, sed magis iam decrepita. y Facile rũpit.) Et hoc velut epiphonema subiecit. Nullã enim orationis partẽ nõ absoluit huiusmodi clausulis. z At cõtrà.) Cõfutatio est, & obiectio à recto sumpta est. aa Sed quicunque.) Attingit qualitatẽ comparatiuam. Nam hæc quoq; incidunt in suasorijs. Obtemperandũ parentibus, sed magis Christo. Mouent maternæ lachrymæ, sed acrius vrget vitæ periculum. Facit autẽ hoc more Tulliano, vt plerunq; colligat per interrogationem, quò res sit ardentior: ne talis sit argumẽtatio, qualis est nostratium philosophorum, quibus nulla glacies potest esse frigidior. Animaduertendum, vt in comparatione partem alteram extenuarit, alteram exaggerarit. Extenuat cum ait, matris, non patris, & lachrymis. Quauis enim de re flent mulierculæ, præsertim matres. Rursum cùm ait, cogitabo, significans nec cogitandi spaciũ esse. Exaggerat cùm ait: Gladiũ tenet hostis, vt me perimat, atrocibus verbis exasperans periculum præsens, & rem velut ob oculos ponens. Subest autem parabola, quæ ad probationem

A bationem quoque facit,nedum ad perſpicuitatem ac iucunditatem,quam ita poſſis explicare:Sicut miles in eo periculo negligit maternas lachrymas, ita Chriſtianus nō reſpicit affectus parētum,cùm de vita agitur æterna. bb Propter patrem.)Hoc ſumptum à minori,per comparationem:Si licet patrem inſepultum relinquere,cùm ad Chriſtum eſt eūdum:multo magis viuum licet relinquere.Eſt autem feſtiua oratio figuris iterati verbi,quam traductionem quidam vocant,Chriſti cauſa,& debeo,debeo . Eſt autē geminū enthymema,mira tortum acrimonia. cc Domino paſſuro.)Rationes confirmat exemplis,quæ nonnūquam & per comparationem tractantur . Verum id hoc loco commodè fieri non poterat. dd Aries iſte.)Vt meminit pugnæ.Et rurſum argumentationem velut epiphonemate clauſit, non ſine gratia figuræ metaphoram cum proprijs miſcentis.

ee Mater mea.)Hoc argumentū ſumpſit à finitione, admiſcuitq; finitioni autoritatē. ff Si credunt in Chriſtū.) Elegantiſſimo dilemmate eſt vſus:Aut credunt, aut non credunt:ſi credunt,fauebunt,non obſtabunt:ſi non credunt, nihil illis debeo.Sed in priore dilēmatis parte ſubeſt argumētum à conſequentibus:in ſecunda,à finitione. gg Sed hoc ais in martyrio.) Rurſus obijcit quod confutet, neque ſine ſchemate, cùm aduerſarium loquentem facit, quemadmodum & paulò ſuperius:At contrà ſcriptura præcipit.

B hh Erras frater.)Addidit argumento aſſeuerationē,quæ nonnūquam argumenti pondus habet.Ipſum autē argumentum ſumpſit à finitione,dum totam Chriſtiani vitam oſtēdit eſſe martyrium. ii Nolo frater chariſſime.)Finitionē confirmat collatione & autoritate. kk Nō eſt tantū in eo ſeruitus.)Refellit finitionem aduerſariorū,& ſuam confirmat. ll Neget auaritiam.) Mirè addidit fiduciam argumento,cùm quod refellit,proponit tanquam abſurdiſſimū. Tractauit autem hæc ab euentis ſiue effectis. mm Omnis inquit.) Autoritati copulat exempla:quorum poſtremum tractat per comparationem,vt ſit vehemētius:Filius hominis &c. nn Hæreditatem expectans.) Hoc addidit velut epiphonema huius argumentationis,in quo tamē admiſcuit probationem à repugnantibus. oo Interpretare vocabulum.)Negat Fabius à nomine duci idonea argumenta, quāquam valent in exhortando:Veluti, ſi quis Iulium pontificē exhortās ad bellum ſuſcipiēdum aduerſus Gallos,dicat:Iulius es, Iulium agas oportet.Verū hoc loco finitionis ſpeciem tractat, quam etymologiam vocāt . Monachus à ſolitudine dicitur.Monachus igitur non eſt,qui viuit in turba. Monachus

pp Et hoc ego non integris.) Hūc locum imitatus eſt ex oratione Ciceronis pro Murena.Tractat autē locū ab euentu,totumq; hunc locum allegorijs ac metaphoris condecorauit. qq Tranquillitas iſta tempeſtas eſt.)Rurſus argumentationem clauſit epiphonemate,lepidè ex contrarijs cōflato vocibus. rr Quid ergo?)Rurſum hanc confutationem per ſubiectionem tractat. ſſ Sed vbi honor non eſt.) Inductioni decus & gratiam addidit ex gradatione: ſic enim vocant hoc genus exornationis.Etiam ſi magna huius argumentationis pars,vt ingenuè dicā,reſipit ætatem,in qua Hieronymus hāc ſcripſit epiſtolam. tt Clerici paſcūt oues.) Cōtentio eſt,diuerſis rebus inter ſe comparatis,ſimulq; admixta diſtributio. uu Sed quoniā è ſcopuloſis.) Vt vbiq; conſulit lectoris faſtidio.Refecerat ante probationem: quæ quāuis eſt vtilis ac neceſſaria,tamē minus habet voluptatis. Nunc peroratione denuo veluti fatigatum recreat.Sed mihi videtur hic tranſitus parum concinnus,ac nimis abruptus. Præcipit enim Quintilianus,vt quoties aliò tranſeundū eſt, demus operam,vt extrema pars eorum quæ diximus,cohæreat aliquo modo cū his quæ dicturi ſumus.Sed habet Hieronymus & alias tranſitiones duriuſculas.Porrò cùm antehac à recto,à laudabili, potiſſimum autem à tuto ſumpſerit probationes,in peroratione tractat partem à iucundo,conferens eremi voluptates cum oppidorū incōmodis. xx Paupertatem times?) Hic verè argumentationum eſt epilogus. Nam pars quæ præceſſit & quæ ſequitur, ād affectus pertinet,qui potiſſimum in peroratione tractari conſueuerunt.

yy Tunc ad vocem.)Hic tentat eos affectus , quos vocāt pathe.Nempe vehemētiores,rem atrocem verbis atrocibus exaggerans. zz Cerne manus.)Ad magnos affectus facit & apoſtrophe , ſicut indicat Quintilianus . Ea nunc vtitur poſt exaſperatos omnes affectus. D

ANTIDOTVS ADVERſus calumniam.

Diuum Hieronymū, cùm in viuis eſſet,nō caruiſſe calūnia,vel ipſius literæ declarāt,in quibus paſſim canibus ſuis, ſic enim ille vocat,cogitur reſpondere.Quin & hodie comperi nonnullos eſſe,præſertim apud Italos,parū æquos huic tam incōparabili viro,qui fabulam,neſcio quam,planè ſtultiſſimā,Theodori Gazæ nomine ſparſam in vulgus,qui dixerit eum falſò accuſatū fuiſſe,quòd Ciceronianus eſſet:mirum quàm amplectūtur,quāq; exoſculantur. Qui mihi videntur non aliam ob cauſam infenſi Hieronymo , niſi quòd huius literæ magis ſapiunt Chriſtum,magis ſpirant ſanctimoniam,quàm illi vellent, qui Neoptolemi exemplo Chriſtianum eſſe probant , nimium eſſe Chriſtianum non probant . Qua quidem de re ſuo loco diximus . Ad hæc video eſſe nonnullos huiuſcemodi ingenio , vt cùm apicula ad omnem floſculum,ad omnem aduolans fruticem , tantum id excerpat , quod ad mellificium ſit conducibile : ipſi ſolum hoc venētur, ſi quid ſit quod aliquo pacto calumniari poſſint.Quo malo potiſſimū laborant iſti,qui in ſpinoſis diſputationibus,& rixoſa quadam theologia conſenuerunt . His mos eſt,è toto libro quatuor aut quinq; verba decerpere,atque in eis calumniandis oſtēdere,quantū ingenio polleant. Non animaduertunt,quibus temporibus,cui,qua occaſione, quo animo ſcripſerit ille. Neque cōferunt quid præceſſerit, quid ſequatur,quid alio loco eadem de re ſcripſerit. Tantū vrgēt ac premūt quatuor illa verba:ad ea machinas omneis admouent ſyllogiſmorum:detorquent,deprauāt,aliquoties & nō intellecta calūniantur. Proinde mihi viſus ſum facturus rem non alienam, ſi ſcholijs meis Antidotum adiecero, quo lector præmunitus,citra vllam offenſam in huius verè diuini viri lectione verſari poſſit,nō quòd in huius ſcriptis vlla ſit veneni ſuſpicio,cuius lucubrationes omnes ſine exceptione cōprobarit autoritas Eccleſiæ, ſed aduerſus calūniæ venenum parauimus antidotum. Igitur in hac epiſtola quā adoleſcēs luſerit,magis quàm ſcripſerit,ſicut ipſe teſtatur, non oportet ad viuum exigere,ſi quid exhortandi cauſa ſcripſit vehementius:velut illud , quod ab omnibus Chriſtianis videtur exigere paupertatem,cùm ait: Animaduerte frater, non licet tibi quicquam habere de rebus tuis.Omnis,inquit dominus,qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus . Nec enim videtur hoc exigere ab Heliodoro,velut à monacho,cùm id à Ruſtico monacho nō exigat.Et quòd de quouis ſenſerit Chriſtiano,idicāt quæ ſequuntur:Cur timido animo Chriſtianus es?Quare ſic accipiēdum arbitror,in exhortando plus dixiſſe Hieronymū, & hyperbola vſum,veluti Paulus ad Hebræos ſcribens(quò deterreret eos, qui Chriſti profeſſionē ſuſcepiſſent , ab iterādis peccatis)ait impoſſibile eſſe,qui ſemel fuiſſent illuminati,relapſos in peccatum , renouari ad pœnitentiam , cùm quotidie Chriſtianos relapſos reſtituat Eccleſia.Ita nonnūquam iniquum petimus,vt æquum feramus: præſertim vbi nō leges aut decreta proferuntur,ſed exhortatio, conſolatio,admonitio,pro ratione temporis ac perſonæ tractatur. Aut certe ſic accipiendum:Non licet tibi,vt ſubaudias conditionem,ſi vis perfectus eſſe. Quāquam Euangelicū præceptum non tam de prædijs ac nummis abijciendis loquitur, quàm de affectibus. Ille præclarè abiecit opes,qui nec ſtudet accumulandis,nec dolet ablatis,nec gaudet afluentibus, nec vllo in precio habet quas habet. Poſtremo , qui iuxta Paulū ſic poſſidet,quaſi nō poſſideat. Alioqui quid dicemus de tot egregijs epiſcopis,qui vel cum regibus certare poſſint opulentia?Quid de cæteris Chriſtianis ditiſſimis, quorum nemo non gaudet Chriſti vocari diſcipulus?Quid enim aliud eſt eſſe Chriſti diſcipulum,quàm eſſe Chriſtianum? E F

G ARGVMENTVM EPISTOLÆ SEQVENTIS.

Nepotiano, qui fuit Heliodori ex sorore nepos, præscribit viuendi formam, quam clerici & episcopi sequi debeant, saluberrima quædam præcepta tradens, de spernendis diuitijs, & fugienda familiaritate secularium, & præcipuè fœminarum. De doctrina pietatis, de frugalitate cultus, ædificiorum & victus, de fugienda laude hominum, de fugiẽda obtrectatione, de fide silentij, de fugiendis muneribus, de dispẽsandis in pauperes eleemosynis. Est autem genus paræneticum, in quo mirè valet diuus Hieronymus, sicut & in cæteris. Ex hac epistola multa citãtur in decretis pontificũ compluribus locis.

HIERONYMVS AD NEPOTIANVM, DE VITA CLERICORUM & SACERDOTUM.

H PEtis [1] à me Nepotiane charissime literis trãsmarinis, & crebrò petis, vt tibi breui volumine digeram præcepta viuendi: & qua ratione, qui seculi militia derelicta, vel monach⁹ cœperit esse, vel clericus, rectum Christi tramitẽ teneat, ne ad diuersa vitiorũ diuerticula rapiatur. [2] Dum essem adolescẽs, imò penè puer, & primos impetus lasciuiẽtis ætatis, eremi duritia refrenarem, scripsi ad auunculum tuum sanctum Heliodorum exhortatoriam epistolam, plenam lachrymis querimonijsq; & quæ deserti sodalis mõstraret affectum. Sed in illo opere pro ætate tunc lusimus: & calentibus adhuc [3] rhetorũ studijs atq; doctrinis, quædam scholastico flore depinximus. Nunc iam cano capite, & arata rugis fronte, [4] & instar boum pẽdentibus à mento palearibus, [5] Frigidus obsistit circum præcordia sanguis. Vnde & in alio loco idem poẽta canit: [6] Omnia fert ætas, [7] animum quoque. Et post modicũ: Nũc [8] oblita mihi tot carmina, vox quoque Mœrin,

Iã fugit ipsa. Quod ne de gentili tantum literatura proferre videamur: diuinorum voluminum sacramenta cognosce. [9] Dauid annos natus septuaginta, bellicosus quõdam vir, senectute frigescente, non poterat calefieri. Quæritur itaque
I puella de vniuersis finibus† Israel Abisac Sunamitis, quæ cũ rege dormiret: & senile corpus cale faceret. Nonne tibi videtur, si occidentem sequaris literã, vel figmentũ esse [10] de mimo, vel [11] Atellanarum ludicro? Frigidus senex obuoluitur vestimentis, & nisi cõplexu adolescentulæ nõ tepescit. [12] Viuebat adhuc Bethsabee: supererat Abygail, & reliquæ vxores eius, & cõcubinæ, quas scriptura commemorat. Omnes quasi frigidæ repudiantur, & in vnius tantum adolescentulæ grandęuus calescit amplexibus. Abraham multo Dauid senior fuit, & tamen viuente Sara, aliam non quæsiuit vxorem. Isaac duplices Dauid annos habuit: & cum Rebecca iam vetula nunquam fruguit. [13] Taceo de prioribus ante diluuium viris, qui post annos nongentos, non dico senilibus, sed pene iam carioſis artubus, nequaquam puellares quæsiere amplex⁹. Certe Moyses dux Israelitici populi, centũ & viginti annos habebat, & Sephoram non mutauit. Quæ est igitur ista Sunamitis, vxor & virgo: tam ferues, vt frigidum calefaceret: tam sancta, vt calentem ad libidinẽ nõ pro-

† filiabus. Abysag Sunamitis

uocaret? Exponat sapiẽtissimus Salomon patris K
sui delitias: [14] & pacificus, bellatoris viri narret
amplexus. Posside sapientiam: posside intelligen Prouer. 4
tiam. Ne obliuiscaris, & ne declinaueris à verbis
oris mei. Neque derelinquas illam, & apprehẽdet
te: ama illam, & seruabit te. Principium sapiẽtię,
posside sapientiã: & in omni possessione tua, posside intelligentiam: circunda illam, & exaltabit
te: honora illam, & amplexabitur te, vt det capiti
tuo coronam gratiarum. Corona quoque delitiarum protegat te. Omnes penè virtutes corporis
mutanť in senibus, & crescente sola sapientia, decrescũt cæteræ virtutes, ieiunia, vigiliæ, & [15] eleemosynæ, [16] chameuniæ: huc illucq; discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperum, instantia orationũ, perseuerantia, visitatio languentiũ,
labor manuũ, vnde præbeantur eleemosynæ. Et,
ne sermonem longius protraham, cuncta quę per
corpus exercentur, fracto corpore minora fiunt.
Nec hoc dico, quòd in iuuenib⁹ & adhuc solidioris ætatis, his dũtaxat qui labore & ardentissimo
studio, vitæ quoque sanctimonia, & orationis ad L
dominum Iesum frequentia, scientiam consecuti
sunt, frigeat sapiẽtia, quæ in plerisq; senibus ætate marcescit: sed quòd adolescentia multa corporis bella sustineat, & inter incentiua vitiorum, &
carnis titillationes, quasi ignis in lignis viridibus
suffocetur, & suum non possit explicare fulgorẽ.
Senectus vero rursus eorum, qui adolescentiã suã Senes sapiẽtia præclari.
honestis artibus instruxerunt, & in lege domini
meditati sunt die ac nocte, ætate fit doctior, vsu
tritior, processu tẽporis sapiẽtior, & veterum studiorum dulcissimos fruct⁹ metit. Vnde & sapiẽs
ille vir Græciæ Themistocles, cùm expletis centum & septem annis, se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quòd tunc egrederetur è vita, quã- »
do sapere cœpisset. [17] Plato octogesimo primo
anno scribens, mortuus est. [18] Et Isocrates, nonaginta & nouem annos, in docendi scribendiq; labore cõpleuit. Taceo cæteros philosophos, [19] Pythagoram, [20] Democritum, [21] Xenocratem, [22] Zenonem, [23] Cleantem: qui iam ætate lõgæua, in sapientiæ studijs floruerũt: ad poẽtas venio, [24] Homerum, [25] Hesiodum, [26] Simonidem, [27] Stesichorũ: M
qui grãdes natu, †[28] cygneum nescio quid, & soli- † grandi
to dulcius, vicina morte, cecinerunt. [29] Sophocles sonitu.
cùm propter nimiã senectutem & rei familiaris
negligẽtiam, à filijs accusaretur† amentię: Oedi- † argueretur,
pi fabulam, quam nuper scripserat, recitauit iudicibus, & tantũ sapientiæ in ætate iam fracta specimen dedit, vt seueritatem tribunaliũ, in theatri fauorem verteret. Nec mirum, cùm etiã [30] Cato Censorius, Romani generis disertissimus iam
& senex, Græcas literas discere, nec erubuerit, nec
desperauerit. Certe Homer⁹ refert, quòd [31] de lingua Nestoris, iã vetuli & penè decrepiti, dulcior
melle oratio fluxerit. Sed & ipsius nominis Abisac sacramentũ, sapientiam senũ indicat amplioAbisac qd
rem. Interpretatur enim, pater meus superfluus,
vel patris mei rugitus. [32] Verbũ superflui ambiguũ est, sed in præsenti loco virtute sonat, quòd
amplior sit in senib⁹, & redũdãs ac larga sapietia.
In alio autem loco superfluus, quasi non necessarius ponitur. Abisac autem, id est rugitus, propriè nũcupatur, cùm maris fluctus resonat, &, vt

ita

A ita dicã,de pelago veniens fremit⁹ audiť. Ex quo oſtenditur abundantiſſimum, & vltra humanam vocem diuini ſermonis in ſenibus tonitruum cõmorari. Porrò Sunamitis in lingua noſtra coccinea dicitur: vt ſignificet calere ſapientiam & diuina lectione feruere:quod licèt dominici ſanguinis indicet ſacramentum,tamen & feruorẽ oſtendit ſapiẽtiæ. Vnde & obſtetrix illa in Geneſi coccinum †ligat in manu Phares,qui ab eo quòd parietem diuiſerat, duos antè populos ſeparantem, diuiſoris, id eſt Phares, ſortitus eſt nomen. Et Rahab meretrix in typo Eccleſię reſticulam,myſterium ſanguinis continentem,vt Hiericho pereunte domus eius ſaluaretur,appẽdit. Vnde & in alio loco de viris ſanctis ſcriptura cõmemorat. [33] Hi ſunt, qui venerũt de calore domus patris Rechab. Et dominus noſter in Euãgelio: Ignem, inquit,veni mittere in terram,[34] & quã† volo vt ardeat. Qui in diſcipulorũ corda ſuccẽſus,cogebat eos dicere: Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis,dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Quorſum hęc tam lõgo repetita prin-

B cipio? Ne à me quęras pueriles declamationes,ſententiarum floſculos, verborum lenocinia,[35] & per fines capitulorum ſingulorum acuta quædã breuiterq; concluſa, quæ plauſus & clamores excitẽt audientium. Amplexetur me modo ſapientia: & Abiſac noſtra,quæ nunquam ſeneſcit, in meo requieſcat ſinu. Impollutaenim eſt,virginitatisq; perpetuę,& quę in ſimilitudinẽ Marię cùm quotidie generet,ſemperq; parturiat, incorrupta eſt. Hinc reor dixiſſe & Apoſtolum:ſpiritu feruẽtes. Et in Euangelio dominũ prędicaſſe,quòd in fine mundi,quando iuxta prophetam Zachariã, ſtultus paſtor eſſe cœperit,ſapientia decreſcente, refrigeſcet charitas multorum. Audi igitur,vt beatus Cyprianus ait,non diſerta,ſed fortia. Audi fratrem collegio,patrẽ ſenio, qui te ab incunabulis fidei,vſq; ad perfectam ducat ætatẽ:& per ſingulos gradus viuendi præcepta conſtituens,in te cæteros erudiat. Scio quidẽ ab auunculo tuo beato Heliodoro,qui nunc pontifex Chriſti eſt, te & didiciſſe,quæ ſancta ſunt:& quotidie diſcere:nor-

C mamq; vitæ eius,exemplum habere virtutũ. Sed & noſtra qualiacunque ſunt ſuſcipe, & libellum hunc, libello illius copulato,vt cùm ille te monachum erudierit,hic clericum doceat eſſe perfectũ.

Igitur clericus qui Chriſti ſeruiet Eccleſiæ,interpretetur primò vocabulũ ſuũ, & nominis definitiõe prolata,† nitatur eſſe quod dicit. Si enim cleros Græcè, ſors Latinè appellatur: propterea vocãtur clerici,vel quia de ſorte ſunt domini,vel quia ipſe dominus ſors,id eſt pars,clericorum eſt. Qui autem vel ipſe pars domini eſt, vel dominũ partẽ habet,talẽ ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat dominũ,& poſſideatur à domino. Qui dominum poſſidet,& cum propheta dicit: Pars mea dñs,nihil extra dominum habere poteſt. Quòd ſi quippiã aliud habuerit præter dominũ, pars eius nõ erit dominus. Verbi gratia: Si aurũ,ſi argẽtũ, ſi poſſeſſiones,ſi variam ſupellectilem: cum iſtis partibus,dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars domini ſum, & funiculus hæreditatis eius:nec accipio partẽ inter cæteras tribus, ſed quaſi leuita & ſacerdos viuo de decimis,

& altari ſeruiens,altaris oblatione ſuſtentor, habens victum & veſtitum, his cõtentus ero,& nudam crucem,nudus ſequar. Obſecro itaq; te & repetens,iterum iterumq; monebo,ne officiũ clericatus genus antiquę militiæ putes:id eſt,ne lucra ſeculi in Chriſti quæras militia:ne plus habeas q̃ quãdo clericus eſſe cœpiſti:& dicatur tibi,[36] Cleri eorum non proderunt eis. θ Nõnulli enim ſunt diti ores monachi,q̃ fuerant ſeculares:& clerici, qui poſſideãt opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete & fallace diabolo nõ habuerãt:vt ſuſpiret eos Eccleſia diuites,quos mundus tenuit antè mẽdicos. θ Menſulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Chriſtus conuiua nouerit. Negociatorem clericũ,& ex inope diuitẽ, ex ignobili glorioſum,quaſi quandam peſtem fuge. Corrumpũt mores bonos cõfabulationes peſſimæ. Tu aurum contẽnis,alius diligit:tu calcas opes,ille ſectatur: tibi cordi eſt ſilentium,manſuetudo,ſecretum:illi verboſitas,attrita frons,cui nundinæ,fora placẽt & plateæ,[37] ac medicorũ tabernæ. In tanta morũ diſcordia,quæ poteſt eſſe cõcordia? Hoſpitiolũ tuum,aut raro,aut nunquam mulierum pedes terãt. Omnes puellas & virgines Chriſti,aut ęqualiter ignora,aut æqualiter dilige. Ne ſub eodẽ tecto manſites: nec in præterita caſtitate confidas. Nec ſanctior Dauid: nec Salomone potes eſſe ſapientior. Memẽto ſemper,quòd paradiſi colonũ, de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Aegrotãti tibi quilibet ſanctus frater aſſiſtat,& germana,vel mater,aut ꝓbatæ quælibet apud omnes fidei. Quòd ſi huiuſcemodi non fuerint conſanguinitatis caſtimoniæq; perſonæ, multas anus nutrit Eccleſia,quæ & officium præbeant,& beneficium accipiant miniſttando,vt infirmitas quoq; tua fructũ habeat eleemoſynæ. Scio quoſdã conualuiſſe corpore,& animo ægrotare cœpiſſẽ. Periculoſè tibi miniſtrat: cuius vultum frequẽter attendis. Si propter officium clericatus,aut vidua à te viſitatur,aut virgo, nunquam domum ſolus introeas. Tales habeto ſocios,quorũ contubernio nõ infameris. Si lector,[38] ſi acolytus,ſi[39] pſaltes te ſequitur non ornentur veſte,ſed moribus:nec[40] calamiſtro criſpent comas, ſed pudicitiã habitu polliceãtur. Solus cum ſola,ſecreto & abſq; arbitro, vel teſte, nõ ſedeas. Si familiarius eſt aliquid loquendũ,habet nutricẽ maiorem domus,virginem,viduã,vel maritatã:non eſt tam inhumana,vt nullũ præter te habeat,cui ſe audeat credere. Caueto omnes ſuſpitiones,& quicquid probabiliter fingi poteſt,ne fingať,antè[2] deuita. Crebra munuſcula, & ſudariola,& faſciolas, & veſtes ori applicitas,ac deguſtatos cibos,blandasq; & dulces literulas, ſanctus amor non habet: Mel meũ,lumen meum,meũ deſiderium:omnes delitias,& lepôres,& riſu dignas vrbanitates,& cæteras ineptias amatorum,in comœdijs erubeſcimus,in ſeculi hominibus deteſtamur:quãto magis in monachis & in clericis,quorum & ſacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur ſacerdotio? Nec hoc dico,quòd aut in te,aut in ſanctis viris iſta formidem, ſed quòd in omni propoſito,in omni gradu & ſexu, & boni & mali reperiantur:malorumq; cõdemnatio,laus bonorũ ſit. Pudet dicere,ſacerdotes idolorum: mimi,& aurigę,& ſcorta,hęreditates capiũt: ſolis clericis & monachis

D

Incluſa his θ non habentur in noſtris veteribus. ſed habeaſ p. 9. D. E.

Hoſpitalitas.

1. Cor. 15.

Fuga mulierum.

E

Gen. 3.

Colloquia ſolitaria.

F

Munuſcula ſuſpecta

Clerici exaurigę, hæredãtur

G & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur non à perſequutoribus,ſed[41] à principibus Chriſtianis. Nec de lege conqueror, ſed doleo cur meruerimus hanc legem.[42] Cauterium bonū eſt,ſed quó mihi vulnus,vt indigeam cauterio? Prouida ſeueraq; legis cautio, & tamen nec ſic refrenatur auaritia. Per[43] fideicōmiſſa legibus illudimus,& quaſi maiora ſint,[44] imperatorū ſcita q̄. Chriſti:leges timemus,euangelia contemnimus. Sit hæres, ſed mater filiorum,id eſt,gregis ſui Eccleſia, quę illos genuit, nutriuit & pauit. Quid nos inſerimus,inter matrem & liberos? Gloria epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere. Ignominia omniū ſacerdotum eſt,proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo,& in tugurio ruſticano:qui vix[45] milio &[46] cibario pane,rugiētem ſaturare ventrē poteram,nunc[47] ſimilam & mella faſtidio. Noui & genera & nomina piſcium,[48] in quo littore cōcha lecta ſit calleo:ſaporibus auium diſcerno prouincias,& ciborum me raritas,ac nouiſſimè[49] dāna ipſa delectant. Audio præterea in ſenes, & anus abſq; liberis,quorundā turpe ſeruitium. Ipſi apponunt[50] matulam,obſidēt lectum,purulentiā H ſtomachi,& phlegmata pulmonis,manu propria ſuſcipiunt. Pauent ad introitum medici,tremētibusq; labijs an commodius habeant,ſciſcitātur: & ſi paululum ſenex vegetior fuerit,periclitātur: ſimulataq; lætitia,mēs intrinſecus auara torquetur. Timent enim,ne perdant miniſterium:& viuacem ſenem,[51] Mathuſalem annis comparant. O quāta apud deum merces,ſi in prēſenti precīū non ſperarēt. Quantis ſudoribus hæreditas caſſa expetitur? Minori labore margaritum Chriſti emi poterat. Diuinas ſcripturas ſępius lege, imò nunquam de manibus tuis ſacra lectio depo natur. Diſce quod doceas:[52] obtine eū qui ſecūdū doctrinam eſt,fidelē ſermonē,vt poſſis exhortari in doctrina ſana,& cōtradicētes reuincere.[53] Permane in his quæ didiciſti,& credita ſūt tibi:ſciēs à quo didiceris:[54] Paratus ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti te ratione,de ea quę in te eſt ſpe & fide. Non confundāt opera tua ſermonem tuū:ne cùm in Eccleſia loqueris, tacitus quilibet I reſpondeat,cur ergo hæc quæ dicis,ipſe nō facis? Delicatus magiſter eſt, qui pieno ventre de ieiunijs diſputat. Accuſare auaritiam & latro poteſt. †vitaq;. Sacerdotis Chriſti os,mens,manusq; † cōcordēt.

Eſto ſubiectus pōtifici tuo,& quaſi animæ parentem ſuſcipe. Amare filiorum, timere ſeruorū eſt.[55] Si pater ſum,inquit, vbi eſt honor meus? Si dominus ego ſum,vbi eſt timor meus? Plura tibi in eodem viro obſeruanda ſunt nomina: Monachus,pontifex,auunculus tuus,qui te iam in omnibus quæ ſancta ſunt docuit. Illud etiam dico, quòd epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint, non dominos:honorent clericos quaſi clericos,vt & ipſis à clericis,quaſi epiſcopis,honor deferatur.[56] Scitū illud eſt oratoris Domitij: Cur ego te,inquit, habeam vt principem:cùm tu me non habeas vt ſenatorem? Quod Aaron & filios eius,hoc epiſcopum & presbyteros eſſe nouerimus: Vnus dominus,vnum templum,vnum ſit etiam miniſteriū. Recordemur ſemper quid Apoſtolus Petrus prę cipiat ſacerdotibus: Paſcite eum qui in vobis eſt gregem domini,prouidentes non coactè,ſed ſpōtaneè ſecundū deū:neq; vt turpis lucri gratia,ſed K voluntariè:neq; vt dominātes in clerum, ſed forma facti gregi ex animo:vt cùm apparuerit princeps paſtorum,percipiatis immarceſſibilē glorię coronam. Peſſimæ conſuetudinis eſt in quibuſdā Eccleſijs, tacere presbyteros,& præſentibus epiſcopis non loqui,quaſi aut inuideant,aut non dignentur audire. Et ſi alij,inquit Apoſtolus Paulus,fuerit reuelatum ſedēti:prior taceat. Poteſtis enim per ſingulos prophetare,vt omnes diſcant: & omnes conſolentur: & ſpiritus prophetarum, prophetis ſubiectus eſt. Nō enim eſt diſſenſionis deus,ſed pacis. Gloria patris eſt filius ſapiēs. Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes. Docente te in Eccleſia,nō clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ auditorū,laudes tuæ ſint. Sermo presbyteri,ſcripturarū lectione† conditus ſit: Nolo te declamatorem eſſe & rabulā garrulumq; ſine ratione, ſed myſteriorum peritum,& ſacramentorum dei tui eruditiſſimū. Verba voluere,& celeritate dicendi apud imperitum vulgus admiratione ſui facere, indoctorum hominum eſt.[57] Attrita frons,interL pretatur ſæpe quod neſcit: & cùm alijs perſuaſerit,ſibi quoq; vſurpat ſcientiam. Pręceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me vt exponeret,quid ſibi vellet in Luca[58] ſabbatum δὐντερόπρωτον, elegāter luſit,docebo te,inquiens,ſuper hac re in Eccleſia: in qua mihi omni populo acclamāte,cogeris inuitus ſcire quod neſcis. Aut certè ſi ſolus tacueris, ſolus ab omnibus ſtulticiæ condemnaberis. Nihil tam facile,q̄ vilem plæbeculam & indoctam concionē,linguę volubilitate decipere,quæ quicquid non intelligit, plus miratur. M. Tullius,in quem pulcherrimum illud elogiū eſt: Demoſthenes tibi præripuit,ne eſſes primus orator: tu illi,ne ſolus: in oratione[59] p Quinto Gallo,quid de fauore vulgi,& de imperitis cōcionatoribus loquatur,attēde:ne his fraudib9 ludaris. Loquor enim,quæ ſum ipſe nuper expert9. Vnus quidam poēta nominatus homo,perliteratus, cuius ſunt illa colloquia poētarum ac philoſophorū,cùm facit Euripidē & Menandrū inter ſe,& alio loco Socratem atq; Epicurum differentes,quorum ætates non annis, ſed ſeculis ſcimus eſſe diſiūctas,[60] quātos is plauſus & clamores mouet? Multos enim cōdiſcipulos habet in theatro, qui ſimul literas non didicerant. [61] Veſtes pullas æque deuita,vt candidas. Ornatus vt[62] ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delitias, alterum gloriam redolet.[63] Nō abſq; amictu lineo incedere,ſed preciū veſtium linearū non habere, laudabile eſt. Alioquin ridiculum & plenum dedecoris eſt,referto marſupio,quòd ſudarium orariumq; nō habeas,gloriari. Sunt qui pauperibus paulū tribuunt,vt amplius accipiant,& ſub prę- res. textu eleemoſynæ quærunt diuitias, quæ magis venatio appellanda eſt,q̄ eleemoſynæ genus. Sic beſtiæ,ſic aues,ſic capiuntur & piſces. Modica in hamo eſca ponitur,[64] vt matronarū in eo ſacculi protrahantur. Sciat epiſcopus, cui commiſſa eſt Eccleſia, quē diſpenſationi pauperū curæq; præficiat. Melius eſt nō habere quod tribuam, quàm impudenter petere quod recondam. Sed & genus arrogantiæ eſt,clemētiorem te velle videri,quàm

pontifex

Tit.1. 1.Pet.5. 1.Cor.14. Prou.10. Greg. Nazianzenus. Ibidem. M

A pontifex Christi est. Non omnia possumus omnes. Alius in Ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, vēter: & cætera. Lege Pauli epistolā ad Corinthios: quomodo diuersa membra vnū corpus efficiūt. Nec rustic⁹ tamē & simplex † frater ideo se sanctū putet, si nihil nouerit: nec peritus & eloquēs, lingua æstimet sanctitatē. Multoq; melius est è duobus imperfectis, rusticitatem habere sanctam, q̄ eloquentiam peccatricē.

1.Cor.12.

† Nec rusticus & tantū simplex.

Aurum in templo.

Multi ędificant parietes, & columnas Ecclesię substruunt, marmora nitēt, auro splēdent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est. Neque verò mihi aliquis opponat, diues in Iudæa templū, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabrefacta. Tunc hęc probabantur à domino, quando sacerdotes hostias immolabāt, & sanguis pecudū erat redēptio peccatorū. Quanq̄ hęc omnia præcesserint i figura: Scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorū deuenerunt. Nunc verò cū paupertatē domus suæ pauperem dominus dedicarit, cogitemus crucē eius, & diuitias lutū putabimus. Quid miramur, quod Christus vocat iniquū māmona? Quid suspicimus & amamus, quod Petrus se nō habere, glorioſe testatur? Alioquin si tantū literā sequimur, & in auro atq; diuitijs simplex nos delectat historia, cū auro obseruemus & cætera. Ducāt pontifices Christi, vxores virgines: Quāuis bonæ mentis sit qui cicatricem habuerit, & deformis est, priuetur sacerdotio: lepra corporis, animæ vitijs pręferatur: Crescamus & multiplicemur, & repleamus terrā, nec immolem⁹ agnū, nec mysticū pascha celebremus, quia hæc absq; templo, fieri lege prohibētur. Figamus septimo mense tabernaculum, & solenne ieiunium buccina concrepemus. Quòd si hæc omnia spiritualibus spiritualia comparantes, scientesq; cum Paulo, quòd lex spiritualis est, & Dauid verba cantantis: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: sic intelligimus, vt dominus quoq; noster intellexit, & interpretatus est sabbatum, aut aurū repudiemus cū cæteris sū perstitionibus Iudæorum: aut, si aurū placet, placeāt & Iudæi, quos cū auro, aut probare nobis necesse est, aut dānare. Conuiuia tibi vitāda sunt seculariū, & maximè eorū, qui honoribus tumēt. Turpe est ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui cibo quoq; vescebatur alieno, lictores cōsulū, & milites excubare, iudicemq; prouincię melius apud te prandere, quàm in palatio. Quòd si obtenderis te facere hæc, vt roges pro miseris atq; subiectis: iudex seculi plus deferet clerico cōtinenti, q̄ diuiti: & magis sanctitatem tuā venerabitur, q̄ opes. Aut si talis est, q non audiat clericos pro q̄buslibet tribulatis nisi inter phyalas: libēter carebo huiusce modi beneficio, & Christū rogabo pro iudice, qui magis & citius subuenire potest, quàm iudex: Melius enim est confidere in domino, q̄ confidere in homine. Melius est sperare in domino, quàm sperare in principibus.

3 Reg.5. &.6.

1.Cor.10.

B

Lucæ.16. Acto.3.

C

Fuga magnatum.

Psal.117.

Ibidem.

Nūquam vinū redoleas, ne audias illud philosophi: [65] Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Vinolētos sacerdotes & Apostolus dānat, & vetus lex prohibet: Qui altario deseruiunt, vinum & sicerā non bibant. Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest, siue illa [66] quæ frumēto cōficitur, [67] siue pomorū succo, aut [68] cùm faui decoquūtur in dulcem & barbaram potionem, [69] aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, [70] coctisq; frugibus, aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & statum mentis euertit, fuge simiIiter vt vinū. Nec hoc dico, quòd dei à nobis creatura damnetur (Siquidem & dominus vini potator est appellatus: & Timotheo dolēti stomachū, modica vini sorbitio relaxata est) sed modū pro ætatis, & valetudinis & corporū qualitate exigimus in potando. Quòd si absq; vino ardeo adolescentia, & inflāmor calore sanguinis, & succulēto validoq; sū corpore, libēter carebo poculo, in quo suspitio veneni est. Pulchrè dicitur apud Gręcos, [71] & nescio an apud nos ęque resonet: Pinguis vēter, non gignit mentē tenuē. Tātū tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre potes. Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, & nō superstitiosa ieiunia. Quid prodest oleo non vesci, & molestias quasdam difficultatesq; ciborū quærere, carycas, piper, nuces, palmarum fruct⁹, similā, mel, pistacia? † Tota hortorū cultura vexat, vt cibario non vescamur pane, & dum delitias sectamur, à regno cœlorū retrahimur. Audio præterea quosdam contra rerum hominumq; naturam, aquam non bibere, nec vesci pane, sed sorbitiūculas delicatas & cōtrita olera, betarumq; succum, [72] non calice sorbere, sed concha. Proh pudor, nō erubescimus istiusmodi ineptijs, nec tędet superstitionis? Insuper etiam famam abstinētiæ in delitijs quærimus. Fortissimum ieiunū est, aqua & panis. Sed quia gloriam nō habet, & omnes pane & aqua viuimus, quasi publicū & commune ieiunium nō putatur. Caue ne hominū rumuscu-

Abstinētia vini.

Potus.

Leuit.10.

Sicera.

D

Inedia.

E

† pastinacia.

Gloria.

los aucuperis: ne offensam dei, populorum laude cōmutes. Si adhuc, inquit Apostolus, hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Desijt placere hominibus, & seruus factus est Christi. Per bonā famam & malā, à dextris & à sinistris, Christi miles graditur: nec laude extollit, nec vituperatione frangitur. Nō diuitijs tumet, non cōtrahitur paupertate, & lęta contēnit & tristia. Per diem sol nō vrit eum, neq; luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, ne rectum iter precum tuarū fragat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias, & ostentui habere [73] phylacteria, & cōscientia repugnāte, pharisaica ambitione circundari. Quāto melius erat hęc nō in corpore, sed in corde gestare: & deū habere fautorem, non aspectus hominū? Inde pendet Euangelium: inde lex & prophetæ, siue sacra & apostolica doctrina. Melius est enim hæc omnia in mente portare, quàm in corpore. Fidelis mecum lector intelligis quid taceā, & quid magis tacēdo loquar. Tot te regulæ, quot species gloriarū percurrant. Vis scire quales dominus quęrat ornatus? Habeto prudētiam, iustitiam, temperātiam, fortitudinē. [74] His cœli plagis includere, hæc te quadriga, velut aurigā Christi, ad metā cōcita † ferat. Nihil hoc monili pretiosius, nihil hac gemmarū varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris, atq; protegeris, & ornamento tibi sunt & tutamini, gemmæ vertūtur in scuta. Caue quoque ne aut linguā, aut

Gal.1.

F

Psal.120.

Cultus sū perstitiosus.

† concitū.

Obtrectatio.

G aut aures habeas pruriẽtes,id eſt,ne aut ipſe alijs detrahas,aut alios audias detrahẽtes. Sedens, inquit,aduerſus fratrem tuum loquebaris,& aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcãdalum:hæc fe-
Pſal. 49. ciſti & tacui. Exiſtimãſti inique,quòd ero tui ſimilis, arguam te & ſtatuam cõtra faciem tuam. Parce à detractione linguæ,cuſtodi ſermones tuos,& ſcito quia per cuncta, quæ de alijs loqueris, tua conſcientia iudicaris,& in his ipſe deprehenderis,quæ in alijs arguebas. Neque vero illa iuſta eſt excuſatio, referentibus alijs iniuriã facere nõ poſſum. Nemo inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nunquam figitur,interdum reſiliens percutit dirigentem. Diſcat detractor,dum te videt non libenter audire,nõ facilè detrahere.
Prou. 24. Cum detractoribus, ait Salomon: ne miſcearis, quoniam repẽte veniet perditio eorum, & ruinã vtriuſq; quis nouit? tam videlicet eius qui detrahit,quàm illius qui aurem accommodat detrahẽti. Officij tui eſt viſitare languentes, noſſe domos matronarum,ac liberos earum, & nobilium
Silẽtium. virorum cuſtodire ſecreta. Officij tui eſt,non ſo-
H lum oculos caſtos ſeruare,ſed & linguam. Nunquam de formis mulierũ diſputes, nec quid agatur in alia,dom⁹ alia per te nouerit. [75] Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos antequã doceat, & in verba ſua iurare compellit, extorquet ſacramẽto ſilentium,ſermonem,inceſſum,habitum,moresq; præſcribit. Quanto magis nos, quibus animarũ
† medici- cura † commiſſa eſt,omnium Chriſtianorum do-
na. mos debemus amare quaſi proprias? Conſolatores potius nos in mœroribus ſuis, quàm cõuiuas in proſperis nouerint. Facilè cõtẽnitur clericus, qui ſæpe vocatus ad prandium,ire non recuſat.
Abſtinẽtia à muneribus. Nunquã petẽtes,raro accipiam⁹ rogati. [76] Beatius enim eſt magis dare quàm accipere. Neſcio quo enim modo etiam ipſe qui deprecatur vt tribuat:cùm acceperis,viliorem te iudicat: & mirũ in modum ſi eum rogantem cõtempſeris, plus te poſterius veneratur. Prædicator continentiæ,nuptias ne cõciliet. Qui Apoſtolũ legit,ſupereſt,vt
I qui habent vxores,ſic ſint,quaſi no habeant: cur virginẽ cogit vt nubat? Qui de[77] monogamia ſacerdos eſt,quare viduam hortatur vt digama ſit?
A negocijs profanis. Procuratores & diſpenſatores domorum alienarum atq; villarum,quomodo poſſunt eſſe clerici, qui proprias iubẽtur contẽnere facultates? Ami co quippiam rapere,furtum eſt. Eccleſiam fraudare,ſacrilegium eſt. Accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit,& eſurientibus plurimis, vel cautum eſſe velle,vel timidum:aut,quod apertiſſimi ſceleris eſt,aliquid inde ſubtrahere,omnium prædonum crudelitatẽ ſuperat. Ego fame torqueor, & tu iudicas quantum ventri meo ſatis ſit? Aut diuide ſtatim quod acceperis:aut ſi timid⁹ diſpẽſator es,dimitte largitorẽ,vt ſua ipſe diſtribuat. Nolo ſub occaſione mea ſacculus tuus plenus ſit. Nemo me melius, mea ſeruare poteſt. Optimus diſpẽſator eſt,qui ſibi nihil reſeruat. Coẽgiſti me Nepotiane chariſſime,lapidato iã virginitatis libello,quem ſanctę Euſtochio Romæ ſcripſeram,
Hæc excu ſatio nunc nõ accipitur. poſt annos decẽ rurſus Bethlehẽ ora referare, & cõfodiendum me linguis omnium prodere. Aut enim nihil ſcribendum fuit,ne hominum iudiciũ ſubiremus,quod tu facere prohibuiſti: aut ſcribẽtes noſſe, cũctorum aduerſum nos maledicorum K
tela torquenda. Quos obſecro vt quieſcãt,& deſinant maledicere. Non enim vt aduerſarijs, ſed vt amicis ſcripſimus. Nec inuecti ſumus in eos qui peccant,ſed ne peccẽt monuimus. Neque in illos tantũ,ſed & in noſmetipſos ſeueri iudices fuim⁹. Volentesq; feſtucam de oculo alterius tollere, noſtram primùm trabem eiecimus. Nullũ læſi,nullius nomẽ mea ſcriptura deſignatum eſt. Neminem ſpecialiter meus ſermo pulſauit. Generalis de vitijs diſputatio eſt. Qui mihi iraſci voluerit, ipſe† de ſe quòd talis ſit,confitebitur. † príus ípſe.

SCHOLIA.

PEtis à me.) Hæc pars quæ principij vice ponitur,propoſitionem & narrationem cõplectitur. 1
2 Dum eſſem.) Captat locum cõmunem, in quem ſuo more expatietur antequam aggrediatur argumentationem: idq; à nonnullis factitari ſolitum teſtatur & Fabius. Porro locus eſt,in ſenibus potiſſimum florere ſapientiam. Iam tametſi negat ſe breuiter concluſis,id Epíphoneſt,epiphonematis vti ad ſingula capita,tamẽ his etiam vtitur in hac epiſtola,quanquam parcius,vt illud: Periculoſè tibi miniſtrat,cuius vultum frequenter attendis. 3 Rhetorum ſtudijs atque doctrinis.) Mihi particula hæc,atque doctrinis, videtur adiecta. 4 Et inſtar boum pendentibus a.m.p.) Quod Vergilius de boue dixit: Et crurum tenus à mento palearia pendent: hoc refert ad mentum ſenile. Nam palearia dicuntur,pellis quæ dependet à mẽto in pectus bo Palearia.
uis. Idem accidit in ſenibus,vt carne conſumpta, laxa cutis pendeat. 5 Frigidus obſiſtit.) Carmen eſt Maronis in quarto Georgicõ: Sin has ne poſſim naturæ attingere parteis, Frigidus obſtiterit circũ præcordia ſanguis. Seruius aſſcribit phyſicos dicere,ſtultos & hebetes ſanguinis eſſe frigidioris,prudẽtes calidioris: & ideo ſenes ac pueros minus ſapere,quòd his nondum caleat ſanguis,illis ætate iam refrixerit. Plinius lib. xij. Animalia fortiora eſſe,quibus ſanguis eſt craſſior: ſapiẽtiora,quibus tenuior: proinde pinguiſſimũ eſſe aſinus,homini tenuiſſimũ. 6 Omnia fert &c.) Eſt & hoc apud Maronẽ in Ecloga,cui titulus, Mœris: fert poſuit,pro aufert. Quanquã ætas accedẽs adfert cõmoda,decedens aufert. 7 Animũ quoq;.) Serius enim ſeneſcit animi vigor,quàm corporis: nẽpe anno quadrageſimooctauo,cùm corporis vigor langueſcat poſt trigeſimumſextũ annum,autore Ariſtotele. 8 Oblita.) Paſſiuè dixit. 9 Dauid annos n.ſ.) Hæc referuntur libro Regum. iij. capit. j. 10 De M
mimo.) Mimi vocãtur verſus Scenici, & ipſi qui mimos Mimi.
ſcribunt, mimi dicuntur. A μιμέομαι Græcè, quod eſt imitor. Nam hiſtrio tantum agit: Mimi quod ſcribunt,hoc idem agunt. 11 Atellanarum.) Atellana genus eſt comœdiæ laſciuioris & obſcœnioris,ſic vocata ab Atella ciuitate Attellanæ
Oſcorum,vt teſtatur Liuius lib. vij. Vnde & obſcœnũ dicta Obſcœnũ.
tũ volunt. 12 Viuebat adhuc Bethſabee.) Apparet Da Dauid vxo
uid quatuor vxores eodẽ habuiſſe tẽpore: Bethſabee, quam res.
abduxerat ab Vria: Michol,quæ tamen nupſit alteri: Abygail,vxorẽ Nabal: & Achinoën,quam accepit à Ieſraël. Vide primi libri Reg. cap. xxv. 13 Taceo de prioribus.) De his multa Geneſeos ca. v. 14 Et pacificus bellatoris.) Miro decore cõiunxit pugnantia. 15 Elemoſynæ.) Hanc vo- Eleemo-
cem fraudamus vna ſyllaba. Nam dicẽdum eſt eleemoſynæ, ſyna.
ἐλεημοσύνη Græcè, quod nobis ſonat miſericordiam.
16 Chameuniæ.) Græcè dixit, quod Latinè non poterat cõmodè dici, χαμαὶ humi, εὐνὴ cubile. Inde χαμευνία, cùm Chameu-
quis in nuda humo cubat. 17 Plato octogeſimo.) Autor nia.
Tullius in Catone maiore. 18 Et Iſocrates.) Hunc Lucia- Plato.
nus ſcribit vixiſſe vndecentum annos. M. Tullius in Catone Iſocrates.
maiore, refert librũ qui inſcribitur Panathenaicus ab hoc ſcriptum, anno quarto & nonageſimo, ac poſtea quinquẽ- Pythago-
nium ſuperuixiſſe. 19 Pythagoram.) Is nonaginta vi- ras.
xit annos, autore Laërtio. 20 Democritum.) Ab- Democri-
deriten intelligit phyſicum, qui quatuor ſupra centum tus.
vixit an-

A vixit annos, vt ſcribit Lucianus in Longæuis, à nobis olim verſis. Quanquã Hipparchus apud Diogenem Laërtiũ tríbuit illi annos nouem ſupra centum. 21 Xenocratẽ.)Hic Platonis diſcipulus,octogintaquatuor vixit annos. 22 Zenonẽ.)Hic ſtoïcus,nonagintaocto,Luciano autore. 23 Cleanthem.)Qui,ſi Luciano credimus,vixit ad annum,centeſimum. 24 Homerum.)Et hunc Mæoniũ ſenẽ vocant poëtæ. 25 Heſiodum.)Huius longæuitas etiam prouerbio locum fecit,ἡσιόδου γῆρας,id eſt,Heſiodia ſenectus: de quo vide noſtras Chiliadas. 26 Simonidem.)Hic poëta lyricus octogeſimo anno,& docuiſſe ſe carmina, & in certamen eorum deſcendiſſe ipſe gloriatur. Autor Valerius libro octauo,cap.de ſtudio & induſtria. Hunc Lucianus in Macrobijs, tradit vltra nonaginta vixiſſe annos. 27 Steſichorũ.)Hic eſt,cui vituperata Helena, oculos ademit, laudata reddidit. Vixit fermè ad annum centeſimũ,vt refert Suidas. 28 Cygneũ neſcio quid.)Græcis in prouerbio eſt, κύκνου ᾆσμα, id eſt,cygnea cantio,de ſenili facundia. Nam id poëtarũ fermè omnium literis celebratũ eſt,cygnum vicina morte dulciſſimè canere, cùm nemo canentem audierit. 29 Sophocles.) Hic Tragediarũ ſcriptor vixit annos nonagintaqnq; autore Luciano. Quod autem narrat Hieronymus,refertur à Valerio libro ſeptimo,& à M. Tullio in Catone maiore.

Xenocrates. Zeno. Cleãthes. Homerus Heſiodus. Heſiodia ſenectus. Simonides Steſichorus. Cygnea cantio. Sophocles

Cato Cenſorius.

30 Cato Cẽſorius Romani generis.)Hic Latinas etiã literas ſerò didicit,vt teſtis eſt Valerius Max. ſed multo ſerius

B Græcas,Cenſorius autem eſt cognominatus, ob cenſurã ſeuerius geſtã. 31 De lingua Neſtoris.)Hic iuxta Homerũ, treis hominum vixit ætates,hoc eſt,vt quidam interpretantur,centum & quinquaginta annos: de cuius mellita facũdia extat Homericum illud Elogium libro Iliados primo: τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, id eſt,cuius & à lingua melle dulcior fluebat vox. 32 Verbũ ſuperflui)Græcè quidem anceps περισσόν,quod & ſuperuacaneum ſignificat,& egregium atq; exuberans. Vnde Hieronymus de Græca ſentit,non de Latina. 33 Hi ſunt qui ve.) Hoc dictũ eſt de cognatione ſcribarum,qui canentes atq; reſonantes, in tabernaculis cõmorabantur. Hi ſunt, inquit, Cinei, qui venerũt de calore patris domus Rachab. Paralipomenon libri primi,cap.ij. 34 Et quid volo niſi vt ardeat?) Ex antiquo exẽplari, ſimulq; Græcis codicibus, germanam reſtituimus lectionẽ.Et quã volo,vt ardeat: ſicut admonuimus & in annotationibus noſtris in nouum teſtamentũ. 35 Et per fines capitulorum.)De epiphonematis ſentit,& argutis acclamatiunculis, de quibus aliàs dictũ eſt. 36 Clericorum n.p.e.) Vulgata æditio,quæ hoc loco cõſentit cum Hebræis,ſic habet.Eſt enim apud Hieremiã prophetã. cap.xij. Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt:hæreditatẽ acceperunt, & non eis proderit. Altera,nempe ſeptuaginta,habet:Seminaſtis triticum,& meſſuiſtis ſpinas:clerici eorũ non proderunt eis. Vnde conijcio legendum cleri,non clerici,id eſt,hæreditates. Et ita ſcriptum reperimus in antiquis exemplaribus. Non enim ſolum nihil prodeſt honos epiſcopalis,verũ etiã officit, niſi acceſſerit ſacra doctrina, cæteræq; virtutes epiſcopo dignæ. 37 Ac medicorum tab.)Sẽtit pharmacopolia, in quibus velut & in tonſtrinis cõſidetur ab ociosis & garrulis:qui mos & hodie durat apud Venetos. 38 Si acolytus, ſi pſaltes.) ἀκόλουθος Græcè dicitur, nõ prohibitus, hoc eſt,admiſſus. Atq; ita vocabatur, qui ipſe quidẽ nõ peragebat myſteria,ſed nõ excludebatur cũ cæteris, quòd ignẽ, aut ſimile quiddam ad ſacra neceſſarium,afferebat. Operæprecium eſt ridere nouum Iſidori interpretamentum in decretis diſt.xxj. Acolyti, inquit, Græcè, Latinẽ dicuntur ceroferarij: & ſimili inſcitia metropolin interpretatur mẽſuram ciuitatũ, cùm Græce ſit μητρόπολις non μετρόπολις. Atque huius errorem ſequitur magiſter ſententiarum, cæci cæcus. Quanquam haud diſplicet, vt hoc loco legatur ἀκόλουθος:ſic enim Græcis dicuntur famuli,qui ſemper adſunt, à verbo ἀκολουθῶ,quod eſt ſequi. 39 Pſaltes.)Græcũ eſt ψάλτης,Latinè cantor. 40 Calamiſtro.) Calamiſtrũ acus eſt magna,qua calefacta criſpantur capilli. 41 A principibus Chriſtianis.)Annotandum hoc loco, per imperiales leges clericos prohibitos olim fuiſſe ab adeundis hæreditatibus. Poſtremo quod tota hac epiſtola diuus Hieronymus vult ſacerdotes eſſe pauperes opibus,diuites doctrina & pietate:non ſatis conuenit cum publica tempeſtatis huius perſuaſione,qua credũt Eccleſiam hiſce diuitijs maximè & fulciri,& ornari. 42 Cauterium.)Inſtrumẽtum quo vitia inſanabilia exurũtur:à καίω quod eſt vro. Alludit ad id quod dictum eſt:Bonas leges è malis moribus eſſe natas. 43 Fideicommiſſarius.)Dicitur non verus hæres, ſed cuius arbitrio hæreditas adminiſtratur:de his multa mẽtio in pandectis. 44 Imperatorum ſcita.) Scita leges vocat & inſtituta. 45 Milio.) Milium leguminis genus eſt viliſſimum. 46 Cibario pane.)Cibarius panis, non omnino purgatus à furfure:quem eundem & ſecũdarium appellant. Nã id quod cribro redditur puriſſimum,florem appellãt in ſiligine, pollinem in tritico:quod ſecundo,ſecundariũ: quod poſtremo, furfurem. Teſtis Plinius libro decimooctauo. 47 Similam & mella.) Simila idem fermè quod flos,id eſt, candidiſſima farinæ pars,quæ magis in condimẽtis adhibebatur, quàm in panibus:mel vino addebatur,vt mulſum fieret,quod olim in delicijs erat. 48 In quo littore cõcha.)De oſtreis & echinis ſentit. Alludit ad id quod ſcribit Iuuenalis: Lucrinũ ad ſaxum,Rutupinóue ædita fundo Oſtrea,callebat primo deprendere morſu, Et ſemel aſpecti dicebat littus Echini. De his vide apud Aulum Gelliũ libri ſeptimi,cap.xvj. 49 Dãna ipſa.)Quia magno empta. Iuxta illud Iuuenalis,ad quod alluſit:Magis illa iuuant,quæ pluris emũtur. 50 Matulã.) Matula ſiue matella,vas eſt in quod lotium redditur. Erat autẽ ſordidiſſimi ſeruuli munus,matulam porrigere domino. Vnde prouerbialiter dicebatur: Indignus eſt qui illi matulam porrigat: vt in Chiliadibus explicuimus copioſius. 51 Mathuſalẽ.) Hoc nemo diutius vixit: vixit enim nongentis annis & ſexaginta nouem. 52 Obtine eum qui.) Refert verba Pauli ad Titum. 53 Permane in.h.q.d.) Ita Paulus ad Timotheũ. 54 Paratus ſemper.)Ita Petrus in prima epiſtola capite tertio. 55 Si pater ſũ,inquit,u.e.h.m.)Ita Malachias capite primo: Filius honorat patrẽ ſuũ, & ſeruus dominũ ſuũ. Si ergo pater ego ſum,vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſũ, vbi eſt timor meus? 56 Scitũ eſt illud oratoris Domitij.)Quod Hieronymus Domitio tribuit, Valerius aſſcribit Lucio Craſſo, ſummæ dignitatis & eloquentiæ viro: cui cùm L. Philippus conſul in ſenatu manũ inijci iuberet,reiecto lictore: Nõ es,inquit,mihi Philippe conſul,quia nec ego tibi ſenator ſum: libro ſexto, cap.de liberè dictis. 57 Attrita frons.)Impudẽs & perfricta,quod prouerbium ſapit. 58 Sabbatũ δευτερόπρωτον.) Id eſt,ſecundo primum. Nam Græcis dictio eſt compoſita, ex ſecundo & primo,quemadmodum Gallogræcus, & μωρόσοφος. Locus eſt apud Lucã cap.vj. De quo q velit plura cognoſcere,legat annotationem noſtrã, qua rem vtcunq; illiẽ explicauimus ex Theophylacto & Chryſoſtomo. Nec enim ad hoc argumentũ propriè pertinet huius nodi diſſolutio. 59 Pro Quinto Gallo.)Hæc oratio non extat. Et locus hic Hieronymi mihi videtur nõ omnino vacare mẽdo.

Calamiſtrum.

Cauteriũ. Fideicommiſſarius. Scita. Milium. Cibarius panis. Similà. Flos. Matula. Mathuſalem. Domitius orator.

60 Quãtos plauſus.)Rei tã abſurdæ,tamẽ vulgus applaudebat. Plinius in epiſtola quadã:Scito,inquit,eũ peſſimè dicere,qui maximè laudabitur. Id nunquã magis verũ fuit, q̃ his tẽporibus. 61 Veſtes pullas.)Pulla nigra dicũtur. Vnde pullati,qui lugent,quòd in luctu nigris vterẽtur. Cõtrà, candida olim principum erant ac triumphantiũ. 62 Sordes.)Inter ornatum & ſordes,media eſt mundicies. 63 Nõ abſq; amictu lineo.)Líneorũ vſum olim vix viro dignũ habitũ,ſuperius indicatũ eſt:& de precio lineorum, multa Plinius. 64 Vt matronarũ in eo ſæculi protrahãtur.) Eſt & altera lectio:Vt maiores in eo piſculi protrahantur: ſed prior mihi magis arridet, quanquã nec illa prorſus vacare mendo videtur. 65 Hoc nõ eſt oſculum porrigere.)Olim oſculo ſalutabant, conſul imperatorem, diſcipulus præceptorem. 66 Quæ frumẽto conficitur.)Plinius libro xiiij. cap. vltimo:Eſt & Occidẽtis populis ſua ebrietas,fruge madida:Hunc potum Galli ceruiſiam vocabant, Hiſpani cheliã,Aegyptij zuthũ. 67 Siue pomorũ ſucco.)Hoc pomatium vocant. Vergilius: Atq; acidis imitantur vitea ſorbis.

Cum faui

Cerusſiæ nomina. Pomatiũ.

G 68 Cũ faui decoquũtur.) Hydromeli ſignificat, quod fit ex aqua & melle tantum. Vide Plinium libro.xiiij.cap.xvij. Hoc vtebãtur Phryges. 69 Aut palmarũ fructus.) Hoc genere Parthi quondam vtebantur,& Indi, & Oriens totus, authore Plinio. 70 Coctisq; frugibus.) Nam fit ex alijs quoque herbis & leguminibus. De his vide Pliniũ,lib.xiiij. cap.xvj. 71 Et neſcio vtrum apud nos.) Græcus ſenarius ſic habet: παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον, id eſt,pinguis venter,tenuem non parit mentem. Et ſi mauis carmen reddi carmine:Subtile pectus venter obeſus non parit. Porrò quod Hieronymus ſolicitus eſt de venuſtate Græcanici carminis, ſciat lector lepôrẽ eſſe in ambiguitate harũ vocũ, pinguis & tenuis. Nã pingue vt ſignificat obeſum,ita ſtupidũ ac tardũ aut hebetẽ ſignificat. Itẽ tenue ſignificat macilẽtũ & ſubtile. Nã dicitur tenue corpus. Et Horatius,in Satyris,res tenues dixit acutas ac ſubtiles. Cùm igitur dicit,vẽter pinguis,obeſum ſignificat: cùm ait,mentẽ tenuem,acutã intelligit:& deflexit,alludens tamen interim ad vocem pinguis. 72 Non calice,ſed concha.) Vergilius: Vt concha bibat,& Serrano dormiat oſtro. Eſt autem delicioſius concha bibere,quàm calice. 73 Phylacteria.) Dicũtur extremæ veſtium oræ, quòd eam tueantur ac ſeruent: vel potius quòd in his ſeruarentur mandata legis inſcripta,ne excideret animo. Iuſſerat enim Moſes, vt in quatuor angulis pal-
H liorum,Hebræi hiacynthinas fimbrias facerent:vt ſicut circũciſio in corpore, ita hoc in veſte eſſet ſignum Iſraẽlitæ. Itaq; ſuperſtitioſi faciebãt grandes fimbrias, & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant,vt vel ſic admonerentur cultus diuini. Quanquã phylacteria quidam putãt membranas, in quibus deſcriptum Moyſi decalogum in fronte geſtabant. Quem morem & ad ſua quoque tempora duraſſe,ſcripſit Hieronymus in Matthæum. 74 His cœli plagis,hæc quadriga.) Alludit ad quadrigam Heliſæi prophetæ,de qua Regũ.iiij. cap.xiij. 75 Hippocrates.)Extat hoc Hippocratis ſacramentum in libris medicorum: & vulgatius eſt, quàm vt hic ſit referendũ. 76 Beatius eſt dare,)Hæc ſentẽtia citatur Actuũ cap.xx.in eundẽ ſenſum à diuo Paulo. 77 De monogamia.) γάμῳ Græcè coniugium vocatur, μόνος ſolus. Non admittitur autem ad ſacerdotium, cui bis ſit ducta vxor,etiam ſi alteram habuerit ante baptiſmum: quanquam antiquitus ſacerdotes non vocabãtur niſi epiſcopi, & idem presbyteri: tametſi poſtea presbyteri cœperunt à ſacerdote diſtingui. Et Δίγαμοι Græcis dicũtur,qbus bis ducta vxor, non bigami.

ANTIDOTVS. In hac epiſtola,in qua non exhortatur,ſed viuẽdi præſcribit leges,videtur omnino à clericis, hoc eſt, à presbyteris ac ſacerdotibus & epiſcopis exigere
I paupertatem,cùm ait:Qui dominum poſſidet, & cum propheta dicit:pars mea dominus,nihil extra dominum habere poteſt. Quòd ſi quippiam aliud habuerit præter dominum, pars eius non erit dominus. Verbi gratia: Si aurum,ſi argentum,ſi poſſeſſiones,ſi variam ſupellectilem, cum iſtis partibus,dominus pars eius fieri non dignatur. Quid ais ſanctiſſime Hieronyme,negas eſſe clericos, negas cum his dominũ partem habere velle, quibus ſunt prædia, quibus aurum in ſcriniis,quibus argentum in marſupio, quibus ſupellex domi? Etiã ſi iſta obuenerint hæreditate? Quid facies tot Chriſtianis ſacerdotibus,adeo locupletibus,vt his inuideant mũdani principes? Quid epiſcopis,qui tot oppida poſſident, vt nè dicam de prædijs? Quid ſummis pontificibus, qui pro cẽſu ac prædijs etiam belligerantur? Atqui hos adeo non improbamus,vt nec te inter bonos viros poneremus,niſi illorũ oraculis comprobatum. Per hos Chriſtiani ſumus omnes, horũ arbitratu Chriſto iungimur, aut à Chriſto ſegregamur. Et nõ ſolum dominum cum his partem habere credimus,verumetiam ſpiritũ Chriſti in illorum ſinu latere perſuaſum habemus. Et adeo non offendunt nos in illis, regijs ſumptibus in cœlum ſubſtructa palatia, famulorum examina,ferro armati ſatellites,equitum turmæ, omnia gẽmis,auro,purpuraq; renidentia,vt hunc rerum ſtrepitum ad Eccleſiæ dignitatem pertinere credamus. Verum ego,ſaluo aliorũ iudicio,quod Hieronymus hoc loco ſcripſit,inter cõſilia ponendũ eſſe puto,non inter præcepta. Et ob id in hãc par-
K tẽ fuiſſe vehementiorẽ,quòd illius ætate iam labaſcẽte vera clericorum pietate,magna pars ad mundanum faſtum,ad diuitiarum cupiditatem eſſet propenſior,cùm propriæ ſacerdotum diuitiæ ſint cœleſtes,non terrenæ. Nempe ſacra doctrina,animus omnium quæ ſtultũ vulgus miratur cõtemptor, vita inculpata:lucrum, plurimos traxiſſe ad Chriſtũ: triumphus,martyriũ. Queritur autẽ & alibi diuus Hieronymus, accreſcẽtibus Eccleſiæ opibus,veras illas opes fuiſſe diminutas. Vnde gliſcenti morbo ſuccurrẽdum putauit, & in hanc partem conatus eſt trahere, vt nihil poſſiderent: quò ſaltem in medio cõſiſterent, & moderato diuitiarũ vſu eſſent contenti.

ALIVD In eadem,probat legem imperatoriam, qua cautum erat olim,ne monachi aut clerici caperent hæreditates: cùm ea tamen iniqua videatur. Rurſum innuit idem ab Euangelio præcipi,quod leges imperatoriæ iubebant, cùm ait:Et quaſi maiora ſint imperatorũ ſcita,quàm Chriſti, leges timemus,Euangelia contẽnimus.

ALIVD Quod autem ſequitur: Gloria epiſcopi eſt, pauperum opibus prouidere:ignominia omnium ſacerdotũ eſt,proprijs ſtudere diuitijs. non omnino condẽnat ſacerdotes qui diuitias habent,ſed qui illis ſtudent. Studemus autẽ ei rei,quã plurimi facimus,quamq; magno conatu nobis parare contẽdimus. Condẽnat & epiſcopos qui in prophanos
L & impios vſus colligunt opes,quas in pauperum ſuſtẽtationem oportebat recondi. Poſtremo in hiſce rebus habẽda eſt ratio temporum. Permultum enim intereſt inter primã illam ac rudem Chriſti Eccleſiam,& hanc noſtri temporis. Tunc omnibus huius mundi commodis deſtituta,ſolis Chriſti pollebat opibus,atque his tanto glorioſius florebat, quo longius ab illis aberat. Deinde paulatim acceſſerũt opes, acceſſit principum iam Chriſtianorum fauor: denicq; acceſſit cenſus,acceſſit imperium,quæ res an cum Chriſti philoſophia cohæreant,aliorum eſto iudicium. Nos ſcholia ſcribimus,non dogmata. Certe piarum mentium eſt optare,vt his poſtea quàm contigerunt,poſtea quàm recepta ſunt, ſi non poſſunt abijcere,non ad faſtum ac libidinem,ſed ad publicã Eccleſiæ vtantur vtilitatem,& habeant veluti non habentes, nec putent ea ad ornandam Chriſti religionem, ſed ad onerandã magis pertinere. Proinde veteres illi ſancti viri,quoniam propiores erant Apoſtolorũ temporibus,& adhuc ſpirabant purum illum,& nullis mundi bonis inquinatũ Chriſtum,permulta ſcripſerunt,ab horum temporũ forma longè lateq; diſcrepantia:veluti Hieronymus,Ambroſius,Bernardus,vt omittam Grecos omneis:quæ tamen non conuenit ſtatim in calũniam vocare,ſed potius ad vitæ correctionem trahere: & magis habere ſuſpectos mores noſtros, qui
M tãtopere diſſideant à ſanctiſſimorum virorum monitis, qui Chriſti & Apoſtolorũ ſequuti decreta: qui Chriſti afflati ſpiritu ea prodiderũt, cum quibus an noſtra concinant decreta neſcio,certe non concordat vita. Eamq; vitæ rationem inſtituamus, vt nõ ſit neceſſe Chriſti doctrinam ad noſtros mores,& ad hominũ traditiones detorquere: ſed potius ad verum illud ac ſyncerum Chriſti archetypum, noſtram vitam omnem,noſtraq; inſtituta accõmodemus. Neque vero dubito,quin complures ſint bonæ mentis epiſcopi, atque in primis hic noſter Leo decimus,vir omnibus egregijs Pontificis dotibus egregiè cumulatus,permulta videant,quæ velint mutari:ſed occurſantibus animo tot negocij difficultatibus, verentur ne parum feliciter tentãta remedia, vergant in maius periculum,magis optãtes quod optimum ſit,quàm exigentes:& quod ipſi quoq; Paulo iam tunc accidit,præſcribẽtes:non quod Chriſto ſit proximum,ſed quod ab his temporibus poſſit obtineri.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Heliodorum monachum & epiſcopum conſolatur ſuper morte Nepotiani monachi & presbyteri,ex ſorore nepotis. Ac primum poſt propoſitum argumentũ, expatiatur in locum iu-

A cum iucũdum ac plenum affectibus, de morte à Christo deducta. Deinde consolationem aggrediens, varijs exemplis ostendit, quatenus Christiano sit in amicorum morte dolendum. Deinde intermissa cõsolatione, Nepotiani laudes partibus demonstratiui generis explicat. Pòst regrediens ad intermissam consolationem, ostẽsa miseria & breuitate huius vitæ, tum autem publica calamitate temporum, hortatur ad contemptum vitæ, & ad morum correctionem.

HIERONYMI AD HELIODORUM epitaphium Nepotiani.

GRandes materias, ingenia parua nõ [2] sustinent, & in ipso conatu vltra vires ausa, succũbunt: quantoq; maius fuerit, quod dicendum est: tanto magis obruitur, qui magnitudinem rei verbis non potest [3] explicare. [4] Nepotianus [5] meus, tuus, noster, [6] imo Christi: & quia Christi, idcirco plus noster, [7] reliquit senes: desiderij sui [8] iaculo vulneratos, & intolerabili dolore confectos. [9] Quem hęredem putauimus, funus tenemus. [10] Cui iam meum [11] sudabit ingenium? Cui
B literulæ placere [12] gestient? Vbi est ille [13] ἐργοδιώκτης noster, & [14] cygneo canore vox dulcior? [15] Stupet animus, manus tremit, caligant oculi, lingua balbutit. Quicquid dixero, quia ille non audit,
† sentiens [16] mutũ videtur. [17] Stilus ipse quasi dissentiẽs, † & cera subtristior, vel [18] rubigine, vel situ obducitur. Quotiensc̃unque nitor in verba prorumpere, & super tumulum eius [19] epitaphij huius flores spargere, totiens implentur oculi, & renouato dolore, totus in funere sum. [20] Moris quõdam fuit, vt super cadauera parentum defunctorũ in cõcione pro rostris laudes liberi dicerẽt, & instar [21] lugubrium carminum ad fletus, & gemitus audientium pectora cõcitarent. [22] En rerum in nobis ordo mutatus est, & in calamitatem nostram perdidit sua iura natura. [23] Quod exhibere senibus iuuenis debuit, hoc iuueni exhibemus senes. [24] Quid igitur faciam? Iungã tecum lachrymas? Sed Apostolus prohibet, Christianorũ mortuos,
1. Tess. 4. [25] dormientes vocans. Et dominus in Euãgelio:
Mar. 5. & [26] Nõ est, inquit, mortua puella, sed dormit. [27] La
Luc. 8. C zarus quoq; quia dormierat, suscitatus est. Læter
Ioan. 11. & gaudeam, quia raptus est, ne malicia mentẽ ei [29]
Sapien. 4. mutaret, quia placuerat deo anima illius? Sed inuito & repugnanti per genas lachrymę fluunt, & inter præcepta virtutũ resurrectionisq; spem, credulam mentem, desiderij frangit affectus. [28] O
Oseæ. 13. mors quæ fratres diuidis: & amore [29] sociatos, [30] crudelis ac dura dissocias. [31] Adduxit vrẽtem ventum dominus [32] de deserto ascendentem, qui [33] siccauit venas tuas, & desolauit fontem tuum. [34] Deuorasti quidẽ [35] Ionã, [36] sed & in vtero tuo viuus fuit. Portasti quasi mortuum, vt tempestas mundi conquiesceret: [37] & Niniue nostra, illius præconio saluaretur. Ille ille te vicit: ille te iugulauit. [38] Fugitiuus propheta, qui reliquit domum suam, dimisit hæreditatem suam, dedit dilectam animã suam in manibus quærentium eum.
Ibidem. Qui [39] per Osee quondam tibi rigidus minabatur: Ero mors tua ò mors: ero morsus tuus inferne. Illius morte, tu mortua es: illius morte, nos viuimus. Deuorasti, & deuorata es. Dumq; assumpti corporis solicitaris illecebra, & auidis faucibus prædam putas: interiora tua, [40] aduncoD † dẽte cõfossa sunt. [41] Gratias tibi Christe saluator, tua agimus creatura, quòd tam potentem aduersarium nostrum dum occideris, occidisti. † ab vnco.
[42] Quid antè miserius homine: qui æternæ mortis terrore prostratus: [43] viuendi sensum ad hoc tantum acceperat, vt periret? [44] Regnauit enim mors ab Adam vsque ad Moysen, etiã super eos, Roma. 5.
qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ. Si Abraham, Isaac & Iacob in inferno, quis in cœlorum regno? Si amici tui sub pœna offendentis Adam, & qui non peccauerãt, alienis peccatis tenebantur obnoxij: quid de his credendũ est, qui dixerunt in cordibus suis, [45] nõ est de[9]? Qui corrupti & abominabiles facti sunt, Psal. 13.
in voluntatibus suis? Qui declinauerunt: simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est [46] vsque ad vnum? [47] Quòd si Lazarus videtur in sinu Abrahæ, locoq; refrigerij: quid simile infernus & regna cœlorum? [48] Ante Christum Abraham apud inferos: post Christum latro in
E paradiso. Et idcirco in resurrectione eius, multa dormientium corpora surrexerunt, visaq; sunt in [49] cœlesti Hierusalem. Tuncq; impletum est illud [50] elogium: Surge qui dormis, & eleuare, & illumi Ephes. 5.
nabit te Christ[9]. Ioãnes Baptista in eremo [51] per- Mat. 3.
sonat: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim Mat. 11.
regnum cœlorum. A diebus enim Ioãnis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Flammea illa romphea custos paradisi, & præsidentia foribus cherubim, Christi restincta & reserata sunt sanguine. Nec mirum hoc nobis in resurrectione promitti, cùm omnes qui [52] in carne, non secundum carnem viuimus, municipatum habeam[9] in cœlo: & hic adhuc positis dicatur in terra, [53] Regnũ dei intra vos est. Luc. 17.
[54] Adde quod ante resurrectionem Christi, notus tantum [55] in Iudæa erat deus: in Israël magnum Psal. 75.
nomen eius. Et ipsi qui nouerant eum, tamen ad inferos trahebantur. [56] Vbi tunc totius orbis homines, [57] ab India vsque ad Britanniam: [58] à rigida septẽtrionis plaga, vsque ad feruores [59] Atlantici Oceani, tam innumerabiles populi, & tantarum gentium multitudines. [60] Quam varię F ,,
linguis habitu, tam vestis & armis: piscium ritu ac locustarum, & velut muscæ & culices conterebantur (Absque noticia enim sui creatoris, omnis homo pecus est) nunc passionem Christi, & resurrectionem eius, cunctarum gentium & voces & literæ sonant. Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis: quas nationes suæ † crucis titulo domi- † aliâs, suæ
nus [61] dedicauit. Immortalem animam, & post fidei cru-
dissolutionem corporis subsistentem, quod [62] Py cis &c.
thagoras somniauit: [63] Democritus non credidit, [64] in consolationem damnationis suę: Socrates disputauit in carcere, [65] Indus, Persa, Gottus, Aegyptius philosophantur. [66] Bessorum feritas, [67] & pellitorum turba populorum, [68] qui mortuorum quondam inferijs homines immolabant, [69] stridorẽ suum in dulce crucis fregerunt melos, [70] & totius mundi vna vox Christ[9] est. Quid [71] agimus anima? Quó nos vertimus? Quid primum assumimus? Quid tacemus? Exciderunt ne tibi præcepta rhetorum? & occupata luctu, oppressa lachrymis, præpedita singultibus, dicendi ordinem

G ordinem non tenes? Vbi illud ab infantia ſtudiũ literarũ,& [72] Anaxagoræ, [73] ac Telamonis ſemper laudata ſententia? Sciebam me genuiſſe mortalem. [74] Legimus Crantorem, [75] cuius volumẽ ad confouẽdum dolorem ſuum,ſecutus eſt Cicero, [76] Platonis, [77] Diogenis, [78] Clitomachi, [79] Carneadis, [80] Poſidonij ad ſedãdos luctus opuſcula percurrim⁹,qui diuerſis ætatibus, diuerſorũ † lamenta. luctũ,† vel libris,vel epiſtolis,minuere ſunt conati,vt etiam ſi noſtrum areret ingenium, de illorũ poſſet fontibus irrigari, Proponunt innumerabiles viros, & maxime [81] Periclem & [82] Xenophontem Socraticum,quorum alter amiſſis duobus filijs,coronatus in concione diſſeruit:alter cùm ſacrificãs filiũ [in bello] audiſſet occiſũ,depoſuiſſe coronã dicitur,&eandẽ capiti repoſuiſſe,poſtquã fortiter in acie dimicantem reperit concidiſſe.

Quid memorem Romanos duces,quorum virtutibus quaſi quibuſdam ſtellis, Latinæ micant hiſtoriæ? [83] Puluillus Capitolium dedicãs,mortuũ vt nunciabatur ſubito filium,ſe iuſſit abſente ſepeliri. [84] L.Paulus ſeptem diebus inter duorum H exequias filiorũ triumphans vrbẽ ingreſſus eſt. [85] Prætermitto [86] Maximos, [87] Catones, [88] Gallos, [89] Piſones, [90] Brutos, [91] Scæuolas, [92] Metellos, [93] Scauros, [94] Marios, [95] Craſſos, [96] Marcellos, atq; [97] Aufidios, quorũ nõ minor in luctu quàm in bellis virtus fuit,& quorum orbitates in cõſolationis libro Tullius explicauit, ne videar poti⁹ [98] aliena quàm noſtra quæſiſſe.Quãquam & hęc in ſugillationem noſtri breuiter dicta ſint,ſi non præſtet fides quod exhibuit infidelitas. Igitur ad noſtra veniamus. [99] Non plangam cum [100] Iacob & [101] Dauid filios in lege morientes,ſed cum Chriſto [102] in Euangelio recipiam reſurgentes. [103] Iudæorum luctus, Chriſtianorum gaudiũ eſt. [104] Ad veſperam demorabitur flet⁹,& ad [105] matutinum lætitia. [106] Nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit. [107] Vnde & Moyſes moriẽs plangitur,Ieſus abſque funere & lachrymis in monte ſepelitur.Quicquid de ſcripturis ſuper lamentatione dici poteſt, in eo libro quo Paulam Romæ I conſolati ſumus,breuiter explicauimus.Nũc nobis per aliam ſemitam ad eundem locum perueniendum eſt, [108] ne videamur prætrita & abolita quõdam calcare veſtigia. Scimus quidem Nepotianum noſtrum eſſe cum Chriſto,& ſanctorũ mixtum choris,quod hìc nobiſcum eminus rimabatur in terris,& æſtimatione quęrebat,ibi videtẽ cominus dicere: [109] Sicut audiuimus, ſic & vidimus,in ciuitate domini virtutũ,in ciuitate dei noſtri:ſed deſiderium abſentiæ eius ferre nõ poſſumus:non illius, ſed noſtram vicem dolentes. [110] Quanto ille felicior,tanto amplius nos in dolore,quód [111] tali caremus bono. [112] Flebant & ſorores Lazarum,quem reſurrecturum nouerant. Et vt veros hominis exprimeret affectus,ipſe ſaluator plorauit quem reſuſcitaturus erat.Apoſtolus quoque eius qui dixit: Cupio diſſolui & eſſe cum Criſto. [113] Et alibi:Mihi viuere Chriſt⁹ eſt, & mori lucrum:gratias agit, quòd Epaphras de mortis ſibi vicinia redditus ſit, ne haberet triſtitiam ſuper triſtitiam,nõ incredulitatis metu, ſed deſiderio charitatis.Quanto magis tu & auũculus & epiſcop⁹,hoc eſt,& in carne & in ſpiritu pater, doles abeſſe viſcera tua, & quaſi à te diuulſa K ſuſpiras? Sed obſecro, vt modum adhibeas in dolore, memor illius ſententiæ: [114] Ne quid nimis: » Obligatóque parumper vulnere, audias laudes eius cuius ſemper virtute lætatus es. Nec doleas, quòd talem amiſeris, ſed gaudeas quòd talem habueris. Et ſicut hi qui in breui tabella terrarum ſitus pingunt, ita in paruo iſto volumine [115] cernas [116] adumbrata, non expreſſa ſigna virtutum:Suſcipiasq; à nobis non vires,ſed voluntatẽ. [117] Hęc præcepta ſunt rhetorũ, vt maiores eius qui laudandus eſt,& eorum geſta altius repetãtur,ſicq; ad ipſum per gradus ſermo perueniat: quo videlicet, auitis paternisq; virtutib⁹ illuſtrior fiat,& aut nõ degeneraſſe à bonis, aut mediocres ipſe ornaſſe videatur. [118] Ego carnis bona, quæ ſemper & ipſe cõtempſit,in animæ laudibus nõ requiram: Nec me iactabo de genere,id eſt,de alienis bonis, [119] cùm & Abrahã [120] & Iſaac ſancti viri,Iſmaẽlem, & Eſaũ peccatores genuerint. Gene.16. Gene.25. Et [121] è regione, [122] Iepte in catalogo iuſtorum, Hebr.11. Apoſtoli voce numeratus,de meretrice ſit nat⁹. Iudic.11. [123] Anima,inquit,quæ peccauerit,ipſa morietur. Ezech.18. Ergo quæ non peccauerit,ipſa viuet. Nec virtutes,nec vitia parentum,liberis imputantur. Ab L eo tempore cenſemur,ex quo in Chriſto renaſcimur.Paulus perſecutor Eccleſiæ, & manè lupus Gene.49. rapax, [124] Beniamin,ad veſperam diuidit eſcam, [125] Ananiæ oui ſubmittens caput. Igitur & Ne- Actorũ.9. potianus noſter,quaſi infantulus vagiens, & rudis puer,ſubito nobis,quaſi de Iordane naſcatur. [126] Alius forſitan ſcriberet, quòd ob ſalutem illi⁹ Orientẽ eremumq; dimiſeris,& me chariſſimum ſodalem tuum,redeundi ſpe lactaueris,vt primũ, ſi fieri poſſet,ſororem cum paruulo viduam: deinde,ſi conſilium illa reſpueret, ſaltem nepotem dulciſſimum cõſeruares.Hic eſt enim ille de quo tibi quõdam vaticinatus ſum: [127] licèt paruulus ex collo pendeat nepos. Referret,inquam, alius, quòd in palatij militia,ſub [128] chlamyde & [129] cãdenti lino,corpus eius cilicio tritũ ſit:quòd ſtans ante ſeculi poteſtates,lurida ieiunijs ora portauerit:quòd adhuc ſub alterius indumẽtis,alteri mi- M litauerit: & ad hoc habuerit [130] cingulum, vt viduis,pupillis,orphanis,oppreſſis,miſerisq; ſubueniret. Mihi non placent dilationes iſtæ imperfectæ ſeruitutis dei: Et cẽturionem [131] Cornelium, Actorũ.10 vt lego iuſtum:ſtatim audio baptizatum. Verũtamen velut incunabula quædam naſcentis fidei comprobemus, vt qui ſub alienis ſignis [132] deuotus miles fuit,donandus laurea ſit, poſtquam ſuo regi cœperit militare. [133] Baltheo poſito habituq; mutato,quicquid [134] caſtrẽſis peculij fuit,in pauperes erogauit.Legerat enim: Qui vult perfect⁹ Mat.19. eſſe:vendat omnia quæ habet,& det pauperibus, & ſequatur me.Et iterum: Non poteſtis duobus Mat.6. dominis ſeruire,deo,& mammonæ.Excepta vili tunica,& operimento pari, quo tecto tãtum corpore,frigus excluderet,nihil ſibi amplius reſerua uit.Cultus ipſe,prouinciæ morem ſequẽs, [135] nec mundicijs,nec ſordibus notabilis erat. [136] Cunq; arderet quotidie,aut ad Aegypti monaſteria pergere,aut [137] Meſopotamię inuiſere choros,vel certe inſularum [138] Dalmatiæ,quæ [139] Altino tantũ freto diſtant, ſolitudines occupare: auunculum ponti-

Pſal.29. Roma.13. Deute.34 Iudic.24. Pſal.47. Ioan.11. Ibidem. Phil.1. Ibidem. Phil.2.

A pontificē deferere non audebat, tot in illo cernēs exempla virtutum,domiq́ habens vnde diſceret. In vno atque eodem, & imitabatur monachum, & epiſcopū venerabatur. Non,vt in pleriſq́ accidere ſolet,aſſiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum illius fecerat , ſed ita eum colebat, quaſi parentem: ita admirabatur , quaſi quotidie nouum cerneret. Quid multa ? Fit clericus, & per ſolitos gradus presbyter ordinatur . Ieſu bone,qui gemitus,qui eiulatus,quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorū omnium? Tum primùm & ſolum auunculo iratus eſt. Querebatur ſe ferre nō poſſe,& iuuenilem ætatem incongruam ſacerdotio cauſabatur . Sed quanto magis repugnabat, tanto magis in ſe ſtudia omniū cōcitabat,& merebatur negando,quod eſſe nolebat , eoq́ dignior erat,quo ſe clamabat indignū.[140] Vidimus Timotheum noſtri temporis,&[141]canos in ſapiētia,electumq́ à Moyſe presbyterum,quē ipſe ſciret eſſe preſbyterum. Igitur clericatum nō honorem intelligens,ſed onus,primam curam habuit, vt humilitate ſuperaret inuidiam . Deinde vt nullam
B obſcœni in ſe rumoris fabulam daret,vt qui mordebantur ad ætatē eius,ſtuperent ad continentiā, [142] ſubuenire pauperibus,viſitare languētes,pro-
Roma.12. uocare hoſpitio,lenire blāditijs,gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus. Cęcorum baculus, eſurientiū cibus,ſpes miſerorum,ſolamen lugentium fuit . Ita in ſingulis virtutibus eminebat, quaſi cæteras non haberet . Inter preſbyteros & coæquales,primus in opere , extremus in ordine. Quicquid boni fecerat,ad auunculum referebat. Si quid forte aliter euenerat quàm putarat,illum neſcire,ſe erraſſe dicebat. In publico epiſcopum, domi patrē nouerat: grauitatem morū,hilaritate frontis temperabat. Gaudium in riſu,nō cachinnum intelligeres. Virgines & viduas Chriſti, honorare vt matres , hortari vt ſorores , cum omni caſtitate. Iam vero poſtquam domum ſe contulerat , & relicto foris clerico , duritiæ ſe tradiderat monachorum:creber in orationibus , vigilans in precando . Lachrymas deo non hominibus offerebat,ieiunia [143] in aurigæ modū pro laſſitudine
C & viribus corporis attemperabat . Menſæ auunculi intererat,& ſic appoſita quęque libabat,vt & ſuperſtitionem fugeret, & cōtinentiam ſeruaret. Sermo eius per omne cōuiuium de ſcripturis aliquid proponere,libenter audire, reſpondere verecundè,recta[4] [144] ſuſcipere, praua non acriter confutare,diſputantē cōtra ſe magis docere,q̄ vincere. Et ingenuo pudore,qui ornabat ætatem, quid cuius eſſet ſimpliciter confiteri . Atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando,eruditiſſimus habebat. Illud, aiebat,[145] Tertulliani,iſtud [146]Cypriani,hoc[147]Lactantij,illud [148] Hilarij eſt. Sic[149] Minutius Felix , ita[150] Victorinus , in hunc modum eſt loquutus[151] Arnobius. Me quoq́,quia [152]pro ſodalitate auunculi diligebat,interdū proferebat in medium . Lectioneq́ aſſidua , &[153] meditatione diuturna,pectus ſuum [154] bibliothecam fecerat Chriſti . Quotiens ille tranſmarinis epiſtolis deprecatus eſt , vt aliquid ad ſe ſcriberem? Quotiens[155] nocturnum de Euāgelio petitorem, [156] & interpellatricem duri iudicis mihi viduam exhibuit ? Cunq́ ego ſilentio magis quàm literis denegarem,& pudore reticentis,pudorem ſuffun D
derem poſtulantis,auūculum mihi oppoſuit precatorem,qui & liberius pro alio peteret,& pro reuerentia ſacerdotij facilius impetraret. Feci ergo qđ voluit,& breui libello,amicitias noſtras[157] ętternæ memoriæ conſecraui. Quo ſuſcepto,[158]Crœſi opes,& [159] Darij diuitias ſe [160] viciſſe iactabat. Illum oculis,illū manib9,illū ſinu,illū ore tenebat. Cunq́ in ſtratu frequenter euolueret , ſæpe ſuper pect9 ſoporati,dulcis pagina decidebat. Si veroperegrinorum,ſi amicorum quiſpiam venerat, lætabat noſtro ſuper ſe teſtimonio . Et quicquid [161]minus in opuſculo erat,diſtinctione moderata, & pronunciationis varietate penſabat,vt in recitando illo,ipſe vel placere quotidie,vel diſplicere videretur. Vnde hic feruor,niſi ex amore dei? Vnde legis Chriſti indefeſſa meditatio, niſi ex deſiderio eius qui legem dedit? Alij nummum addāt nummo,&[162] marſupium [163] ſuffocātes,matronarum opes venentur obſequijs: ſint ditiores monachi,quàm fuerant ſeculares : poſſideant opes ſub Chriſto paupere,quas ſub locuplete diabolo non habuerāt:& ſuſpiret eos Eccleſia diuites,quos te- E
nuit mundus antè mendicos. Nepotianus noſter aurum calcans,[164] ſchedulas cōſectatur. Sed ſicut ſui in carne contēptor eſt , & paupertate incedit ornatior,ita totum animæ† inueſtigat ornatum. †eccleſiæ.

Ad comparationem quidem ſuperiorum, modica ſunt quæ dicturi ſumus , ſed & in paruis idē animus oſtenditur. Vt enim creatorē non in cœlo tantum miramur,& terra,ſole,oceano, elephātis,camelis,equis,bubus,pardis,vrſis,leonib9, ſed & in minutis quoque animalibus,[165] formica, culice,muſcis,[166] vermiculis , & iſtiuſmodi genere, quorū magis ſcimus corpora quàm nomina,eandemq́ in cunctis veneramur ſolertiam: ita mens Chriſto dedita,æque & in maioribus,& in minoribus intenta eſt , ſciens etiam pro ocioſo verbo Mat.12.
reddendam eſſe rationem. Erat ergo ſolicitus , ſi niteret altare,ſi parietes abſque fuligine, ſi pauimēta terſa,ſi ianitor creber in porta,vela ſemper in oſtijs,ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta & in omnes ceremonias pia ſolicitudo diſpoſita, non minus non maius negligebat officium. Vbi- F
cūq́ eum quæreres,in Eccleſia inuenires. Nobilē virum [167] Q. Fabiū miratur antiquitas, qui etiā Romanę ſcriptor hiſtoriæ eſt,ſed magis ex pictura quàm ex literis nomen inuenit:& [168] Beſelehel noſtrum plenum ſapientia & ſpiritu dei,ſcriptura teſtatur.[169] Hyram quoq́ filium mulieris Tyriæ,quòd alter tabernaculi , alter templi ſupellectilem fabricati ſint. Quomodo enim [170] lætę ſegetes,& vberes agri,interdum culmis,ariſtisq́ luxuriant:ita pręclara ingenia,& mens plena virtutibus,in variarum artium redundat elegantiam. Vnde & apud Græcos [171] philoſophus ille laudatur,qui omne quo vteretur vſq́ ad palliū & anulum,manu ſua factum [172] gloriatus eſt. Hoc idem poſſumus & de iſto dicere, qui[173] baſilicas Eccleſiæ,& martyrum [174] conciliabula , diuerſis floribus , & arborū comis, vitiumq́ [175] pāpinis[176] adumbrarit:vt quicquid placebat in Eccleſia , tam [177] diſpoſitione quàm viſu,presbyteri laborem & ſtudium teſtaretur. [178] Macte virtute, [179] cuius talia principia,qualis finis erit? O miſerabilis humana

G mana cõditio,& ſine Chriſto vanum omne quod viuimus.[180] Quid te ſubtrahis? quid tergiuerſaris oratio: Quaſi enim mortem illi[9] differre poſſimus,& vitam facere longiorem, ſic timemus,ad vltimum peruenire.[181] Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Vbi nunc decora illa facies,vbi totius corporis dignitas,quo veluti pulchro[182] indumẽto,pulchritudo animæ veſtiebatur? Marceſcebat proh dolor[183] flante auſtro lilium,& purpura violę†, in pallorem ſenſim migrabat.Cunctis febribus æſtuaret,&[184] venarum fontes hauriret calor,†laſſo anhelitu triſtẽ auunculum conſolabatur.[185] Lætus erat vultus,& vniuerſis circà plorantibus,ſolus ipſe ridebat. Proijcere pallium, manus extendere, videre quod alij non videbant,& quaſi in occurſum ſe erigens, ſalutare venientes.[186] Intelligeres illum non emori, ſed emigrare:& mutare amicos, nõ relinquere.[187] Voluuntur per ora lachrymæ & obfirmato animo,non queo dolorem diſſimulare quem patior. Quis crederet in tali illũ tempore noſtræ neceſ-
H ſitudinis recordari,& luctante anima, ſtudiorum ſcire dulcedinem? Apprehenſa auunculi manu, hanc, inquit, tunicam qua vtebar in miniſterio Chriſti,mitte dilectiſſimo mihi,[188] ætate patri,fratri collegio: & quicquid à te nepoti debebatur affectus,in illum tranſfer, quẽ mecum[189] pariter diligebas. Atque in talia verba defecit,[190] auunculi manũ,mei recordatione†cõtrectans.[191] Scio,quòd nolueris amorem in te ciuium[192] ſic probare,& affectum patriæ magis quæſiſſe in proſperis. Sed huiuſcemodi officium in bonis[193] iucundius eſt:in malis gratius. Tota hũc ciuitas,tota planxit Italia.Corpus terra ſuſcepit, anima Chriſto reddita eſt.Tu nepotem quærebas: Eccleſia ſacerdotem. Pręceſſit te ſucceſſor tuus.Quod tu eras,ille poſt te iudicio omnium merebatur. Atque ita ex vna domo duplex pontificatus egreſſa eſt dignitas, dum in altero gratulatio eſt,quòd tenuerit: in altero mœror, quòd raptus ſit, ne teneret. Pla-
cc tonis ſententia eſt,omnem ſapientium vitam,[194]
cc meditationẽ eſſe mortis. Laudãt hoc philoſophi,
I &[195] in cœlũ vſque ferunt. Sed multo fortius Apoſtolus:[196] Quotidie,inquit, morior per gloriã noſtram. Aliud eſt enim[197] conari,aliud agere: aliud viuere morituram,aliud mori victurum. Ille moriturus eſt ex gloria, iſte moritur ſemper ad gloriam.Debemus igitur & nos animo prẽmeditari, quod aliquando futuri ſumus:& quod[198] velimus nolimus,abeſſe longius non poteſt. Nam ſi nongentos vitæ excederemus annos,vt[199] ante diluuium viuebat humanum genus,&[200] Mathuſalẽ nobis tempora donarẽtur: tamen nihil eſſet præterita lõgitudo,quæ eſſe deſiſſet.Etenim inter eũ qui decem vixit annos,& eum qui mille, poſtquã idem vitæ finis aduenerit, & irrecuſabilis mortis neceſſitas,tranſactum omne tantundem eſt: niſi quòd ſenex magis onuſtus peccatorũ faſce proficiſcitur.[201] Optima quæq; dies[202] miſeris mortalibus æui,[203] Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſq; ſenectus, Et labor, & duræ rapit inclecc mentia mortis.[204] Neuius poëta: Pati,inquit necc ceſſe eſt multa mortalem mala. Vnde &[205] Niobã, quia multum fleuerit,in lapidem[206] & diuerſas beſtias commutatam finxit antiquitas.[207] Et Heſiodus natales hominum plangens, gaudet in fu- K
nere:prudenterq;.Ennius[208] Plebes,ait,in hoc regi anteſtat loco,licet Lachrymare plebi,regi honeſtè nõ licet. Vt regi,ſic epiſcopo, imò minus epiſcopo quàm regi. Ille enim nolentibus præeſt, hic volentibus: ille terrore ſubijcit, hic ſeruituti donatur:ille corpora cuſtodit ad mortem, hic animas ſeruat ad vitam.In te oculi omnium dirigũtur,domus tua,& conuerſatio,quaſi in ſpecula cõſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ. Quicquid feceris,id ſibi omnes faciendum putant.Caue ne commitas, quod aut qui reprehendere volunt,dignè laceraſſe videantur:aut qui imitari,cogãtur delinquere. Vince quantũ potes,imòletiã plus quàm potes,molliciem animi tui,& vbertim fluentes lachymas reprime, ne grandis pietas in nepotem,apud incredulas mentes,deſperatio putetur in deum.Deſiderãdus eſt tibi quaſi abſens, non quaſi mortuus:vt illum expectare, non amiſiſſe videaris.[209] Verum quid ago, medens dolori quem iam reor,& tempore & ratione ſedatũ, ac non potius replico tibi vicinas regũ miſerias, L
& noſtri temporis calamitates, vt non tam plangendus ſit,qui hac luce caruerit, quàm gratulandum ei,qui de tantis malis euaſerit?[210] Coſtantius Arianæ fautor hæreſeos, dum contra inimicum paratur, & concitus fertur ad pugnam:in[211] Mopſi viculo moriens, magno dolore[212] hoſti reliquit imperium.[213] Iulianus proditor animæ ſuæ, &[214] Chriſtiani iugulator exercitus, Chriſtum ſenſit[215] in Media,quem primùm in Gallia denegarat, dumq; Romanos[216] propagare vult fines, perdidit propagatos.[217] Iouinianus guſtatis tantum imperialibus bonis,[218] fœtore prunarum ſuffocatus interijt: oſtendens omnibus, quid ſit humana potẽtia.[219] Valẽtinianus[220] vaſtato genitali ſolo,& inultam patriam derelinquens, vomitu ſanguinis extinctus eſt. Huius germanus[221] Valens Gotthico bello victus in Thracia, eundem locũ & mortis habuit, & ſepulchri.[222] Gratianus ab exercitu ſuo proditus,& ab obuijs vrbibus nõ receptus[223] ludibrio hoſti fuit,cruẽtæq; manꝰ veſtigia,parietes tui[224] Lugdune teſtantur.[225] Ado- M
leſcens Valẽtinianus & pene puer,poſt fugã,poſt exilia, poſt recuperatum multo ſanguine imperium, haud procul ab vrbe fraternæ mortis conſcia,necatus eſt:& cadauer exanime† ſuſpẽdio in- †exanimis
famatum.Quid loquar de[226] Procopio,[227] Maximo,[228] Eugenio, qui vtique dum rerum potirentur, terrori gentibus erant? Omnes capti ſteterunt ante ora victorum, &(quod potentiſſimis quondam, miſerrimum eſt)prius ignominia ſeruitutis, quàm hoſtili mucrone confoſſi ſunt.[229] Dicat aliquis: Regũ talis cõditio eſt,[230] feriuntq; ſummos fulgura montes.Ad priuatas veniam dignitates, nec de his loquar qui† biennium exce- †quæ.
dunt,atque,vt cæteros prætermittam,ſufficit nobis trium nuper conſularium diuerſos exitus ſcribere.[231] Abundantius egens[232] Pityunte exulat.[233] Ruffini caput[234] pilo[235] Conſtantinopolim geſtatum eſt,&[236] abſciſſa manus dextera ad dedecus inſatiabilis auaritiæ, oſtiatim ſtipem mendicauit. Timaſius præcipitatus repentè de altiſſimo dignitatis gradu, euaſiſſe ſe putat, quòd[237] Aſſæ viuit inglorius.[238] Non calamitates miſe-

rorum,

A rorum, ſed fragilem humanæ conditionis narro ſtatum. Horret animus temporum noſtrorum ruinas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt, quòd inter [239] Conſtantinopolim, & [240] alpes Iulias, quotidie Romanus ſanguis effunditur. [241] Scythiam, [242] Thraciam, Macedoniam, [243] Dardaniam, [244] Daciam, [245] Theſſalonicam, [246] Achaiã, [247] Epiros, Dalmatiam, [248] cunctaſq; Pannonias [249] Gotthus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vuandali, Marcomanni, vaſtant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines dei, & ingenua nobiliaq; corpora, his beluis fuere ludibrio? Capti epiſcopi, interfecti presbyteri, & diuerſorum officia clericorum. Subuerſæ Eccleſiæ, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, martyrum effoſſę reliquiæ. Vbique luctus, vbique gemitus, & [250] plurima mortis imago. [251] Romanus orbis ruit, & tamẽ ceruix noſtra erecta non flectitur. Quid putas nunc animi habere [252] Corinthios, Athenienſes, Lacedemonios, Arcadas, cunctamq; Græciam, qui-
B bus imperant barbari? Et certe paucas vrbes nominaui, in quibus olim fuere regna non modica. [253] Immunis ab his malis videbatur Oriẽs, & tantũ nuncijs conſternatus. [254] Ecce tibi anno prętérito [255] ex vltimis Caucaſi rupib⁹ immiſſi in nos, [256] non iam Arabiæ, ſed ſeptentrionis lupi tantas breui prouincias percurrerunt. Quot monaſteria capta? Quãtæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa [257] Antiochia, & vrbes reliquæ quas [258] Halis, [259] Cydnus, [260] Orontes, [261] Euphrates q; præterfluunt: Tracti greges captiuorũ: [262] Arabia, [263] Phœnice, [264] Palæſtina Aegyptus timore captiuæ. [265] Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum: Ferrea vox, Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim. Neque enim hiſtoriam propoſui ſcribere, ſed noſtras breuiter flere miſerias. Alioquin ad hæc merito explicanda, & [266] Thucydides & Saluſtius muti ſint. Felix Nepotianus, qui hæc non videt: felix qui hæc non audit. Nos miſeri, qui aut patimur, aut patientes fratres noſtros tanta perſpicimus. Et tamen viuere volumus, eoſq; qui his carent, flendos potius quàm beatos putamus. Olim offen-
C ſum ſentimus, nec placamus, deum. Noſtris peccatis barbari fortes ſunt. Noſtris vitijs Romanus ſuperatur exercitus, & quaſi non hæc ſufficerent cladibus, plus penè bella ciuilia, quàm hoſtilis mucro cõſumpſit. [267] Miſeri Iſraëlitæ, ad quorum comparationem [268] Nabuchodonoſor ſeruus Idei Idicitur. Infelices nos, qui tantũ diſplicemus deo, vt per rabiem barbarorum, illius in nos ira deſæuiat. [269] Ezechias agit pœnitentiam, & centumoctogintaquinq; milia Aſſyriorũ ab vno angelo, vna nocte deleta ſunt. [270] Ioſaphat laudes domini concinebat, & dominus pro laudãte ſuperabat. [271] Moyſes cõtra Amalech, nõ gladio, ſed oratione pugnauit. [272] Si erigi volumus, proſternamur. Proh pudor, & ſtolida [273] vſq; ad incredulitatẽ [274] mẽs: Romanus exercitus, victor orbis & domin⁹, ab his vincitur, hos pauet, horũ terretur aſpectu, qui ingredi non valent. Qui ſi terrã tetigerint, ſe mortuos arbitrãtur. Et nõ intelligimus ꝓphetarũ voces: [275] Fugiẽt mille vno perſequẽte? Nec amputamus cauſas morbi vt morb⁹ pariter auferat: ſtatimq; cernamus, [276] ſagittas, pilis: † [277] tiaras, ga

†telis.

leis: [278] caballos, equis cedere. Exceſſimus conſolandi modum, & dum vnius mortem fiere prohibemus, totius orbis mortuos plãxim⁹. [279] Xerxes ille rex potentiſſimus, qui ſubuertit montes, maria conſtrauit, cùm de ſublimi loco infinitam hominum multitudinem, & innumerabilem vidiſſet exercitum: fleſſe dicitur, quòd poſt centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet. O ſi poſſemus in talem aſcendere ſpeculã, de qua vniuerſam terram ſub noſtris pedibus cerneremus. Iam tibi oſtenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus, & regnis regna colliſa, alios torqueri, alios necari, alios abſorberi fluctibus, alios ad ſeruitutem trahi: hic nuptias, ibi planctum: illos naſci, iſtos mori: alios affluere delitijs, alios mendicare: & non Xerxis tantum exercitum, ſed totius mundi homines qui nunc viuunt, in breui ſpacio defuturos. Vincitur ſermo rei magnitudine, & minus eſt omne quod dicimus. [280] Redeamus igitur ad nos, & [281] quaſi è cœlo deſcendentes, pauliſper noſtra videamus. Sen- E
tis ne obſecro te, quando infans, quãdo puer, quãdo iuuenis, quando robuſtæ ætatis, quando ſenex factus ſis? Quotidie morimur, quotidie cõmutamur, & tamen æternos nos eſſe credim⁹. Hoc ipſum quod dicto, quod ſcribit, qđ relego, quod emẽdo, de vita mea tollit. Quot puncta notarij, tot meorum damna ſunt temporum. Scribimus atq; reſcribimus, tranſeunt maria epiſtolæ, & ſcinden
te † ſulcum carina, per ſingulos fluctus ætatis no †findente.
ſtræ momenta minuuntur. Solum habem⁹ lucri, quod Chriſti nobis amore ſociamur. Charitas pa 1.Cor.13.
tiens eſt, benigna eſt: charitas nõ zelatur, nõ agit perperam, nõ inflatur, omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat, omnia patitur. Charitas nunquam excidit. Hæc ſemper viuit in pectore, ob hãc Nepotianus noſter abſens præſens eſt, & per tãta terrarum ſpacia diuiſos, vtraque complectitur manu. Habemus mutuæ obſidem charitatis. Iungamur ſpiritu: ſtringamur affectu, & fortitudinem mentis, quam beatus papa Chromatius oſtendit in dormitione germani, nos imitemur in filio. Illũ noſtra pagella decantet, illum noſtræ literæ ſonent. Quem corpore non valemus, recordatione teneamus. Et cum quo loqui non poſſumus, de eo loqui nunquam deſinamus. F

SCHOLIA.

STilus eſt, cuiuſmodi fermè in cæteris epiſtolis, ardens ac varius. Compoſitio, commatis, colis, ac periodis vbiq; rotunda. Schematis præcipuè gaudet, contrarijs, & contentionibus. Adnominatiões rarius adhibet, ſed aptiſſimas. Sẽtentias vbiq; captat, ſed feliciter: præſertim in clauſulis epiphonematis loco. Trãſitiões crebras habet, propterea quòd diuerſis ex rebus, diuerſiſq; autoribus, veluti centones ac rhapſodias concinnat. Nec eas tamen ocioſas, aut frigidas eſſe ſinit: ſed locis communibus, affectibus, ac ſententijs explet. Totus hic eſt in affectibus illis grauioribus, quos πάθη vocant. Vnde ſæpenumero figuris tragœdiarum vtitur.

SI GENVS argumenti requiras, epitaphion eſt. Differt autem epitaphion autore Seruio, ab Epicedio, quòd hoc Epitaphiũ
in funere ſoleat adhiberi, illud poſt ſepulturam. Vtraq; vox Epicediũ.
Græca eſt. Nam τάφος ſepulchrum eſt, κῆδος dolor, quibus accedit præpoſitio ἐπί. Mixtum eſt hoc genus, ex eo quod appellant ἐπικήδειον ſiue ἐγκωμιαστικόν, id eſt, demonſtratiuum, aut laudatorium, & ex eo quod παραμυθητικόν,

id eſt,

G id est,consolatorium vocant. Nam æquiore animo ferimus mortem nostrorum,si cũ laude decesserint. 1 Grandes materias.)Pars est exordialis,reddit enim attentiores,cùm statim ostendit rei magnitudinem tantam,vt ingenio consequi non possit. 2 Sustinent.)Translatum est ab ijs qui onus in humeros suscipiunt. Alluśit autem ad Horatianum illud in arte poëtica: Quærite materiã, vestris qui scribitis aptã
Viribus,& versate diu,quid ferre recusent, Quid valeant
Explicare. humeri. 3 Explicare.)Explicamus non tantum,cùm quod sentimus verbis efferimus, verumetiam cùm rem difficilem expedimus,conficimúsque. 4 Nepotianus.)Hæc est propositio,summam argumenti complectens, non nuda tamen, sed ardens affectibus. Nam totum hoc genùs in affectibus est positum. 5 Meus,tuus,noster.)Hæc incisa,velut à singultiente pronunciantur. Habẽt autem emphasim singula. Primũ enim per se grauis emphasis est in nominibus proprijs, quod genus,si quis dicat: O rem nouam,Tartareto non placet Ciceronis oratio. Tum illud apud Quintilianum lib.1. cap.de vsu argumentorum.Quint.Varius Succonensis, ait: Aemilium Scaurum rem po.Ro.prodidisse.Aemilius Scaurus negat,Meus autem & tuus,noster,affectuum pronomina sunt. 6 Imò Christi.) Duplex correctio est. Nam perinde quasi præ dolore perperam vocasset suum,addit Christi: Idq; rursum corrigit subijciens. Et tanto plus noster.
H Propterea quòd in illo nihil aliud amarent, quàm ipsum Christum:qui quidẽ amor,demũ est Christianus. 7 Reliquit senes.) πάθος est,à circunstantia ætatis. Nam iuuenũ mors,miserabilior ac flebilior esse cõsueuit:propterea,quòd immatura, præsertim senibus: quorum omne solatium est in nepotibus. 8 Iaculo vulneratos.)Addit δεινωσιμ metaphora.Genus autem hoc affectus, à definitione vocat Macrobius,Satur.lib.4. 9 Quem hæredem.) Epiphonema est, quo cõclusit exordium. 10 Cui iam meum.)Excurrit suo more post expositionem,in campum iucundis ac pijs affectibus plenum,exaggerans mortis sæuitiam ac tyrannidem, vt magis appareat quantum debeamus Iesu Christo, qui solus eam sua morte domuit. Habent autem affectum desiderãtis & interrogationes figuratæ.Ouidius: Cui colar infelix?

11 Sudabit.)Metaphora à corpore ad animũ deflectens vocem. 12 Gestient.) Duplex est metaphora: vt, Ferrumq; armare veneno.Nam cupere literulas,translaticium erat: gestire verò quod est corporis,bis trãslaticiũ est 13 διώκτης.) Id est,sectator. Nam διώκειν sectari,siue persequi significat. Ambiguum verbum,quemadmodum & apud Latinos. Porrò Nepotianus adeo studiosus erat æmulandi Hieronymũ, vt moriens etiam illius verba referret, sicuti mox indicabimus. Quanquam hoc sanè loco legendũ arbitror,ἐργοδιώ-
I κτης, hoc est operis exactor, quòd is vrgeret Hieronymum, & impelleret ad scribendum.Quodq; extorserat,adamabat, & voce sua commẽdabat alijs. Ambrosius notarios ac librarios suo sumptu suppeditabat Origeni,scribenti commentarios in sacras literas, quotidie ceu pensum ab eo exigẽs, vnde Origenes in quadam epistola vocat eum ἐργοδιώκτην.Ita Hieronymus in Hippolyto. Nam illic ex Sophronio Græco vocem hanc restituimus. 14 Cygneo.) De Cygni cantu,superius dictum est. Vsus est autem Græca possessiui voce, quod cygnus Græca sit dictio κύκνος, vnde κύκνειος. Nã Latina sunt,olor, & olorinus. 15 Stupet animus &c.) Cõmata sunt, & ἀσάρκεια. Deinde comparia,quæ schemata mirè cõueniunt affectibus.Deinde distributionem habent iucundissimam,cùm animo tribuit stuporem, manibus tremorem, oculis caliginem, linguæ balbutiem. Solent autem hæc in immodico dolore accidere. 16 Mutum.)Infans & ineloquens vocat. Suggerit enim facundiam auditor quoque. 17 Stilus ipse.)Audacem & hyperbolicam metaphoram mitigauit adiungens, quasi. Quanquam hanc quoque Fabius permittit grauioribus affectibus. 18 Rubigine vel situ.)Rubiginem ad stilum, qui ferreus esse cõsueuit, refert: situm ad ceram. Nam olim in tabulis ceratis scribebant.

19 Epitaphij flores.) Allegoria erat, nisi epitaphij, hoc est, propriam vocem admiscuisset. Porrò mos erat antiquis coronare defunctorum pyramides, ac sepulchris flores,præcipuè violas, ob colorem ferrugineũ, & cupressi frõ K
des inspergere. Vnde Persianum illud: Non nunc è tumulo,non nunc è manibus illis, Nascentur violæ. Et Prudentius in exequiali carmine:Nos tecta fouebimus ossa, Violisq; & fronde perenni. Hoc autem loco palàm ostendit epitaphium esse, non epicedium. At tota hæc ὑποτύπωσις eò spectat, vt exaggeret, quod dixerat desiderij iaculo vulneratos. 20 Moris.) Pathos est à modo rei. Nam præposterum est, vt parentes superstes sint liberis, eóque acerbius.

21 Lugubrium.) Quas Nænias vocant. Vnde Horatius: Absint inani funere Næniæ. Extat in hoc genere oda huius: Quis desiderio sit pudor aut modus? Extant aliquot Statij epicedia. Extat Daphnis Vergiliana, & apud Theocritum Adonidis epitaphium. 22 En.) Hic,non demonstrantis est, sed affectui seruit. 23 Quod exhibere &c.) Elegans est, ἀντιμεταβολή, id est, commutatio. Non edũt, vt viuant: sed viuunt,vt edant. 24 Quid igitur faciam?) Schemata, subiectio, ac dubitatio, simúlque dilemma. Nam vtranque partem refellit. Siquidem & dolere prohibet fides, & gaudere non finit dolor. 25 Dormientes.) Est in prima ad Thessalon.epistol.capi.iiij. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Item primæ ad Corinthios capite. xv. Ergo qui dormierunt in Christo,perierunt. Atq; inibi paulo post: Nunc autem resurrexit Christus à mortuis, primi- L
tiæ dormientium. 26 Non est mortua.) Est apud Matthæum cap.ix. Cùm Iesus discussa lugentium ac tumultuantium turba, principis filiam ad vitam reuocat. Non erat mortua Christo, cui facilius erat excitare mortuam, quàm cuiquam mortalium expergefacere dormientem. 27 Lazarus.) Est apud Ioannem capit.xj. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Neque solum arcanæ literæ dormientes appellant, vita defunctos, propter spem resurrectionis,verumetiam Homerus ὕπνον καὶ θάνατον, id est, Somnum & mortem, fratres esse fingit, ἓμ δύπνῳ συμβλῆτο κασιγνήτω θανάτοιο. Rursum alibi mortem χάλκεον ὕπνον, id est,ferreum somnum appellat. Atque iterum, ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν, multam videlicet similitudinem mortis & somni significans. Item alio in loco νήγετον, ἴσος θανάτῳ ἄγχι σαοικώς. Notum & est illud Diogenis, quem cùm medicus somno pressum excitasset, rogasset que nunquid sentiret mali:nihil,inquit, Nam frater fratrem occupat, significans somnum eũ esse mortis initium. Adducit in hunc sensum & alia nonnulla, Plutarchus in libello consolatorio ad Apollonium. Quin etiam Horatius in odis, mortem perpetuum soporem vocat: Ergo Quintilium perpetuus sopor vrget. Et Maro: In æternam clauduntur lumina noctem. Item Ouidius in amoribus: Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mor- M
tis imago? Longa quiescendi tempora fata dabunt. Et Catullus: Nox est omnibus vna dormienda. 28 O mors quæ &c.) Tempestiua exclamatio post tot locos affectuum. Alluśit autem ad verba Oseæ prophetæ, quæ sunt apud illum capit. xiij. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse, nimirum infernus, inter fratres diuidet. Ait sese inconsolabiliter dolere, cùm cogitat mortis tyrannidem ac sæuitiam, etiam coniunctissima distrahentem. Porrò in naturæ vinculis, nihil fratrum charitate copulatius. Vnde Frater.
fratrem, quasi ferè alterum dictum, existimant grammatici, & Græcis ἀδελφός, quasi ὁμόδελφος, quòd ex eodem prodierit vtero. Nam δελφὺς Græcis vuluam sonat. Sed fortiora sunt vincula spíritus quàm carnis. Rursum nulla coniunctio arctior quàm corporis & animi, atque omnia hæc distrahit mortis inclementia, cui proprium est disiungere quod bene coniunctum erat. Vnde Græcis μόρος dicitur, παρὰ τὸ μείρω, quod est partior ac dissecо. Proinde merito inuisa Christo, qui omnia conciliat, quique charitas est omnia connectens. 29 Sociatos dissocias.) Et contrarium est, & προσονομασία, id est, adnominatio. 30 Crudelis ac dura.) Hoc addidit veluti per exclamationem, miscet autem sua verba prophetæ verbis.

31 Adduxit vrentem &c.) Verba sunt eiusdem prophetæ ex eodem loco,vaticinantis de Christo quo pacto mortẽ, sua

A sua morte superaturus esset. 32 De deserto.) Quia dictũ est per Abacuc prophetã: Deus ab Austro veniet, & sanctus
Pharam. de monte Pharam. Atq; hic est & in deserto, & in meridie situs. Verum secũdum allegoriam desertum vocat vterum Mariæ. Vnde citra culturam humani coniugij natus est flos ille mirabilis. 33 Siccauit venas.) Venas & fontem, peccata vocat: quibus sublatis, mors vires amittat oportet. Porrò
Siccare. siccare proprium est venti vrentis. Charitas autem operit multitudinem peccatorum. 34 Deuorasti quidem Ionã.)
Ionas. Notissima est historia apud ipsum prophetam. Mysterium exponit Christus ipse apud Matthæum cap. xij. cùm pharisæis & scribis signũ quærentibus, respondet ad hunc modũ: Generatio mala & adultera signũ quærit, & signũ non dabit ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus ac tribus noctibus, sic erit filius hoĩs ĩ cor de terræ tribus diebus ac tribus noctibus. Moxq; facit mẽtionem Niniuitarũ, ad quos missus fuerat Ionas. 35 Deorasti quidẽ Ionam.) Accõmodat historiã Ionæ ad Christũ. Mortuus est Christus, passus est se deuorari. 36 Sed in vtero tuo vi. f.) Ad historiã, Ionas viuebat in vtero ceti, multisq; verbis de ventre ceti clamauit ad dominũ. At Christus quomodo viuus fuit in corde terræ nisi vel propter proximè instãtem resurrectionem, vel propter animam illius de-
B populãtem inferos, vel propter diuinitatem, nec à corpore, nec ab anima separatam. 37 Et Niniue nostra.) Mundus totus, quẽ Niniuen vocat, in maligno positus. At Niniuitæ, audito præconio Ionæ, pœnitentiam egerunt. Mundus accepto Christi Euangelio, crucem eius sequi cœpit. 38 Fugitiuus propheta.) Ionas fugerat à Tharsis: Christus, relicta patris arce, in hoc exilium venit. Quæ sequuntur sumpsit ex Hieremiæ cap. xij. Reliqui, inquit, domum meam: dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorũ eius. Verum an hæc verba propriè quadrent ad hũc locũ, non opinor exactius excutiendũ in allusione. 39 Per Osee.) Ex eodem loco, quem paulò ante indicauimus: Hoc quod aliquando minatus est, fecit. Hũc locũ adducit Paulus in prima epistola ad Corinthios, cap. xv. Absorpta est mors in cõtentione. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est. Virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriã per Iesum Christum. Quo quidem loco annotãdum est, diuum Hieronymum cùm exponit hunc in Osea locum, in contentione legere: non in victoria. Porrò Græcè νεῖκκ siue νῆκος per ε psilon & iota, cõtentionẽ significat: per iota tantũ νίκκ, victoriam. Aptam habent festiuitatem contraria & adnominationes in his verbis, mors mors, morsus, & morte mortua & viuimus morte, deuorasti deuorata, cum morti insultet, suo, quod aiunt, gladio iugulatæ. Subest & metaphora. Alio-
C qui quì moritur, quod non viuit? Ita dicimus mori famam, & sepultam gloriã. Est & synecdochæ, qualis est cùm dicimus: Meum decus: &, Virtutis pestis est pecunia. Nam rei nomen pro autore ponitur. 40 Adunco dẽte.) Allusit ad æreum hamum, dentem autem, quia dixerat, morsus tuus: & hami quoq; dens dicitur. Videtur autẽ respexisse ad ea quæ sunt Iob capit. xl. In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulũ in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?

41 Gratias tibi.) Apostrophæ maximè cõueniunt grauioribus affectibus, præsertim si vertat oratio ad res inanimas, cuiusmodi fuit illa ad mortem insultatio. Inest autem & προσωποποιΐα, quæ quo audacior est, hoc magis congruit summis affectibus. Exprobrauit morti crudelitatem: exprobrauit quòd victa est. Nũc simili apostropha gratatur Christo, cuius vnius virtute tam immanis belua confecta est. Sic Homerus Hectoris virtutẽ attollit, vt Achillis laus augeatur. Sic Turnum amplificat Maro, quò crescat Aeneæ victoris gloria. 42 Quis ante te.) Si quid licet, refragantibus exemplaribus, equidem hoc loco libẽter legerim: Quid ante miserius homine? Cur id malim, attentus lector facilè diuinabit. Primùm, quid ante Christum? Deinde, ad quem pertinet hæc miseria aut felicitas, nisi ad hominum genus? Horum vt nihil obstet, tamen neutrum genus magis conue- D
niebat affectibus. 43 Viuendi sensum &c.) Epiphonema est. 44 Regnauit enim mors.) Ex his verbis, quæ sunt Pauli ad Romanos capit. v. Hieronymus videtur ostendere, mortem regnasse pariter in omnes, & bonos & malos: etiam si diuersa sentit Ambrosius. Nam si de morte intelligas secunda, ea non regnauit in pios Iudæos. Si de corporis morte, ea regnat etiam post Christum. Sed mors secunda regnauit, non in omnes, sed in eos, qui peccauerunt: non in similitudinem Adam, hoc est, per contemptum dei, sed victi affectibus carnis multóque leuius. Quanquam in omnes eatenus regnauit, vt pios simul atque impios ad inferos detraheret, nimirum occluso paradiso. Atque ita sensisse Hieronymum, declarant ea quæ sequuntur: Si Abraham Isaac & Iacob &c. 45 Non est deus.) Verba sunt psalmi decimitertij, Intelligit impios, & omni genere scelerum inquinatos. 46 Vsque ad vnum.) Id est, Christum: ita vt hunc vnum excludas, perinde quasi dicas, vsque ad mare.

47 Quod si.) Diluit obiectiunculam. Nam responderi poterat, Lazarus mendicus in Euangelio visus est à diuite in sinu Abrahæ, etiam ante Christi mortem. Confitetur quidẽ pios fuisse in loco refrigerij, & à cruciatibus impiorũ immunes, sed tamen apud inferos. Multum autem interesse inter inferos & regna cœlorũ. Illic pij nõ cruciabãtur, at nõ
fruebantur summo illo bono. 48 Ante Christum.) Em- E
phasis est in nominibus, latronis & Abrahæ, inferorum & paradisi. Constat autem sermo totus ex contrarijs, habetq; speciem epiphonematis. 49 Cœlesti Hierusalem.) Epitheton addidit, explicans allegoriam paradisi. 50 Elogium.) Elogium vocat, propterea quòd Paulus ad Ephesios cap. v. velut ab alio dictum adducit. Sic enim habet, propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge &c. Siue quia legerit hoc in apocryphis prophetarum, siue quia more prophetarum ita loquutus est: Hæc dicit dominus, cùm irruente spiritu sancto, in ea verba prorumperet: vt sentit diuus Hieronymus hunc enarrans locum, vbi refert quidem, at non probat commentum cuiusdam, qui putarit hæc esse verba Christi de cruce ad Adam sub cruce sepultum. Nam is ἅψεται, quod apud Græcos ambiguum est, continget, interpretabatur. 51 Personat.) Aptè personat, quippe vox clamantis & præco Christi. 52 In carne non.) Carnem & corpus Paulus sæpius accipit pro humanis affectibus: proinde quasi dicat, in terris viuentes, & tamen conuersationem habẽtes in cœlis, & quæ sursum sunt quærentes, & sapientes nõ quæ super terram. 53 Regnum dei intra vos.) Sic apud Lucã cap. xv. respondet Christus pharisæis, percontantibus, quãdo venit regnum dei? Non veniet, inquit, regnum dei cum obseruatione: neque dicent, Ecce hic, ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Sic & orare iubemur: Adueniat re- F
gnum tuum. Deuictis carnis affectibus, regnat in nobis Christus. 54 Adde quod.) Si regnum dei est, cùm agnoscitur & colitur, colebatur & sub lege Mosaica. Colebatur quidem vtcunque, sed dũtaxat in Iudæa, hoc est, arctissimo orbis angulo. Nam angustiam Iudææ, alio quodam in loco contem- Iudææ an-
nit Hieronymus. Nec his tamen paucis licebat inferos effu- gustia.
gere. At post Christum, in omnem terram exiuit sonus Euãgelij, quod prædicatũ est omni creaturæ. Ergo sub lege Mosaica, pauculi illi qui legem obseruabant, in aduentum Christi seruabantur: sed ita tamen, vt interim apud inferos agerent. Reliquus orbis vniuersus sine lege perire putabatur.

55 In Iudæa.) Vtrũque vocabulum conuenit agnoscentibus deum, & colentibus. Nam Iudæa, confessionem sonat: Israël, virum videntem deum: aut vt alij malunt, virum deo fortem: quòd Iacob luctatus sit cum angelo, vicerit, & obtinuerit quod volebat. Nosse videntis est: colere confitentis. Retulit verba psalmi lxxv. 56 Vbi tunc.) Viuidius est per interrogationem, ac subiectam responsionem. 57 Ab In- Indi.
dia.) Indi extremi sunt Orientis. Britanni tametsi Septen- Britanni.
trionales sunt, tamen ad Occidentem vergunt. Hos Horatius extremos orbis appellat, & vltimos orbis Britannos. Vergilius extra orbis terminos ponit: Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Solinus velut alterum orbem vocat.

Scythia. 58 A rigida ſeptentr.)Septentrionalem Scythiam ſignificat,& Riphæis obnoxiam iugis:quæ regio,vt ait Solinus,à cœlo nihil accepit præter hyemem perpetuam. Hac parte Tanaim orbis terminum faciunt coſmographi. Et Horatius: Extremum Tanaim ſi biberes Lyce. Attigit igitur quatuor orbis metas, quanquam ratione plagarum non anxiè ſeruata:Indiam ab exortu, Britanniam ab occaſu. Nam in eam,vt dixi,partem vergit: Hyperboræos à ſeptentrione: mare Atlanticum à meridie: quod tametſi eſt occidentale, tamen vergit nonnihil ad orientem ſolem. 59 Atlantici Oceani.) Extremam Occidentis partem deſignat.

Gades. Nam iuxta Gades Oceanus ſeſe in terras infundit, omnes quæ venientem expauere demergens, vt inquit Plinius. Iuuenalis: Omnibus in terris quæ ſunt à Gadibus vſque, Auroram & Gangem. Feruores dixit ob æſtum ac fragorem: vt Vergilius: Feruétque fretis ſpumantibus æquor.

60 Quàm variæ linguis.)Sic Vergilius libro octauo deſcribens Aeneæ clypeum: Incedunt victæ longo ordine gentes, Quàm variæ linguis habitu, tam veſtis & armis, Hic Numidum genus & diſcinctos mulciber Afros, Hic Lelegas, Carásque, ſagittiferóſque Gelones, Finxerat &c.

61 Dedicauit.)Nam his tribus linguis Pilatus ſcripſerat titulum Ieſu,atque has quidem gẽtes per occupationem recenſuit: 62 Pythagoras ſomniauit.) Propter μετεμψυχωσιν, id eſt,animarũ tranſmigrationem. Etenim dũ exiſtimat animã ex alio atq; alio corpore in aliud demigrare,leuiter ac veluti per ſomnium ſenſiſſe videtur, animam corpori ſupereſſe. 63 Democritus non credit.) Hic philoſophus fuit Abderites, cuius illud egregium eſt ſomnium de atomis. Is putauit animam ſimul interire cum corpore. Nã hunc potiſſimum ſequutus eſt Epicurus, cuius ſimilis eſt de animarum interitu ſententia. Indicat idem Lactantius libro tertio,capit.xviij.cùm recenſens eos, qui felicioris vitæ ſpe ſibi mortem conſciſſent. Nam Democritus, inquit, in alia fuit perſuaſione,ſed tamẽ ſponte ſua lœto caput obuius obtulit ipſe. Indicat & M.Tullius Tuſc. quæſt. libro primo. Quanquã in nõnullis exemplaribus, Democritus credidit, inuenio ſcriptum. 64 In conſolationem dam.ſ.S.) Extat hic dialogus Platonicus,cui titulus, Phædon,in quo Socrates,mox bibiturus venenum,cum amicis diſputat de animarũ immortalitate. 65 Indus,Perſa.Go.Aegyp.Phyl.) Has gentes veluti maximè barbaras nominat, & a philoſophię ſtudijs lõgiſſimè ſemotas. Nã extrema eſt India. Perſarum & Aegyptiorum luxus celebratiſſimus eſt. Gotthi barbarie nobiles. Gotthos quidam putant eſſe,quos nunc vulgò Liuonios & Pruſios appellant,aut Sarmatas ipſos, aut Sarmatis finitimos:quæ gens etiam nunc miram barbariem ſpirat. Quanquam de his variæ ſunt doctorum hominum ſententiæ: nec ad hunc locum magnopere pertinet. Annota lector aptiſſimam partium collationem. Philoſophorum eſt, de animæ immortalitate diſputare,non barbarorum. Sed ex præcipuis philoſophis Pythagoras ſomniauit dũtaxat. Democritus non credidit illius ſomnijs. Socrates veluti dubitans diſputauit: idq; magis ad ſolatium ſuæ damnationis,q̃ ex animo. At poſt euulgatum Euangelium Chriſti,ſemotiſſimæ quoque ac barbariſſimæ nationes de iis nõ diſputant, ſed philoſophantur. Nec citra emphaſim barbaris & indoctis philoſophandi verbum attribuit. 66 Beſſorum feritas.)Pergit commemorare gentes,non barbaras tantum,ſed etiam immanes:quas tamen Euangelij prædicatio manſuefecerit. Siquidem Beſſi ſunt in Thracia iuxta Strymonem amnem, ad dextrum accolentes latus, autore Solino. Thracum autem barbariem,notat Euripides in Hecuba,cùm Polymneſtori dicit Agamemnon: ἐχέτω βαλών δὲ καρδίας ὁ βάρβαρος λέγει. Et Horatius in Odis: Natis in vſum lætitiæ ſcyphis, Pugnare Thracum eſt, tollite barbarum Morem. Iuuenalis item Thraces cum Sarmatis cõiunxit,vt pari barbarie,neque Sarmata, nec Thrax, qui ſumpſit pennas. Quanquam ad demonſtrandam Thracum feritatem, ſufficiebat Diomedis ſtabulum. Porrò Beſſos vt finitimos Getis, ita Getica immanitate fuiſſe præditos,oſtendit Ouidius in libris de triſtibus: Viuere quàm miſerum eſt inter Beſſoſque Getàſque, Illum, qui populi ſemper in ore fuit.

Pythagoræ trãſanimatio.

Democritus.

Beſſi.

67 Et pellitorum tur.po.)Pellitos vocat,ferarum pellibus amictos. Semotiores Germaniæ populos ſignificare videtur. De quibus ita meminit Cornelius Tacitus in libello de populis & ritibus Germaniæ: Tegumen omnibus ſagum, fibula,aut ſi deſit,ſpina cõſertum. Cætera intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt:locupletiſſimi veſte diſtinguuntur,non fluitante, ſicut Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta, & ſingulos artus exprimente. Gerũt & ferarum pelles,proximi ripæ negligentes,vlteriores exquiſitius, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras,& detracta velamina, ſpargunt maculis pellibúſque beluarum, quas exterior Oceanus atque ignotũ mare gignit:nec alius fœminis quàm viris habitus. Atque idem paulò poſt de Fennis Germaniæ populis:Fennis,inquit,mira fœditas,fœda paupertas: nõ arma,non equi,non penates:victui herba,veſtitui pelles, cubile humus. Hactenus Tacitus. Quanquam leguntur tum alibi, tum apud Indos fuiſſe populos, quibus ferarum pelles amictus erant. Animaduerte qua verborum emphaſi barbariem exaggerat harum nationum. Nam vehemẽtius & ſignificantius eſt Beſſorum feritas,quàm ſi Beſſos feros dixiſſet. Iam enim feras imaginor,non homines. Porrò cùm turbam pellitorum populorum dicit, eleganter exprimit inconditam, & beluarũ more degentem multitudinem. 68 Qui mortuorum quon.in.h. in.) Et hoc argumento immanem iſtorum & impiam barbariem exaggerat, qui non modo manibus & vmbris defunctorum,perinde vt dijs ſacrificarint,ſed homines etiam immolarint. Nam ſui cuique progenitores, poſteaquam vita deceſſerant,numinum loco erant. Verum mihi magis probatur, vt legas inferijs, non inferis. Inferiæ dicuntur parentalia, ſeu iuſta quæ defunctis perſoluuntur. Eam vocem quanquam grammatici putant ab inferis dictã, ego magis arbitror dictam ab inferendo,vt Græcam vocem expreſſerint Latini ἐναγίσματα, quæ apud illos idem ſignificat quod apud nos inferiæ. Mos hic multis barbaris fuit,vt vmbris hominis defuncti mactarent homines, vel vt placarent iratos, vel vt gratum facerent. Nam & Achillis manes Polyxenæ ſanguine placãtur apud Tragicos. Et apud Vergilium: Vfens viuentes rapit inferias, quos immolet vmbris. Et apud Homerum libro Iliados penultimo, Achilles in Patrocli parentalibus duodecim iuuenes Troianos immolat,præterea canes aliquot & equos in gratiam amici defuncti. De Taurica Diana apud Scythas, & vetus & notiſſima eſt fabula. Cæſar belli Gallici commentario ſexto, teſtatur hunc publicum Galliarum fuiſſe morem, vt in grauioribus morbis, aut belli periculis, pro victimis homines immolarent, quod pro vita hominis non niſi vita hominis placari numen poſſe crederent. Porrò de funeribus eorum ita ſcribit: Funera ſunt pro cultu Gallorum magnifica & ſumptuoſa. Omnia quæ viuis cordi fuiſſe arbitrantur, in ſignem inferunt,etiam animalia:ac paulò ſupra hanc memoriam,ſerui & clientes,quos ab his dilectos eſſe conſtabat,iuſtis funeribus confectis,vnà cremabantur. 69 Stridorem ſuum.) Et Plinius commemorat gentibus barbaris nonnullis nutum,nonnullis ſtridorem eſſe loco vocis humanę. Stridor autem beluarum eſt,& quidem immanium. Et mirè ſtridori oppoſuit melos. Nam melos cantus eſt modulatus & concinnus,aures ſuauitate deliniens, ἀπὸ τῶν μελῶν,id eſt, à membrorũ corporis congruentia dictus,ſi credimus Græcis etymologis. Et Perſius: Cantare credas pegaſeium melos. Vnde & poëtæ Melici. Tantum igitur valuit Chriſti mors, vt homines tam immanes, ſuum,id eſt, naturalẽ ſtridorem fregerint, hoc eſt, mollierint in dulce melos crucis, hoc eſt in vocem longe à natura alienam. 70 Et totius m. v. v. Chri. eſt.) Hoc eſt epiphonematis loco additum, quo periodum claudat ſuo more, cùm ſint tam innumera linguarũ diſcrimina. Vnde & μέροπες apud Græcos poëtas appellantur homines,tamen in vnius Chriſti laudes nunc mirè cõſentiunt omnes. Nec ſine figurę gratia dixit, Chriſtum vocẽ omnium,ſignificans eum omniũ voce laudari. 71 Quid agimus a.)Hactenꝰ excurſus,de quo ſuperius admonui. Nũc quod eſt huic epiſtolæ proprium aggreditur, hoc eſt:vt cõſoletur

K Pelliti.

Inferiæ.

Humanæ victimæ.

L Stridor.

Melos.

M

A soletur Heliodorũ,& laudet Nepotianum. Quãquã ea laus consolationis pars est. Est autẽ color in Tragœdijs frequẽs, vt suo cum animo colloquatur aliquis,eóq; grauioribus affectibus præcipuè congruens. Quod genus est illud Senecæ: Quid segnis animæ,tuta consilia expetis. Sumptũ apparet ex Homero τέθλαθι κραδίην,id est,tolera cor. Cui finitimũ & illud: ἀλλὰ τίκτομι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός? Possunt autem accipi,quid agimus anima,vel vt sint corrigentis digressionem longiusculã,vel vt sint dubitantis, vnde potissimũ debeat incipere. Sic enim Terentianus Phædria: Quid agimus? Consulens ac dubitans loquitur. Recensetur huiusmodi dubitatio inter exornationes rhetoricas: conuenit autem maximè principijs generis demõstratiui. Nec hic transitus,quo ab excursione digreditur ad exẽpla, vacat affectibus: vt artis obliuio,quam puer imbiberat,immensi doloris sit argumentum. 72 Anaxagoræ.) Hic philosophus fuit Clazomenius,Anaximenis discipulus,Archelai præceptor. Huic cùm quidam filij mortem nunciasset, is minimè commotus: nihil,inquit,nouum aut inexpectatum nuncias. Ego enim illum ex me natum,sciebam esse mortalem. Refert Valerius Maximus,libro.v.cap.x. Refert Cicero libro Tuscul.quæst.iij. 73 Ac Telamonis.)Videtur hæc eadẽ Anaxagoræ vox à nõnullis,certe Tragicis tributa Telamoni Salaminio,cùm Aiacis filij mortem audisset. Nam Cicero Tuscul.quæsti.lib.iij. Telamonem hunc citat ex Sophoclis
B Tragœdia,quæ nostris temporibus non extat. Itaque cùm Oileus,inquit, ille apud Sophoclem,Telamonẽ ante de Aiacis morte consolatus esset,is cùm audisset de suo filio, fractus est. Alibi rursus in eodẽ libro: Quid ergo? huiúsne vitæ propositio & cogitatio,aut Thyestem leuare poterit,aut Getam,de quo paulò ante dixi,aut Telamonem pulsum patria,exulantem atque egentem &c. 74 Legimus Crantorem.) Hic veteris Academiæ nobilissimus philosophus fuit,vt testis est Cicero Tuscu.quæst.libro.iij. Zenocratis auditor,cuius meminit Horatius in epistolis, tanquam eximij philosophi. Quiq uid sit pulchrum,quid turpe,quid vtile, quid non, Plenius ac melius Chrysippo ac Crantore dicit. Eius quãquam commentarij non extant, tamen subinde citantur à Cicerone in Tusculanis quæstionibus. Ex Consolationis libro nominatim illud refert: Simile quiddã,inquit. est in consolatione Crantoris: Ait enim Termanæũ quendã Elysium,cùm grauiter filij mortem mœreret,venisse in Sycomantium,quærẽtem quæ fuisset tantæ calamitatis causa. Huic in tabellis treis huiusmodi versiculos datos: Ignaris homines in vita mentibus errant. Euchinous potitur fatorũ munere læto. Sic fuit vtilius finiri,ipsíq; tibiq;. Citatur & hic Crantor à Plutarcho in libello consolatorio. Is
C testatur eum scripsisse ad Hippoclem,consolans eum super morte filiorum. 75 Cuius volu.ad.s.d.c.c.) Hoc quoq; Ciceronis opus,cum alijs permultis,his temporibus desideratur. 76 Platonis.)Recensetur autores qui de consolatione scripserunt,inter quos admiror nõ numerasse Senecam: cuius extant duo in hoc genere libri,Alter ad Martiam, alter ad Albinam matrem suam. Nisi fortè alterius sunt illa, nõ Senecæ. Platonis extat Phædon. Extat & Axiochus,si modo is Platonis est,in quo Socrates Axiochum ægrotantẽ cõsolatur,Latinus factus à Rodolpho Agricola nostro, quem multis nominibus vniuersæ Germaniæ decus optimo iure possumus appellare,quam ingenio diuino,doctrináq; & facũdia incõparabili,mirum in modũ illustrauit. 77 Diogenis.)Huius nihil extat,sed inter eius opera Laërtius commemorat opusculũ de morte. 78 Clitomachi.) Hic Carthaginẽsis patria,gentili nomine vocatus Asdrubal,successit in schola Carneadi,cuius auditor fuerat,autore Laërtio. M. Tullius Tuscul,quæsti. libr.v. testatur hunc voluptatem cum honestate copulasse. 79 Carneadis.) Is Cyrenaicus nihil scriptum reliquit,præter aliquot epistolas ad Ariathẽ Cappadociæ regem,inter quas consentaneũ est,aliquot fuisse consolatorias,vt id significarit Hieronymus,cùm ait, vel libris,vel epistolis. 80 Posidonij.)Hic Stoicus fuit, Zenonis discipulus. Quãquam huius quoque libri omnes interciderunt. 81 Periclem.) Principẽ Athenienſiũ,qui quòd dicẽdo tonare ac fulminare videretur,dictus est Olympius. D
Hic intra quatriduum duobus mirificis adolescentibus,Paralo & Xanthippo filijs spoliatus, his ipsis diebus, & vultu pristinum habitum retinente,& oratione nulla ex parte infractiore,concionatus. Ille vero caput quoq; solito more coronatum gerere sustinuit,vt nihil ex vetere ritu domesticum vulnus detraheret: autor Valerius Maximus lib. v. capi.x. Meminit & Plutarchus in consolatione,citans Protagoram autorem. 82 Xenophontẽ Socra.)Hic Athenien- Xenophon
sis fuit dux,Socratis discipulus,cui proximum à Platone locum tribuit Valerius. Is cùm solenne sacrificium perageret, è duobus filijs maiorem natu, Gryllum nomine, vt testis est Plutarchus in consolatione, iuxta Valerium Syllium, apud Mantineam cecidisse cognouit. Nec ideo sacrum institutum omittendum putauit,sed tantummodo coronam deponere contentus fuit, quam ipsam, percontatus quonam modo occidisset, vt audiuit fortissimè pugnantem interisse, reposuit, testatus deos quibus sacrificabat, maiorem se ex filij virtute voluptatem,quàm ex morte dolorem sentire. Autor Valerius Maximus eodem,quod modo citauimus,capite. Seneca in libello consolatorio ad Martiã: Nec minus,inquit,admiretur Græcia illũ patrem,qui in ipso sacrificio,nunciata filij morte,tibicinem tantum tacere iussit, & coronam capiti detraxit,cætera rite perfecit. 83 Pul- E
uillus.) Horatius Puluillus consul, cùm in Capitolio Iouis Puluillus
ædem pontifex dedicaret,interq; nuncupationem solẽnium verborum postem tenens,mortuum esse filium suum audisset: neque manum à poste remouit,neque vultum à religione ad priuatum dolorem flexit. Autor Valerius Maximus. Seneca ad Martiam: Puluillus hoc fecit pontifex,cui postem tenenti,& Capitolium dedicanti,mors filij nunciata est: quã ille exaudisse dissimulans,& solennia pontificalis carminis verba concepit,gemitu non interrumpente precationem, & ad filij sui nomen Ioue propiciato &c. 84 L.Paulus.)L. Paulus
Paulus Aemilius,Magni Pauli filius,qui apud Cannas occu Aemilius.
buit,ex quatuor filijs duos in Corneliam Fabiamq; gentem per adoptionem dederat. Cæterorum alter quatriduo ante triumphum,quem deuicto Perse Macedonũ rege pulcherrimum egit,defunctus est. Alter in triumphali curru conspectus,posit diem tertium expirauit. Deinde cùm videret populum de suo casu solicitum,prodijt in concionem, & orationẽ quam de rebus à se gestis habuit,hac clausula finijt: Cùm in maximo prouentu felicitatis vestræ Quirites timerem,ne quid mali fortuna moliretur,Iouem Opt. Maxi. Iunonemq; reginam,& Mineruam precatus sum: vt si quid aduersi populo Romano immineret,totum in meam domum conuerterctur. Qua propter bene se habent res. Annuẽdo enim votis meis id egerunt,vt vos potius meũ casum doleatis,quàm F
ego vestrum ingemiscerem. Autores, Valeri⁹ eodem capite, Liuius
Plutarchus in ipsius vita. Seneca ad Martiam,qui inter cætera illud eleganter ἐπιφωνῆ: Vides quàm magno animo tulerit,orbitati suæ gratulatus est. 85 Prætermitto.)Per occupationem congerit turbam exemplorum,quæ non explicat. 86 Maximos.)ἑτέρωσις est numeri,festiuitatis gratia. Vt est illud Martialis: Pythagoras, Zenonas, inexplicitosq; Platonas. Quãquam non inficior his nominibus cõplures fuisse. Significat autem Q u. Fabium Maximum, cui cognomen Conctatori: qui cùm filium virum cõsularem,& egregijs clarum gestis amisisset, ipse consul, apud populum oratione filium laudauit. Eamq; orationem postea ædidit, quam Plutarchus in huius vita se vidisse testatur. Meminit huius Cicero libro epist.famil.iiij.scribẽs Seruio Sulpitio. Rursum Tuscula.quæsti.libro.iij. 87 Catones.) Cato- Cato.
nem maiorem indicat,cẽsorium dictum: cui cùm maior filius obisset,summo ingenio iuuenis, summa virtute, præterea prætor designatus,nihilo segnius rempublicam gessit. Meminit Plutarchus in eius vita. M. Tullius in epistola,quã modo citaui. Idem iterum Tuscula. quæstionibus libro.iij. atque etiam in Lelio. 88 Caios.)Ita quidam habent codices. De Caio Cæsare meminit Seneca ad Martiam, his verbis: C. Cæsar,cùm Britanniam peragraret,nec apto anno felicitatem suam continere posset,audiuit decessisse filiã, pu-

 blica

Anaxagoras.
Telamon.
Crantor.
Cõsolationũ libri.
Rodolph. Agricola.
Diogenes.
Clitomachus.
Carneades
Posidoni⁹.
Pericles.

G blica ſecum fata ducentē. In oculis erat iam Cn. Pompeius, non æquo laturus animo, quenquam alium eſſe in Rep. magnum, & modum impoſiturum incrementis, quoniam grauia illi videbantur, & cùm in commune creſcerent: tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia, & tam cito dolorem vicit, quàm omnia ſolebat. Sed mihi magis placet, quod in antiquis lego, Gallos, non Caios. Nam inter cæteros quos hìc recenſet Hieronymus, Gicero Gallum quoque memorat, in dicta ad Sulpitiū epiſtola. Eúmq; ſuum appel-

Piſones. lat, ceu familiarem. 89 Piſones.) Permulti fuerunt huius nominis viri clariſſimi. Quanquam nihil adhuc memini legere, quod ad luctum attinet. Valerius Maximus libr. iiij. Caium Piſonem inter exempla conſtantiæ ponit. Fuit & L. Piſo C. Cęſaris ſocer, & Piſo Craſſipes. Prior Ciceronis ge-

I. Brutus. ner, ex matrimonio Tulliæ. 90 Brutos.) De Iunio Bruto, qui duos filios, quòd Tarquinios in vrbem reuocare molirentur, pro tribunali virgis cęſos, & ad palum ligatos, ſecuri percuti iuſſit, notiſſima eſt hiſtoria: Meminit Valerius Maximus libro quinto, capite octauo. 91 Scęuolas.) Hi-

Scæuolæ. ſtoria de Mutio Scæuola, notior eſt quàm vt hic ſit referenda: quāquam equidem ſentio Tullium de alio quopiam Scę-

Metellus. uola fuiſſe loquutum. 92 Metellos.) Multorum literis nobilitata eſt Metelli Numidici fortitudo, cùm Smyrnæ

H exularet: vbi cùm in Theatro ſedenti literæ eſſent allatæ, quibus reuocabatur, non prius dignatus eſt eas legere, quàm ſpectaculum eſſet finitum. Autor, præter alios, Plinius ſiue Suetonius, de viris illuſtribus. Verum an de hoc ſentiat Hieronymus, nolim affirmare. Nam fuerunt huius quoque no-

Scaurus. minis permulti. 93 Scauros.) De M. Aemylio Scauro, qui filium cum alijs è bello profugum, ad mortem ſponteneam adegit, cùm diceret ſe libentius occurſurum oſſibus eius in bello cæſi, quàm ipſum tam deformis fugæ reum vi-

Marius. ſurum. Meminit Valerius libro quinto, cap. viij. 94 Marios.) Plutarchus in ipſius vita, Marij tolerantiam laudat: quòd cùm ex vtroque crure laboraret, fortiſſimè paſſus ſit ſectionem. Tum autem, quòd ne in hoſtium manus veniret,

Q. Martiꝰ vltrò ſibi mortem conſciuerit, vt in vita Syllæ. Quanquam ego certe Martios legēdum arbitror, vt intelligas de Quinto Martio, cui cognomen inditū Regi. Is cùm eſſet ſuperioris Catonis in conſulatu collega, filium ſummæ pietatis, magnæ ſpei, poſtremo vnicum amiſit. Eum caſum animo adeo infracto tulit, vt ſtatim à rogo iuuenis curiam peteret, Sena-

Craſſus tumq;, quem eo die lege habere oportebat, euocaret. Autor, præter alios, Valerius lib. v. cap. x. 95 Craſſos.) Quanto animo Craſſus tulerit mortem filij à Parthis occiſi, diligenter explicat Plutarchus in ipſius vita. Nam cùm hoſtes iuuenis caput pilo præfixum horrendo clamore, quàm proxi-

I mè accedentes Romanis oſtentarent, & per contumeliā rogarēt, quo nā genere ortus eſſet iuuenis tam ſtrēnuus, Craſſus pater nihil conſternatus eſt eo dolore, ſed per omnes ordines circūuectus, clamabat: Meus eſt hic priuatus dolor Romani, publica ciuitatis ſalus & gloria, in veſtra incolumitate

Marcellus ſita eſt. 96 Marcellos.) M. Marcellus vir cōſularis, quòd diuerſis partibus fauerat, Cæſaris iuſſu exulabat Mitylenis. Quem Brutus in libro de virtute, teſtatur ſe illic vidiſſe viuentem adeo feliciter, adeóq; literarum cupidum, vt ipſe ſibi videretur exul, cùm ab eo diſcederet. Meminit Seneca in cō-

Aufidij. ſolatione ad Albinam. 97 Aufidios.) De Aufidijs nihil occurrit in præſentia memorabile, quod ad hunc attineat locum. Quòd ſi extaret Ciceronis liber de Conſolatione, non magno negocio locus hic Hieronymi poterat explicari.

98 Aliena quàm noſtra.) Ethnicorum exempla vocat aliena: noſtra, quæ à ſacris literis depromuntur. Obiter notās eos, qui gentilium exemplis nimium impenſē ſolent vti: niſi fortè breuiter quis vtatur, idq; in ſugillationē vitæ noſtræ, ſi non præſtamus Chriſtiani, quibus immortalitas expectatur, quod vel ob gloriam, vel impulſu naturæ præſtiterunt infideles. Hoc eſt nimirum quod ſcribit ad Paulam: Erubeſce, ethnicę comparatione ſuperaris. Melior diaboli ancilla, quàm mea eſt &c. Eſt autem tranſitus ad diuerſum exēplorum genus. 99 Non plangam cum Ia. & Da.) Reijcit & Iudæorum exempla. 100 Iacob.) Quantopere Iacob luxerit filiū ſuum Ioſeph, habetur Geneſeos cap. xxxvij. Sciſſiſq; K veſtibus, indutus eſt ciliciò, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere, ſed ait: Deſcēdam ad filium meum lugens in infernū. 101 Dauid.) Re- Dauíd.
gum lib. ij. cap. xiij. Dauid luget Ammon à fratre occiſum: Sed & rex, inquit, & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis. Ac paulò poſt: Luxit ergo Dauid Ammon filiū ſuum multis diebus. Rurſus eiuſdem libri capit. xviij. deflet Abſalom interfectum: Contriſtatus itaq; rex, aſcēdit cœnaculum portæ & fleuit, & ſic loquebatur vadens: Fili mi Abſalom: Abſalom fili mi, quis mihi tribuat vt moriar pro te? Abſalom fili mi: fili mi Abſalom. 102 In Euāgelio.) Alludit ad eos, quos Chriſtus in Euangelio vitæ reſtituit, luctu verſo in gaudium. Nam Lucæ cap. vij. viduæ mulierculæ filium vnicum, qui iam efferebatur, viuum reſtituit: Et dedit, inquit, illum matri ſuæ. Elegāter Dauid, & Iacob Iudęis, opponit Chriſtum: legi, Euangelium: morientibus, reſurgētes: planctū, receptioni: vt totus ſermo ex contrarijs inter ſe relatis conſtet. Videtur autem alludere ad verba Pauli, quæ ſunt in epiſtola ad Hebræos cap. xj. Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. 103 Iudæorum luct. c. g. ſ.) Velut epiphonema eſt, poteſt bifariàm accipi. Iudæorum eſt lugere: Chriſtianorum, gaudere. Aut vnde lugent Iudæi ceu L
carnales, inde gaudent Chriſtiani ſpirituales: nempe ob mortem piorū in cœlos demigrātiū ex his miſerijs. 104 Ad veſperā. d. f.) Cōfirmat id quod dixit, Iudæorum eſſe luctū, Chriſtianorū eſſe gaudiū, teſtimonio pſalmi vigeſimino ni. Veſpera, tempus ante reſurrectionem, quo tenebris obtecta fuerunt omnia, & Apoſtoli in fletu ac gemitu morabantur.

105 Ad matutinū.) Nēpe reſurrectionis, cùm exhilarata ſunt omnia. Ita fermè diuus Hieronymus & Auguſtinus, quanquā veſpera totꝰ huius vitæ curſus intelligi poteſt: matutinū, generalis omnium reſurrectio. 106 Nox præceſſit.) Accōmodat ad eandem ſententiā verba Pauli ad Roma. cap. xiij. Nox, Moſaīcę legis: dies, Euangelicę veritatis & reſurrectionis. Quod modo veſperam appellabat, hìc noctem
vocat: quod modo matutinum, hìc diē. 107 Vnde & Mo- Moſes.
ſes &c.) Adiungit allegoriam teſtimonijs. Moſes ſymbolum gerēs Iudaīcæ vitæ, plāgitur: Ioſue, qui Euāgelij præfert typum, non plāgitur. De Moſe habes Deuterono. cap. vlt. Fleuerunt, inquit, eum filij Iſraël in campeſtribus Moab triginta diebus. De Ioſue habes Ioſue vltimo item capite. Et poſt Ioſue.
hæc mortuus eſt Ioſue filius Nun, ſeruus domini, centum & decem annorū, ſepelierūtq; eū in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thanathſare, quæ eſt ſita in monte Ephraim. Moſes itaque ſepultus eſt in valle terræ Moab cōtra Phogor, Ioſue in mōte: vt illic intelligas legis veteris humilitatē in carne ac lite- M
ra iacētis: hic Euangelij ſublimitatē à carnalibus ad ſpūalia, à terrenis ad cœleſtia ſubuchētis. 108 Ne videamur præterita.) Ego prætrita lego, nō præterita: aut certe pertrita: & obolita aut obſoleta, nō abolita, id eſt, antè trita à nobis, & vetuſta. Nā ī epiſtola qua Paulā cōſolat, eadē fermè tractat, quæ hactenꝰ tractauit in hac, & iiſdem fermè vtitur exēplis.

109 Sicut audiuimꝰ.) Ex pſal. xlvij. Sicut audiuimꝰ in prophetis, ſic vidimus in Euāg. & in Eccłia, ſicut audiuimꝰ fide, ſic vidimus fruitione. 110 Quāto ille felicior.) Mirè torſit argumētū in diuerſam partē: Nō eſt nobis lugēdus Nepotianus, cùm ſit felix: imò tanto magis lugemus, nō illū, ſed noſtram vicem, qui nō ſimus cū illo ſimul fēlices. 111 Tali bono.) Nō ad ipſum Nepotianū refertur, ſed ad ſummū bonū, quo ille iam felix eſt. Quāquā ſi qs malit ad Nepotianū referre, non admodū digladiabor. 112 Flebant & ſorores.) Oſtēdit q̄ diuerſa ratio ſit fletꝰ Chriſtianorū, & infidelium. Ieſus vbi vidit ſorores flentes, & Iudæos flētes, primū infremuit: deinde ductus ad monumētū, lachrimatꝰ eſt. 113 Et alibi.) Aut inibi legēdū, aut Hieronymꝰ memoria lapſus videtur. Nā vtrūq; eodē in loco ſcribit Paulus ad Phil. cap. j. Magnificat, inquiēs, Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitā, ſiue p̄ mortē. Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrū. Quod ſi viuere in carne hìc mihi fructus operis eſt, & quid eligā, ignoro. Coartor aūt è duobꝰ, deſideriū habens diſſolui & eſſe

A ui & esse cum Christo,multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Igitur diuus Paulus, qui vsque adeo non metuebat mortem, vt eam optaret, tamen in eadem epistola, proximo capite, testatur dominum sui misertum fuisse, qui Epaphroditum Philippensiũ Apostolum, quem collegam & commilitonem vocat, à mortis periculo restituerit, ne tristiciam haberet super tristiciam. Quidam codices Epaphras habent, plerique Epaphroditum: & ita legitur in exemplaribus Græcis. 114 Ne quid
cc nimis.) μηδὲν ἄγαν. Hanc sententiam Aristoteles libro Rhetoricorum tertio tribuit Bianti. Diogenes Laërtius, Pythagoræ. Nos in Chiliadib⁹ de hoc copiosius. 115 Cernas.) Δυνητικῶς dixit, id est, modo potentiali: quasi dicas, cernere licet. 116 Adumbrata, non expressa.) Significat sese non exquisita,sed rudi & incondita oratione descripturum laudes Nepotiani, alludens ad priscam illam & rudem picturam, quæ cœpit ab vmbra rerum lineis circunducta. Nec aliud fuit prima pictura. Deinde cultiore iam arte μονογράμματα cœperunt, id est, singulis coloribus depicta. Deinde lumen & vmbras adiecerunt, differentia colorum alterna vice sese excitante. Deinde adiectus est splendor, alius hic quàm lumen, quem τόνον appellant: commissuras & transitus colorum, ἁρμογήν. Hæc Plinius libro tricesimoquinto. Ergo adumbrare, est vmbram rei duntaxat repræsentare, & quasi deliniare: exprimere verò, modis omnibus effingere. Est autem hoc exordiolum quoddam partis encomiasticæ, quæ sequitur. 117 Præcepta rhetorum sunt.) Fabius libro tertio, capite de laude & vituperatione, summam laudationis in tria tempora, & in treis bonorum ordines diuidit. Inter ea quæ præteriti sunt tẽporis,in primis commemorat patriam, parentes, maioréque: Quorum duplex, inquit, tractatus est: aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus illustrasse factis. Hoc adscripsi,quòd Hieronymus Fabij verba digito notasse videatur,cùm ait:Et aut non degenerasse à bonis, aut mediocres ipse ornasse videatur. 118 Ego carnis bona.) Laudat eum à bonis externis, sed per occupationem: & hoc colore, non quòd habuerit, sed quòd contempserit. Nam & Epictetus putat fortunæ corporisque bona seu mala, nihil ad hominis laudem siue vituperationem attinere. 119 Cũ
cc Abraham.) Contra vulgatam sententiam, fortes creantur
cc fortibus, declamat ex bonis parentibus malos progigni liberos: rursum ex malis bonos. Geneseos capite xvj. Abraham ex Agar ancilla generat Ismahelem,de quo prædictum est: Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes, & manus omnium cõtra eum, & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. 120 Et Isaac.) Historia est Geneseos vigesimoqnto,de geminis Iacob & Esau,de quib⁹ pronunciauit deus apud Malachiam: Iacob dilexi, Esau autem
C odio habui. 121 E regione.) Id est, contra, aut è diuerso.
E regione. Iepte. 122 Iepte.) Filius Galaad,ex muliere meretrice natus,resectus à fratribus ex matrimonio natis: postea rebus vrgentibus dux Israël constituitur,ac rem gessit summa cum laude. Historia refertur Iudicum libro,capite vndecimo. Paulus in epistola ad Hebræos, Iepte quoque inter sanctos recensens, ait: Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon,Barach,Sampson,Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iusticiam &c.

123 Anima q.p.) Verba sunt Ezechielis capite decimooctauo. Locus est autem argumenti à contrarijs. 124 Beniamin l.ra.) Sentit nõ imputanda peccata ante baptismum commissa. Verba sunt Israël benedicentis filijs suis, de Beniamin filio. Ea diuus Augustinus accommodat ad Paulum prius persequutorem, mox acerrimum Christi præconem. Et Hieronymus in quæstionibus Hebraicis super Genesim, confirmat de Paulo prædictum fuisse. Iuxta allegoriam autem accipi de sacerdotibus, qui manè immolant hostias: deinde diuidunt accepta à populo, quòd altare in quo immolabantur hostiæ,& victimarum sanguis,ad basim illius fundebatur,in parte Beniamin fuit. Dictũ est autem manè & vespere,pro eo quod est prius & posteri⁹. 125 Ananię o.s.) Historia hęc de Paulo est in Actis Apostolorũ cap.vij. 126 Alius forsitan.) Mira occupatione laudat & auunculũ & nepotem. Porrò ex hoc loco colligitur,cùm diuus Hieronym⁹ primùm in solitudines secederet, Heliodorum sodalẽ suum officij causa tum fuisse prosequutum: à quo cùm non dimitteretur,pollicitum fuisse,sese rebus domi ordinatis,eremum repetiturum. Itaq; quem in epistola prima subincusat, hic blandè defendit: quasi id fecerit non aliam ob causam quàm vt sororem,aut certe ex sorore nepotẽ,Christo lucrifaceret. D

127 Licèt paruulus ex collo.) Hæc verba sunt in prima epistola,quam modo citauimus. Vaticinatum se dicit, non quòd id temporis nondum esset natus,sed quòd præsensisset futurũ,vt ab eo domi retineret. 128 Chlamyde & can.l.) Chlamys toga militaris est. 129 Candenti lino.) Linum duabus rebus potissimum cõmendatur,candore,& mollicie. Vsus illius mollior apud antiquos,quàm vt virum deceret. Vnde à Palatinis vsurpatus, penes quos omnis vitæ luxus. Vide apud Plinium lib.xix.cap.ij. Quin etiam in Pontificũ decretis partis primę dist.xcvj. Constantinus imperator,dũ Romanum Pontificem militaribus ornamentis instruit,candidi phrygij,& cãdidi vlonis, & candidæ vestis subinde mẽtionem facit. Itaq; quod nunc ecclesiasticum est, id olim aulicum fuisse videtur. 130 Cingulum.) Baltheũ intelligit, militum insigne. 131 Cornelij cent.) Actuum cap.x. Hic centurio religiosus ac iustus appellatur, moxq; à Petro baptismum accipit. 132 Deuotus.) Deuotum in bonã partẽ dixit,pro addicto ac certo. Verbum autem est militare,quòd milites sacramento sese astringant,nec mortem formidaturos imperatoris causa. Signa,vexilla vocat militaria. 133 Baltheo posito habitúq; mutato.) Baltheum militiæ insigne accipit,& habitum,ornatum militarem,puta paludamentũ. 134 Castrensis peculij.) Quod miles sibi in castris colligit. De peculio seruorũ,de peculio castrensi,& quasi castrẽsi,plurima sunt apud vetetes iureconsultos. 135 Nec mũdicijs,nec sordibus.) Inter luxum & sordes,media est mũdicies,id est,nitor moderatus. Horatius: Simplex mundicijs.

Chlamys. Deuotus. E Signa. Baltheus. Peculia. Mundicies

136 Cunq; arderet quot.) Quoniam id temporis imperium plerunq; penes ethnicos,aut certe hæreticorum fautores erat,pij secessus captabant. Itaq; vastas illas solitudines, harenasq; diffusas,quas propter sitim ac sterilitatem,periculosissimamq; serpentium abundantiam,conuersatio humana non nosset,magna habitãtium monachorum multitudo cõpleuerat: vt testatur Orosius lib.vij. 137 Mesopotamiæ.) Ea pars est Syrię,sic dicta,qnòd sit inter Tygrim & Euphratem. 138 Dalmatiæ.) Hæc patria fuit diui Hieronymi. Nam Stridon olim Pannoniæ Dalmatiæq; confinium fuit. Vnde addit, certe,id est, saltem: tanquam id sit procliuius, propinqua petere. Attingit autem Dalmatia Illyricos & Adriaticum sinum,in quo plurimę sunt insulæ,quemadmodum & hodie iuxta Venetiam. 139 Altino freto.) Altini oppidi in paludibus siti,meminit Strabo Geographiæ suæ libro quinto,quod ait similẽ habere situm,qualem habet vrbs Rauẽna. Ab hoc oppido videtur Altinum fretum appellatũ, quod propter angustiam fretum vocat: ideóq; adiecit,tantũ, minimũ interuallũ significans. Meminit & Stephanus Græcus autor de Alto oppido, & Altijs populis: eos ait nõ longè abesse à Thessalonica. Nec putarim equidẽ ociosam distributionem,dũ monasteria Aegypti vocat, anachoritas significans. Nam monasterium à solitudine nomen habet. Mesopotamię choros: Cœnobitas indicans gregatim viuẽtes,propter regionem cultiorem. Et ad illa pergere cupiebat, velut alijs relictis,choros inuisere. Solitudines,quòd illic nulli adhuc habitarent monachi occupare. Occupat enim,quisquis primus in vacuum venit. Animaduertendus autem est ordo. Nam cùm ea tractet, quæ ad præsens tẽpus pertinent, iuxta rhetorum præcepta,per ætatis gradus currit,sed alia ratione. Nam in baptismo demum nascitur. In seculari militia tanquam puer est, imbecillis adhuc, & parum maturus ad militiam Christi: deinde cùm monachi propositum capessit, iam veluti adultus est iuuenis, dum in clericorum collegium ascisciturr, quasi vir est. Porrò presbyter iam ætate est maturiori. Nam in Christo senecta non est. 140 Vidimus Timotheum n.t.) Timotheum Paulus filiũ vocat,

Mesopotamia. Dalmatia. Altinum. F

in secunda

Timothe⁹ in secunda ad ipsum epistola: Tu ergo fili mi confortare.
G Ex quo apparet illum ætate iuuenem fuisse. Deinde cùm inibi monet,vt iuuenilia desideria fugiat,iustitiam sectetur. Hunc Paulus ipse à puero instituerat. Vnde in eadem epistolá:Tu vero permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti &c. Hoc tamen iuuene Paulus veluti collega vtebatur, vt Heliodorus Nepotiano. Nam presbyteri collegæ sunt episcopi. 141 Canos in sapiētia.)Alludit ad id quod legitur Sapientię.iiij.Senectus enim venerabilis est,non diuturna,neque annorum numero computata.Cani autem sunt sensus hominis,& ętas senectutis vita immaculata.πρεσβύ-
Presbyter. τερος,Grecè senior est.Senior ergo iuuenis,& canus:non capillitio,sed sapiētia. 142 Subuenire.)Non refert,vtrum hæc infinita per Enallagen accipias, an per Synecdochen, vt subaudias,solebat, aut cœpit, aut aliud simile. 143 In aurigæ modum.) Nam aurigæ plaustrorum onera non aliunde quàm ex viribus equorum metiuntur. Alioqui si plus æquo sarcinarum infulciant,fit nonnunquam vt & plaustrũ
Suscipere. rumpatur,& equi lædantur. 144 Suscipere.)Pro appro
Tertullia- bare Græcanicè dixit, ἀποδέχομαι. 145 Tertulliani.)
nus. Hic Carthaginensis patria, sub Seuero principe & Caracalla floruit: adeo quondam magni nominis, vt hunc Cyprianus magistrum appellare solitus sit, quoties libros il-
H lius legendos posceret. Lege Hieronymum de viris illu-
Cyprian⁹. stribus. 146 Cypriani.)Et hic Afer fuit.Martyr, cuius extant hodieq; nonnulla. Rectè subiunxit,Afrum Afro,di-
Lactātius. scipulum præceptori. 147 Lactantij.) Qui & Firmia-
Hilarius. nus est dictus.Extant & huius opera. 148 Hilarij.) Hic episcopus Pictauorum fuit,cuius multa extant etiam hodie.
Minutius 149 Minutius Felix.) Romæ causidicus insignis fuit:
Felix. scripsit dialogum ethnici & Christiani. Ferebatur & alius aduersus mathematicos,disertus quidem & ille,sed à superioris libri stilo diuersus.huius nunc nihil extat. 150 Vi-
Victorin⁹ ctorinus.)Episcopus Pictauiensis, Martyr,multa scripsit in explanationem sacrarum literarum, sed Græci sermonis quàm Romani callētior.Nec huius quicquam extat. 151
Arnobius Arnobius.)Lactantij præceptor fuit:Scripsit aduersus gentes, quem Lactantium imitatum fuisse probabile est, cùm simile sumpserit argumentum. Hæc omnia μιμητικῶς dicuntur,atque inde gratiora sunt.Colligere licet hinc Nepotianum literas Græcas ignorasse, qui non citarit, nisi Latinos. Deinde,non delectatum fuisse nisi facundis. Nam quos hactenus nominauit,singulari fuere facundia. At nunc nullus scriptor placet,nisi qui sophisticam oleat, ac fœdè balbutiat:si quid mundius aut elegantius, id poëtim appellant.
152 Pro sodalitate auunculi.)Hoc addidit, quò mitiga-
I ret arrogantius alioqui dictum. Nam in prima & secunda epistola,se sodalem Heliodori vocat. 153 Meditatione.)
Meditari. Id est,exercitatione.Nā id propriè significat meditari,quod Græcè μελετᾶμ.Præcedit autem lectio: deinde meditatio. Nam qui scribit,qui docet,meditatur,hoc est,exercet ea quę legit: multomagis autem qui moribus exprimit & vita.
154 Bibliothecam.)Hoc velut epiphonemate conclusit hanc orationis partem. 155 Nocturnum petitorem.)De postulatore,qui improbitate sua treis panes accepit ab amico, locus est Lucæ cap.xj. 156 Et interpellatricem duri iudicis.)Significat viduam,quam frater defuncti mariti recusat ducere vxorem. Hanc lex iubet improbam esse,vt vel odio vincat iuuenem,adigatq; ad matrimonium.Perget, inquit, mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu.Paulóq; pòst:Si respondérit, nolo eam accipere:accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calciamentum de pede eius,spuetq; in faciem illius &c.lege Deuteronomij caput vigesimum quintum. Sed probabilius est illum alluisse ad parabolā Euangelicam,Lucæ.xviij.de iudice qui quum nec deum timeret, nec homines reuereretur, tamen victus improbitate viduæ interpellantis functus est suo officio. 157 Aeternæ memoriæ.) Vt præsensit Hieronymus sua scripta semper victura.Porrò cùm ait: Consecraui,alludit ad monumenta, quæ quo diutius seruarentur,numini alicui consecrabantur.Ea vocabant ἀναθέματα,vt quę nefas esset mouere loco. 158 Crœsi opes.) Crœsus rex Crœsus.
Lydiæ fuit longè opulentissimus, postea captus à Cyro, vt K
narrat Herodotus. Porrò diuitiæ Crœsi, Mydæ, Crassi in ,,
prouerbium abierunt, quemadmodum Codri & Irí paupertas. Vnde Statius:Et Lydo ditior auro. 159 Darij.)
Regis Persarum. Apud quos aurei montes esse ferebantur. Persarum
Plautus in Sticho:Neque ille sibi mereat Persarum montes, montes.
qui esse aurei perhibentur. Et Aristophanes κἄχειξεμ ὀκτὼ μἂναςἐπὶ χρυσῶμ ὄρωμ. 160 Vicisse.) Ad rem retulit, non ad personam.Nam ad vtrunque potest. Nam vincimus aduersarium, & vincimus causam. 161 Minus erat.) Id
est, desiderabatur & deerat. Vnde & diminutum dicimus, Diminutū
quod non satisfacit. 162 Marsupium.)Greca vox, μαρ- Marsupiū
σύπιομ,sed iam olim à Latinis recepta, significat coriaceū sacculum quo seruantur nummi. 163 Suffocantes.)Eleganter abusus est hoc verbo, hoc est,ita implentes, vt loculus non capiat. 164 Schedulas.) Aptè diminuit, vt auri
contemptum exaggeret. Nam schedæ per se dicuntur ta- Schedæ.
bellæ viliores,in quibus aliquid mox delēdum,aut castigandum scribimus.Vnde σχεδίάζειμ,est rem rudem deliniare.
Et Apuleius in dæmonio Socratis: In isto schedico, inquit, & incondito.Et Quintilianus: Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit &c.Bis igitur minuit cū schedulas dixit. 165 Formica,culice.) Hæc omnia de genere Insecta.
sunt insectorum.De ingenio,industria,politia formicarum, L
plusquam mira narrāt autores,nec minus comperta tamen, leges apud Plinium libro vndecimo cap.xxx. Idem eiusdem libri cap.ij.contemnit elephantos præculicis miraculo. In magnis siquidem corporibus,aut certe maioribus,facilis officina sequaci materia fuit. In his vero tam paruis atq; tam nullis,quæ ratio,quanta vis, quàm inextricabilis perfectio? vbi tot sensus collocauit in culice? Et sunt alia dictu minora,sed vbi visum in ea prætendit? Vbi gustatum applicauit? Vbi odoratum inseruit?Vbi vero truculētam illam & portione maximam vocem ingenerauit?Qua subtilitate pennas adnexuit?Prælongauit pedum crura?Dispositi ieiunam caueam, vti aluum?Auidam sanguinis & potissimum humani,sitim accendit?Telum vero perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio? Atque vt in capaci,cùm cerni non possit, exilitas, ita reciproca geminauit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, sorbendóque fistulosum esset. Quos teredini ad perforanda robora, cum sono teste dentes affixit, potissimumq; è ligno cibatum fecit?Sed turrigeros Elephātorum miramur humeros. Taurorumq; colla, & truces in sublime iactus, Tigrium apinas, & Leonum iubas,cum rerum natura nusquam magis,quàm in minimis tota sit. Hæc Plinius,ex musca,quod aiunt, faciens plusquam elephātum.
166 Vermiculis.) De teredinibus, quas etiā Plinius ad- M
miratur,aut de bombyce, verme Indico,& filorum opificio nobili,de Cantharidibus sentit opinor,de quibus Plinius libro,quem modo citauim⁹,mira cōmemorat,Ac mirè,dicturus quędam minutiora,ne dormitaret lector,velut exordiolo excitauit,idq; ex arte,quæ iubet vt in rebus contemptioribus, ab attentione potissimum constituamus exordium. Est autē in omni trāsitu mirandus Hieronymus. Adeo non ociosas, nec inamœnas habet subinde transitiones. 167
Quintum Fabium.) Hic citatur à multis autoribus præ- Q. Fabius
sertim Quintiliano. Nam illud est illius: Ita felices artes pictor.
futuras, si de his soli artifices iudicarent. Hunc Plinius inter Romanos pictores primo loco commemorat, libro trigesimoquinto cap.iiij. Apud Romanos quoque,inquit, honos maturè huic arti contigit. Siquidem cognomina ex eo pictorum traxerunt Fabij clarissimæ gentis, principesq; eius cognominis,ipse ædem Salutis pinxit Anno vrbis conditæ cccl. quæ pictura durauit ad nostram memoriam æde Claudij principatu exusta. 168 Beselehel nostrum.) Beselehel.
Nostrum adiecit, quòd Fabius esset ethnicus. De hoc legis Exod.cap.xxxj. Loquutúsque est dominus ad Moysen, dicens:Ecce vocaui ex nomine Beselehel, filiū Buri, filij Hur, de tribu Iuda,& impleui eum spiritu dei, sapientia,& intelligentia, & scientia in omni opere &c. 169 Hyram.)De
Hyram habes, secundo libro Regum cap.v.Misit quoque Hyram.
Hyram

A Hyram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesq; lapidum. Idem Hyram mortuo Dauid adiuuat Salomonem, ad ædificationem templi missa materia & artificibus, vt habetur tertio Regum cap. v. Sed vero propius est Hieronymum sentire de Hyram filio mulieris viduæ, de tribu Neptalim, patre Tyrio, quem accersiuit è Tyro Salomon: sicut legitur tertio Regum vij. Quemadmodum enim Beselehel tabernaculi, ita hic templi supellectilem fabricatus est. 170 Lætæ segetes.) Culmi quasi calami, sustinent aristas. Immodicam segetis luxuriem docet castigare Vergilius, deductis aquis: primo georgicon: Quid, quod ne grauidis procumbat culmus aristis: Luxuriem segetū tenera depascit in herba, Cùm primùm sulcos æquant sata. Est igitur non agri modo, aut arborum, sed etiā ingeniorum, ac stili luxuries quædam, & immodica felici-

Hippias. tas. 171 Philosophus ille.) Hippiam indicat sophistam, quem Hieronymus non appellat, vt exemplum sit commendatius. Hic Eleus fuit, diuersarum artium egregiè peritus, dialectices, geometriæ, astronomiæ, musicæ, arithmeticæ. Valuit & in pictura ac statuaria: autor Flauius Philostratus, primo libro de vitis sophistarum. Huius balneum vnà cum supellectile ab ipso fabricatum, describit Lucianus in Hippia: & hūc imitatus Apuleius in floridis, qui anuli quoque meminit, & pallij purpurei, & strigilis, aliarumq; rerum

B minutarum. 172 Gloriatus est.) Quoniam in Olympijs ostentabat, vt idem refert. Ac negat in illo spectaculo fuisse

Basilica. quicquam æque spectandum. 173 Basilicas eccl.) Basilice, Græcis Regiam sonat. Nam βασιλεὺς, rex. Illi quicquid splendidum ac magnificum est, id βασιλικὸν vocant. Latini domos amplas ac spacioſas, in quibus agebantur causæ, conciones, & alia id genus publica, Basilicas vocabāt. Nā Ec-

Ecclesia. clesia, Latinè concionē significat. 174 Cōciliabula.) Cōuentus. Nam ad sepulchra siue reliquias martyrum conueniebant Christiani, idq; noctibus, vt palàm indicat Hieronymus in epistola aduersus Vigilantium. 175 Pampi-

Pampini. nis.) Id est, virgultis viteis, cum ipsis folijs. Nam hæc pampini vocātur. 176 Adumbrarit.) Paulò diuersius hic accipit quàm superius, nempe pro obtexerit. 177 Dispositione.) Duo sunt quæ delectant oculos, ipse rerum color, & apta collocatio. Delectat per se gemma, sed refert vbi inserta sit. 178 Macte virtute.) Verum epiphonema, quo

Macte. ea conuenit, Macte, qua virtutem absolutam significamus. Sed rursum mirè per sententiam fecit transitum, verum accommodatam ad personam. Nam absoluta erat. Cuius egregia sunt initia, eius oportet & finem egregium esse. 179

C Cuius tal. p. q. e. s.) Mirum, vt pariter & excitat lectorem ad partem sequentem: nempe de morte, & obiter locos communes attingit, nec sinit ocioſos aut frigidos esse transitus. 180 Quid te subtrahis?) Apostrophe affectib⁹ aptissima. 181 Omnis caro fœnum.) Esaias capite. xl. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. Item Iacobus cap. j. Quoniam sicut flos fœni transibit: exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt. Rursum Ecclesiastici ca. xiij. Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur. Sic generatio carnis & sanguinis. Item Petrus in epistola prima: Quia omnis caro, vt fœnum &c. Cæterum Ecclesiastici similitudo de folijs pulchrè conuenit, cum eo quod dicit Homerus Iliados sexto. ὁίη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν φύλλα, τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δ' ὕλη τηλεθόωσα φύει. id est: Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum. Quorū hæc ventus humi fundit, rursum illa virescens Profert sylua. Vtitur idem eadē similitudine. Iliados. Z. 182 Indumēto.) Nam corpus vestis ac domiciliū est animi, iuxta « Platonem in Phædone: Et notus est iocus ille, ingenium Gal « bæ male habitare, quòd cùm esset disertus, deformis tamen erat. 183 Flante Austro lilium.) Auster peculiariter inimicus est floribus. Vnde Vergilius in Alexide: Eheu quid volui misero mihi? florib⁹ Austrū Perditus, & liquidis immisi fontibus apros. Nec minus pestilens corporibus humanis. Horatius in odis: Fruſtra per autumnos nocentem corporibus, metuemus Austrum. Vnde & propheta ventū vrentem vocat, ac venas siccantē. Quin etiā Ezechiel cap. xxvij. Vētus Auster cōtriuit te. Hieronymus admonet Hebraicā vocem, קָדִים, Latinis verti posse, ventum vrentem, pro quo Austrum legimus. Porrò cùm omnis gratia florū sit fugax, aptè tamen nominat lilium & violam, quorum illud candore, hæc purpura delectat, vterq; flos minimè durat. Quam ob causam Horatius in odis. Breue lilium dixit. Ac mira similitudine expressit formę nitorem paulatim morbo squalescentem. 184 Venarum fontes.) Physicè dixit. Nam iuxta medicos, febris cordis & sanguinis incēsio est. 185 Lætus erat &c.) Vt omnia pingit, & ob oculos ponit. 186 Intelligeres &c.) Hoc epiphonematis loco, post ὑποτύπωσιμ.

D 187 Voluuntur per ora lachrymæ.) Hic iterum trāsitus est, excitans ad ea quæ sequuntur. Expectamus enim magnū quiddā, cuius recordatio Hieronymo vel inuito lachrymas excusserit. 188 Aetate patri, fratri collegio.) Moriēs Nepotianus alludit ad verba quæ sunt in libello superiori, quē Hieronymus ad ipsum scripserat. Aetate patrem, fratrē collegio, vt hinc vel maximè appareret, illum etiam tum cùm animam ageret studiorum sentire dulcedinem, quo tempore vulgus hominum, nec seipsos sentiunt. 189 Pariter.) Pariter.

E id est, ex æquo. Dicitur enim à pari. 190 Manum auuncu li.) Et hoc ad ὑποτύπωσιμ pertinet. Nam hic mos morientiū, vt hoc indicio supremo, significent se sentire, quæ dicūtur & aguntur. 191 Scio quòd nolueris.) Hactenus expo suit quæ ad præsens tempus, iuxta Rhetorū præcepta, pertinebant. Nunc transitu per sentētiam, vt solet quæsito, trāsit ad ea quæ futuri sunt temporis, id est, quæ sint post mortē consequuta. 192 Sic.) Id est, in luctu. Siquidem in aduersis potissimū apparet, qui sint amici, vt inquit Tragicus: sed nemo optat, vt sic amicos probet. 193 Iucūdius, gratius.) Iucundum Indicat differentiam inter iucundum & gratum, quam expli Gratum. cat Laurentius Valla, elegantiarum libro. iiij. Totus autem sermo qui sequitur, scatet schematum floſculis, quæ prętermitto, ne lectorem onerem. 194 Meditationem mortis.) Id mirificè tractat Socrates apud Platonē in Phędone, nihil aliud esse philosophari, quàm mortis meditationē, hoc est exercitationem & præparationem ad mortem. Mors abducit animum à corpore. Philosophia semouet animū ab amore rerum corporalium, erigens ad ea quæ verè sunt, hoc est intelligibilia. Ita fit vt philosophi animus lubens emigret è corpore, cùm ab imperatore vocat: quippe iam antè assuetus abesse à rebus corporeis, & hanc separationem diu meditatus. Cōtrà, stulti mortem horrent, quòd animus altissimè corpori sit immersus, & insolens sit à corpore seiungi. Inepte crassuli quidam hanc Platonis sententiam sic interpretant, quasi Plato iusserit nos assiduè meminisse mortis.

F 195 In cœlum vsque ferunt.) Auget hoc per hyperbolē, vt magis crescat, quod adducturus est ex Paulo. Redit autē paulatim ad cōsolationem intermissam. 196 Quotidie, inquit, morior.) Fortius est quotidie mori, quàm meditari mortem. Quanquam Paulus hoc loco dicit se quotidie mori, quòd sese quotidie certissimis vitæ periculis obijceret pro salute Corinthiorum. Arguens enim futurum, vt mortui resurgāt, negat se subiturum fuisse toties vitæ discrimē, nisi certum sciret se resurrecturum. Præcedit enim: Quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior pro vestra gloria, quam habeo in domino. Illud obiter admonendum in Græcis codicibus legi ad hunc modum, τί καὶ ἡμεῖς κινδυνευόμεν, πᾶσαν ὥραν καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ, hoc est, quid & nos periclitamur omni hora. Quotidie morior, per vestram gloriam, vt, per, sit adiurantis: vt, νὴ δία, id est. per Iouem. Id quod ante nos indicauit diuus Augustinus & Laurentius Valla. Quanquam Ambrosius propter gloriam, aut pro gloria legit. Sentit autem Apostolus gloriam, quam suis periculis sibi pepererat ex salute Corinthiorum. Locus est in prima epistola ad Corinthios cap. xv.

197 Conari.)

Meditari. 197 Conari.)Exponit,quid dixerit meditari. Quod aſ-
G ſcripſi,qa vulgus exiſtimat idē eſſe meditari,quod cogitare.
198 Velimus nolimus.)Figura prouerbialis,qua neceſſitas incuitabilis ſignificatur. 199 Ante diluuium.) Nam Adam vixit nongentos triginta annos.Seth,duodecim ſupra nongentos.Enos,quinque & nongentos.Cainam,nongentos decem. Alijq; permulti prodigioſæ viuacitatis commemorantur Geneſis cap.v. 200 Mathuſalē.)Hic annos natus ſeptingentos octoginta duos, generauit filias. Vixit annos nongentos ſexaginta nouem. Itaq; ſuperauit hic omnes longæuitate. 201 Optima quæq;.) Oſtendit q̄ fugax ſit hæc vita,quanquam miſera,quo minus moleſtè feramus mortē. Carmen eſt Maronis ex libro georgicon tertio. 202 Miſeris.)Hoc epitheton frequens eſt apud Heſiodū & Homerum,Δϛ λοῖσι βροτοῖσι.Quot autem gradibus extenuat humanam vitam:cuius quod eſt optimū,id primum, priuſquā intelligas tuum ipſius bonum,abit,imò fugit,nō abit,hoc eſt perniciſſimè,vt etiam ſi velis,nō poſſis remorari. Nec ſatis, quod ſua ſponte fugax eſt. Accedunt morbi qui ſenectutem per ſe moleſtam,accelerāt. Poſtremo mors inexorabilis,ra-
Aetates pit,non auſert. 203 Prima.)Adoleſcentiā intelligit,quæ
hominis. vt optima eſt, ita fugaciſſima:veluti flos æui. Nam Pythagoras apud Naſonem,libro Metamorph.15.pueritiam con-
H ſert veri:iuuētutem æſtati,autumno virilem ætatem,hyemi ſenectutē.Primam igitur ſic deſcribit: Nam tener & lactēs, pueriq; ſimillimus æuo,Vere nouo eſt: tunc herba nitens,& roboris expers.Turget & in ſolido eſt, & ſpe delectat agreſtes.Omnia tum florēt,florūq; coloribus almus,Ludit ager. Macrobius commētario in ſomniū Scipionis,gradus omnes humanæ vitæ reuocat ad ſeptenarios. Poſt bis ſeptē,pubertas incipit.Poſt ter ſeptem, genas flore veſtit iuuēta:idemq; annus finem in longum creſcendi facit. Poſt quater ſeptem, in latum etiam creſcere deſinimus.Quinta hebdomadas,virium incrementum abſoluit. Sexta tuetur vires antè collectas.A ſexta ad ſeptimā, fit occulta paulatim virium diminutio.Septima,totius hominis maturitatem adfert,etiā animi.Decima,vitæ metam præſcribit. At Seruius Tullius, vt refert ex Tuberonis hiſtoria Gellius lib.x. vitam omnem in tres diſtribuit partes, vt pueri cenſerentur vſq; ad annos ſeptē decem. Iuuenes vſq; ad annum quadrageſimumſextū. Vltra hunc ſeniores.Sed Ariſtoteles in Politicis putat corporis vigorem minui poſt annum trigeſimumſextum: animi poſt duo dequinquageſimū. 204 Neuius poēta.)Hic
Neuius. ſcriptor fuit tragœdiarum. Eſt autem carmen trimetrum iambicū:Pati neceſſe eſt,multa mortalē mala. 205 Nio-
Niobe. bam.)Quæ ob ſpretam Latonā,omnibus liberis orbata fuit:
I ipſa verſa ī marmor,quod aſſiduè veluti lachrymis madere cernitur. Fabulam narrat Ouidius, libro Metamorph. vj.
206 Et diuerſas beſtias.)Opinor hunc locum non vacare mendo.Quæ nanque Niobe commutata fuit in diuerſas beſtias,cùm in lapidem ſit verſa?Fortaſſis legendum, In lapidem.& alios in diuerſas beſtias commutatos finxit antiquitas:vt intelligas,de Alcyonibus, cygnis,& id genus alijs.
207 Et Heſiodus nata.)Nihil huiuſmodi legitur in operibus Heſiodi poētæ,quæ quidem nunc extant. Fortaſſis le-
Heniochi. gendum eſt,Heniochus: quos opinor aut Thraciæ populos, aut certe finitimos. De Thracibus autem,apud quos luctuoſa ſint puerperia,vt recentem natum luctu parens excipiat, Contrà,læta funera: vt vita defunctos gaudijs proſequātur, meminit Solinus in deſcriptione Thraciæ: Valerius Maximus libro ſecundo:Quintilianus libro quinto, cuiq; his alij permulti.Tametſi me non fugit Strabonem libro vndecimo Heniochos ponere inter barbaras natiōes Caucaſo vicinas. Quorum meminit & Mela.Poteſt autem fieri,vt vel eodem nomine fuerit gens aliqua Thraciæ, vel apud Heniochos Aſiaticos fuerit eadem conſuetudo, quæ apud Thraces. Quum hic locus me diu torſiſſet, neque quicquam adhuc animo meo ſatisfaceret: cœpi mecum agitare, ſi quod eſſet gentis nomen, quod haberet affinitatem cum hac voce Heſiodus, & ecce per varias erranti regiones commodum oc-
Eſſedones currunt Eſſedones,hi ab Arimaſpis, Scytharum genere incolunt vſque ad Meotidem. De quorum moribus ita prodidit Pomponius Mela libro ſecundo: Eſſedones funera parentum læti,& victimis ac feſto coitu familiarium celebrāt, corpora ipſa laniata & cæſis pecorum viſceribus immixta epulando conſumunt, capita vbi fabrè expoliuere,auro cincta pro poculis geruut. Hæc ſunt apud eos pietatis vltima officia.Eadem alijs verbis tradit Solinus:Sed vtroque vetuſtior Herodotus lib.4.Itaq; probabile eſt pro Heſiodus ab Hieronymo fuiſſe ſcriptum,Eſſedo.Quare valeat hæc opinio,donec certius aliquid fuerit cōpertum. 208 Plæbs.) Vt plæbes legas,ratio ſenarij poſtulat.At Ennius quidē non extat, verum hæc ſunt verba Agamemnonis in Euripidis Iphigenia aulidenſi.ἦ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τὶ χρήσιμον, ϵ᾽ γὼ δακρῦσαι ἐφ' οἷς ἔχω λιπεῖν τέκνοις ἀνολβότ' εἰπεῖν, τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν. Ἅπαντα ταῦτα, προσκαλοῦμαι γέ σ' ἐς τὸ δέον ἥκομεν ἔχομεν,&c.Quæ nos ſic vertimus:At generis ipſa obſcuritas,vt quiddā habet, Et commodum profecto & exoptabile. Nam liberum illis,lachrymas profundere, Queríq; miſera: Stirpe at illuſtri ſatis,Cuncta hæc negata.Sed arbitrum vitæ leuē populum obtinemus &c. 209 Verum quid ago?) per correctionem captauit tranſitum, ad commemoranda publicæ calamitatis exempla.Quandoquidem hic efficaciſſimus eſt in conſolando locus. 210 Conſtantius.) Con-
Cōſtātius. ſtantini filius Conſtantis frater, ab Ario tractus eſt in hæreſim Arianam, vt quoſdam in deo gradus crederet. Hoc
L Parthicis bellis occupato,Iulianus,qui Gallicis elatus ſucceſſibus,imperij faſtigiū vſurparat,Italiam Illyricumq; peruadit,Conſtantioq; partē adimit imperij.Id vbi cognouit Conſtantius,omiſſa Parthica expeditione, dum ad ciuile bellum reuertitur, in itinere inter Ciliciam Cappadociamq; defunctus eſt,refert Oroſius libro.7. Item hiſtoria tripartita li-
Mopſi vi- bro.3. 211 Mopſi viculo.) Stephanus indicat vicum eſſe
cus. Ciliciæ iuxta fluuium Pyramum, cui nomen ſit Mopſi domus,à Mopſo vate quopiam Tireſiæ filio, etiam ſi diſſentit Strabo,libro 14.quod ad locum attinet.Quanquam eodem ſn loco ſubindicat.Hiſtoricos de loco variaſſe. Quod enim ille refert,accidit iuxta Colophonem,nimirum Chalcantem ſnteriſſe mœrore,quòd vaticinandi peritia ſuperatus eſſet à Mopſo:ait Sophoclem hoc alicubi tranſtuliſſe in Ciliciam. Et Oroſius tradit Conſtantium inter Ciliciam & Cappadociam periſſe. Mela ſcribit Colophonem à Mopſo vate conditam,verum hunc non Tireſiæ fuiſſe filium, ſed Mantûs,quæ fuit Tireſiæ filia. 212 Hoſti reliquit imp.) Iulianum ſignificat. Nam Conſtantium iam ante dolis ſuſtu-
Iulianus. lerat Magnentius. 213 Iulianus prod.ani.ſ.) Quoniam deſciuit à fide Chriſtiana.Nam dum deſciſcit à Chriſto,cui prius dederat nomen, ſuam ipſius ſalutem prodidit hoſti Satanæ. 214 Chriſtiani iug.ex.) Dum magno apparatu
M bellum aduerſus Parthos moliretur, Chriſtianorū ſanguinē dijs ſuis vouiſſe legitur, palàm perſequuturus Eccleſias, ſi victoria contigiſſet. Quin & Amphitheatrum Hieroſolymis extrui iuſſerat, in quo reuerſus à Parthis,epiſcopos, monachos,omneſq; eius loci ſanctos,beſtijs, etiam arte ſæuioribus obijceret, ſpectaretq; laniandos. 215 In Media.) In Galliam miſſus fuerat à Conſtantio vbi res proſperrimè geſſit.Et ſucceſſu rerum ebrius, neglexit Chriſtū. In Media ſenſit vltorem. Nam motis à Cteſiphonte caſtris, dolo cuiuſdam tranſfugæ in deſerta perductus, cùm vi ſitis, & ardore ſolis, atque inſuper & labore harenarum confectus, periret exercitus, imperator tanto rerum periculo anxius, dum per vaſta deſerti incautius euagatur, ab obuio quodam hoſtium equite, conto ictus interijt. 216 Propagare.)Subactis Parthis.Eſt autem iucunda adnominatio, propagare, & propagatos. 217 Iouinianus.) Nam is
Iouinia- ſucceſſit Iuliano. Guſtatis tantum.) Nam perijt octauo
nus. imperij ſui menſe. 218 Fetore prunarum ſuf.) Nam pactus cum hoſtibus, ictóq; fœdere neceſſario magis quàm honeſto, dum per Galatiam iter agit, in Illyricū rediturus, cùm in cubiculum quoddam nouum ſeſe recepiſſet cubitum, calore prunarum, & nidore parietum nuper calce illitorum, aggrauatus, & ſuffocatus interijt Dadaſtanæ.
219 Valentinianus.) Is fuit pater Gratiani & Iouiniano
Valenti- ſucceſſit. 220 Vaſtato genitali ſolo.)Pannonium apparet
nianus. fuiſſe

A fuisse. Siquidem cùm Sarmatæ sese per Pannonias diffunderent,easq; vastarent, isq; succursurus,bellum in eos pararet, apud Brigitionem oppidum,subita effusione sanguinis, quæ Græcè ἀποπλκσιε vocatur, suffocatus interijt. 221 Valens.) Valentem fratrem,participem fecerat imperij. Hic cũ Gotthos conturbatos ab antiquis sedibus expulisset,rursus in fidem recepti sunt. Mox Gotthi,Maximi ducis auaricia,& iniurijs exasperati,denuo mouerunt arma,& victo Valentis exercitu,per Thraciam sese miscẽtes,simul omnia cædibus,incendijs,rapinisq; fœdarunt. Valens in Thracia cum Gotthis congressus infeliciter,per deuia fugiẽtibus cæteris, ipse cum sagitta saucius,ægrè in cuiusdam villulæ cellã deportatus lateret,ab insequentibus hostibus deprehẽsus,subiecto igni cõsumptus est,atque ita cõmuni caruit sepultura.

Valens.

Gratianus 222 Gratianus.) Valentiniani filius patri successit: aliquãdiu cum patruo Valente, & Valentiniano fratre, tenuit imperium. Deinde Theodosium in imperij consortiũ ascivit. 223 Ludibrio hosti fuit.)Maximum significat,qui in Britannia ab exercitu creatus imperator, in Galliam trãsijt, vbi Gratianum Augustum subita incursione perterritum, atque in Italiam transire parantem,dolis circũuẽtum interfecit:fratrẽq; eius Valentinianũ Italia expulit. 224 Lugdune.)Apostrophen facit,estq; hypallage numeri. Sunt au-

Gratianus

Maximus.

B tem Lugduni ad Rhodani ripas in Gallia. Siquidem omnis Gallia Comata,in treis partes diuiditur, Belgicam,quæ eadem est Lugdunensis:& Aquitaniam,olim Aremoricam dictã:& Narbonẽsem. Autor Plinius. 225 Adolescẽs Valentinianus.) Iunior Gratiani frater,opera Theodosij restitutus in imperium, extincto Maximo eiusq; filio Victore, quem imperatorem Gallijs ipse discedens præfecerat, in Galliã transijt:vbi cùm pacata viderentur omnia,apud Viẽnam dolo Arbogastis comitis sui strangulatus est. Insuper vt voluntariam sibi mortem conscisse videretur, laqueo suspensus est. 226 Procopius.) Tyrannus, à Valentiniano Valentis fratre fuit interemptus. 227 Maximus.)Et hic inuasor imperij,alioqui vir strẽnuus, Theodosianis armis oppressus est,de quo superius dictum est. 228 Eugenius.) Et hic Tyrannus,victore Theodosio occisus est. Arbogastes huius comes, & cuius opera imperium fuerat adeptus,sua manu se percussit. Exercitui parcitũ est. 229 Dicat aliquis.)A contrario quæsiuit transitum,ab imperatorũ exemplis,ad inferiorum magistratuum fortunas. 230 Feriuntq; summos.) Retulit Horatianum carmẽ ex odis:Celsæ grauiore casu Decidunt turres,feriuntq; summos Fulgura montes. Maxima quæq; dignitas,maximis periculis obnoxia est. Porrò si quis volet de his copiosius cognoscere,legat septimum Pauli Orosij librum,ac Tripartitæ historiæ item

Valẽtinianus iunior

Procopius

Eugenius.

C septimum. Nos ea recensenda putauimus,quæ ad huius loci explanationem propriè pertinebant. 231 Abundantius egens exulat.) De hoc consulari viro qui fuerit, nihil adhuc comperi. Allusit autem Hieronymus ad nomen, cùm ait: Abundantium,non iam abundãtem,sed egentem. Exaggerat per gradus calamitatem. Nam egere per se miserum est. Miserius in exilio. Misserrimum si exules longius apud immanes barbaros. 232 Pityunte.)Hæc vox fuerat variè depraua ta in omnibus quæ videre contigit exemplaribus. Est aũt Pityus oppidulum ad extremũ maris Pontici, vbi & Romani imperij fines olim fuisse tradit Historia tripartita lib.x. Locus est feris & crudelibus barbaris finitimus, vbi legitur & Chrysostomũ exulasse. 233 Ruffini caput.)Hic Orientalis aulæ magister fuit,Stilico Occidẽtalis. Deide imperiũ affectauit. 234 Pilo.)Pilum hastam Romanã vocat. Erat autem ea ignominia summa. 235 Constantinopolim.) Quòd hìc sedes erat orientalis aulæ,cui præfectus fuerat.

Abũdãtius

Pityus.

Ruffinus

Pilum.

236 Abscissa manus.)Circũferebatur fortassis à mendico quopiam,in ignominiam extincti:aut ipse mẽdicabat,manum amputatam circũferens ad ostentationem calamitatis.

Asea. 237 Assæ.)Ascæ legẽdum opinor. Nam id est oppidum Arabiæ,quondam à Romanis captum. Meminit Strabo libro.xvj. Quãquã est Asæ vicus Thraciæ, & Asea vicus Arcadiæ,teste Stephano. Mela Astã ponit inter extrema Hispaniarum. 238 Non calami.mi.) Transitus est ad communem regionum afflictionem. 239 Constantinopolim.) Quidam Byzãtium esse putãt. Est autem in Thracia ciuitas maritima. 240 Alpes Iulias.)Diuersa sunt alpium nomina,pro locorum varietate. Iulias quidam putant esse proximas Rhetijs,quà per Teruisianam vrbem,iter sit in Istriam & Austriam. 241 Scythiam Thra. Mace.)Non mediocrẽ habet gratiam,hæc locorum & gentium ac verborum cõgeries ἀσώδετος. Conuenitq; orationi iam cõcitatiori, & ad finem properanti. Sunt autem omnes Europæ regiones inter se finitimæ. 242 Scythia.) A Tanai fermè media est Scythia (Nam reliqua pars,quæ vergit ad Oriẽtem in Asia est)pontici lateris. Hinc in Aegæi partem continens,Thraciæ ac Macedoniæ adiungitur. Autor præter cæteros,Pomponius Mela,sentit eni hic de Scythia Europæa. 243 Dardania.) Ea quãquam à Geographis in Asia ponitur, tamen est finitima Thraciæ. In hac Põponius Mela scripsit esse sepulchrũ Achillis. Plinius hãc gentẽ ferã vocat. 244 Daciam.) Daci siue Dacæ transrhenani sunt, Danubio fluuio, & Auartijs,syluæq; Hericinæ finitimi, Seruius Dacas Scythiæ populum facit,exponens eum locum quem ex Maronis octauo superius attigit Hieronymus. Indomitiq; Dacæ. Quidam Thraciæ Scythiæq; finitimos putãt, aut etiã vtriusq; portionem. 245 Thessalonicam.) Macedoniæ partẽ esse scribunt Plinius in quarto,& Stephanus Græcus autor.

Scythia.

Dacia.

Thessalonica.

246 Achaia.) Quæ olim Aegialos dicta est:ea pars est Græciæ in qua est Corinthus. Lege Pliniũ,lib.iiij.ca.v. Refertur Aegialus inter Atticæ mõtes, ɔiusdẽ libri capite. vij.

Achaia.

E

247 Epirus.)In Europa pars est Acroceraunidis,de qua plurima Plinius lib.iiij.cap.j. 248 Cunctasq; Pãnonias.) Fortassis legendum,cunctamq; Pannoniam. Nisi forte Pannonias vt Gallias dicimus. Nam superior ad Danubiũ vergit. Inferior ad Daciam, & Dalmatiam. 249 Gotthus Sar.&c.)Hæc est illa colluuies barbarorum, quæ tot annos Romanum exercuit imperiũ. 250 Plurima mortis imago.) Retulit carmen Vergilianum: Multus vbiq; pauor, & plurima mortis imago. 251 Romanus orb.) Si Romanũ imperiũ ruit,quod omnes æternum fore putabant:quid erit perpetuũ in rebus humanis? 252 Corinthios.) Eas Græciæ partes nominat,quæ præter cæteras imperij gloria floruerunt,cùm nunc à barbaris subactæ,seruiant frigeãtq;, vt intelligas,nihil esse diuturnũ in rebus mortaliũ. 253 Immunis ab his mal.) Captauit trãsitũ vt digrediatur ad Asiæ calamitates. 254 Ecce.)Aptè de re subita & improuisa.

Epirus.

Pannoniæ

Gotthi.

255 Ex vltimis Caucasi.) Scythas Asiaticos aut Scythis finitimos significat. Nã Caucasus Indiæ mons est altissimis rupibus,qua vergit ad Septẽtrionem Scythiam attingens.

Caucasus.

256 Non iam Arabiæ.)Non est dubitandũ, quin retulerit locũ,qui est apud Abacuc prophetã,cap.j. Leuiores pardis equi eius,& velociores lupis vespertinis. Quẽ locum ita verterunt septuaginta: Exiliẽt super pardos equi eius,& velociores erũt lupis Arabiæ. Rursum apud Sophoniã cap.iij. Principes eius in medio eius,quasi leones rugientes: Iudices eius lupi vespere,& nò relinquebãt in manè. Quod ita vertunt septuaginta: Principes eius in ea veluti rugiẽtes leones: Iudices eius sicut lupi Arabiæ,nõ dimittebãt in manè. Verba diui Hieronymi in hunc prophetæ locũ sunt hæc: Sed iudices eius capiẽtes munera vendentesq; iustitiã, nónne rectè appellãt lupi Arabiæ vel vespertini,sicut Symmachus trãstulit? Rursus in locũ Abacuc hæc ascribit: Lupi aũt Arabiæ, id est,vespere,hi rectè vocãtur, quibus conuersatio pessimæ occubuit. Reddiderat paulò superius causam,cur lupi vespertini dicerẽtur, quòd lupi velociores esse dicantur nocte vicina. Cur autem Arabiæ lupi dicantur,nullã omnino causam reddit. Vnde mihi suspicio nascitur, vtroq; loco quem modo citaui,Arab legi debere, vt Hieronymus Hebraïcam vocem posuerit: præsertim cùm in Abacuc addat,id est vespere. Verum hæc interpretandi varietas hinc accidit, quod עֶרֶב apud Hæbræos vesperã significet, עָרַב totidẽ consonantibus,variatis tantũ vocalium notulis, Arabiã regionem. Hanc igitur posteriorem interpretationem, Hieronymus hoc loco libenter arripuit,nimirum aptam ad allusionem,quãdoquidem de regionibus loquitur. 257. Antiochia.)

F

G tiochia.) In Asia Syriæ pars est, qua se Ciliciæ committit,
Antiochia olim ac diu potens,vt scribit Mela. 258 Halis.) Fluuius
Halis. ex Tauri montis radicibus oritur. Interfluit Cappadociam,
Septẽtrionem versus. Inter Paphlagonas currens, in põtum
Cydnus. Euxinũ exit. 259 Cydnus.)Ciliciæ fluuius est, Tharsum
Ciliciæ vrbem diuidit, vt autor est Iustinus & Mela, cuius
Orontes. ortum sciri,negat Solinus. 260 Orontes.)Antiochiæ flu
Euphrates uius est,teste Mela. 261 Euphrates.)Oritur in præfectu-
ra Armeniæ maioris,Babylonem diuidit,tandem exit in ma
Arabia. re rubrum. Lege Plinij,libr.v.capit.xxiiij. 262 Arabia.)
Pars Asiæ vltra Pelusiacum mare,ad mare rubrum pertin-
gens. 263 Phœnix.) Arbitror legendum , Phœnice,non
Phœnix. Phœnix. Quãdoquidẽ regio, Græcis simul & Latinis φοι-
Palæstina. νίκη vocatur. 264 Palæstina.) Vtraque pars est Syriæ,
Phœnice & Palæstina. Nam vt testatur Plinius libr.v. Syria
qua contingit Arabes,Palæstina vocatur,& Iudæa,& Cœle,
dein Phœnice . Et qua recedit intus Damascena , ac magis
etiãnum meridiana,Babylonia. 265 Non mihi si.l.)Ver-
giliani versus sunt ex sexto Aeneidos. 266 Thucydides &
Sal.)Duos historiæ principes nominat, alterum Græcæ,al-
terũ Romanæ . Nã & Fabius Thucydidi opponit Salustiũ:
Herodoto,Liuium. 267 Miseri Israëlitæ:) Quãquã per
H nominãdi casum:tamen exclamatiuè dictum est. Vt & illud
superius:Felix Nepotianus,qui &c. 268 Nabuchodono-
Nabucho- sor,seruus.)Est apud prophetam Hieremiã cap.25. Et Na-
donosor. buchodonosor regem Aquilonis seruum meum. Vocauit au
tem seruum,vt exponit inibi Hieronymus,quòd in subuer-
sione Hierusalem illius ministerio vteretur . 269 Eze-
chias agit pœnit.) Hæc historia est Esaiæ, capit.xxxvij.de
Ezechias. Sennacherib rege Assyriorũ,& Ezechia rege Israël. Egres-
sus est,inqt,angelus domini,& percussit in castris Assyrio-
rum centum octoginta quinque milia. Et surrexerũt manè,
Iosaphat. & ecce omnes cadauera mortuorum. 270 Iosaphat.) De
hoc legis.ij.Paralipo.cap.xvij.quemadmodum per vniuer-
sas ciuitates Iuda dimissis leuitis ac sacerdotibus,qui legem
domini docerent,adeo terrori factus sit hostibus , vt passim
vltro munera ad illũ mitterent. 271 Moses cõtra Ama-
lech.) Historia narratur Exod.ca.xvij. Siquando remisisset
brachia Moses orans,vincebãtur Israëlitæ &c. 172 Si eri-
gi volu.) Indicat Christianis non oportere præsidium esse
in armis,sed in auxilio diuino. Est autem iucũdus color ex
contrariis. 273 Vsque ad incredulitatem.)Ambiguus est
sensus. Aut enim intelligis adeo stolidã, vt vix credi possit.
Aut adeo stolidam,vt diffidant præsidio dei. 274 Mẽs.)
Rursus exclamat per nominãdi casum. 275 Fugiẽt mil-
I le.)Esaiæ sunt verba cap.xxx.Si reuertamini & quiescatis,
salui eritis.In silentio & in spe,erit fortitudo vestra.Et no-
luistis & dixistis:Nequaquam,sed ad equos fugiemus : Ideo
fugietis. Et super veloces ascendemus:Ideo velociores erũt,
qui persequentur vos.Mille homines à facie terroris vnius,
& à facie terroris quinque fugietis. 276 Pilis sagittis.)
Pilum. Pilum hasta est Romana,quæ vt torqueatur, virum desidera-
rat.Sagittis Parthi Scythæq; fidebãt,quibus eminus pugna-
Tiara. tur,& à fugientibus. 277 Tiaras gal.)Tiara,Phrygius est
pileus,ac delicatus,magis decorus fœminis quàm viris . Nã
Caballi. buccas quoq; tegebat. 278 Caballi.)Maiores equi dicun-
Manni. tur,vt mãni delicatiores. 279 Xerses ille.)Hic,si Græcis
Xerses. historicis est habenda fides,deduxit in Græciam, quinquies
mille millia,& ducenta octoginta duo milia,septingentos &
sexaginta. Lubitum est illi quodam die,spectare multitudi-
nem quam ducebat,cunq; intueretur omnem Hellespõtum
nauibus obductum,omnia littora,atq; Abydenorum plana,
viris referta,beatũ se iactauit:mox fleuit . Rogatus causam
subitæ mutationis: Respondit sibi venisse in mentem,huma
næ conditionis,quòd ex tam innumera multitudine, nullus
esset post cẽtum annos superfuturus. Historia est apud He-
rodotum lib.vij. &. viij. 280 Redeamus igitur ad nos.)
Alius est transitus per correctionem,cuiusmodi fuit proxi-
mus ille. Excessimus consolandi modum. 281 Quasi è cœ
lo.) Alludit ad morem Homericum , qui sic miscet poẽsim
suam,vt nunc in cœlo versetur apud deos, nũc rursus ad ho
mines descendat.

ANTIDOTVS. Nemo mirabitur,si diuus Hierony- K
mus laudi tribuit Nepotiano,quòd Tertullianum,nõ solum
legerit,verũetiã citauerit,quem constat in Mõtani hæresim
fuisse prolapsum,cùm hunc ob insignem eruditionẽ Cypria
nus magistrum suum vocare sit solitus,& diuus Augustinus
in libris de doctrina Christiana nõ dubitarit Theologiæ re-
gulas ex hominis & infantis & hæretici scriptis citare. Lice
bat hoc illis temporibus,eruditionis gratia,è quibuslibet li-
bris,si quid inesset vtile,decerpere. Ita Hieronymus præter
alios multos,legebat Origenem,vt interpretem, non vt do-
gmatisten. Vt igitur Origenis ingenio fauit Hieronymus,ita
fauit & Tertulliani,quem scribit ad Montani factionem de-
sciuisse,cõmotum inuidia clericorum, vt id mali magis im-
putet clericis,qui talem virum sua inuidẽtia à se alienarint.

ARGVMENTVM EPI-
stolæ sequentis.

Rusticum Gallum,monachum,eruditum adolescentẽ do
cet,quemadmodum oporteat instituere vitam,eo dignã co-
gnomine. Admonet in primis vitandum suspectarum fœmi
narum consuetudinem. Tutius autem esse iuuenẽ in cœno-
bio,quàm in solitudine vitam agere . Tunc serò ad docendũ
& scribẽdos libros esse veniendum:obtrectatorum familia- L
ritatem modis omnibus fugiẽdam. Ac per singula taxat eos,
qui sub prætextu ac titulo monachi,suis indulgẽt vitijs.

HIERONYMVS RVSTICO
Monacho viuendi formam præscribit.

NIhil [1] Christiano felici⁹,cui promit-
titur regnum cœlorum. Nihil labo-
riosius,qui quotidie de vita pericli-
tatur. Nihil forti⁹,qui vincit diabo
lum. Nihil imbecillius , qui à carne
superatur. Vtriusq; rei exempla sunt plurima. La
tro credit in cruce,& statim meret audire: Amen Lucæ.23.
dico tibi:hodie mecum eris in paradiso. Iudas de
Apostolatus fastigio,in perditionis tartarum la-
bitur,& nec familiaritate cõuiuij nec intinctione
buccellæ,nec osculi gratia frangitur:ne quasi ho-
minem tradat,quẽ filium dei nouerat. Quid Sa-
maritana vilius? Non solum ipsa credidit, & post Ioan.4.
sex viros vnũ inuenit dominũ: Messiamq; cogno
uit ad fontẽ,quẽ[in tẽplo] Iudęorũ populus igno
rabat,sed & autor fit salutis multorũ,& Apostolo- M
lis ementibus cibos, esurientem reficit , lassumq;
sustentat. Quid Salomone sapientius? Attamen
infatuatur amoribus mulierum . Bonum est sal,
nullumq; sacrificium absq; huius aspersione susci
pitur. Vnde & Apostolus præcipit: Sermo vester Coloss.4.
semper in gratia sale sit condîtus . Quod si infa- Marc.9.
tuatur,foras proijcitur,intantumq; perdit nomi-
nis dignitatem,vt ne in sterquilinium quidẽ vtile
sit:quo solent credentiũ arua cõdiri, & sterile ani
marum solũ pinguescere. Hæc dicimus,vt prima
te fili Rustice fronte doceam⁹,magna cœpisse, &
excelsa sectari:& adolescentiæ imo pubertatis in-
centiua calcãtem,perfectæ quidẽ ætatis gradum
scãdere:sed lubricũ iter esse,per quod ingrederis:
nec tantum sequi gloriæ post victoriam, quãtum
ignominiæ post ruinã. Nõ mihi nũc per virtutũ
prata ducẽdus est riuulus:nec laborandũ,vt ostẽ-
dam tibi variorum pulchritudinem florũ:quid in
se lilia habeãt puritatis,quid rosa verecũdiæ pos-
sideat : quid violæ purpura promittat in regno:
quid rutilantium spondeat pictura gemmarum.

Iam

A Iam enim propitio deo, [2]ſtiuam tenes. [3]Iam tectū atque ſolarium cum Petro Apoſtolo conſcendiſti: qū reſuriens in Iudæis, Cornelij ſaturatur fide: & famem incredulitatis eorum, gentium conuerſione reſtinguit: atque in vaſe euangeliorum quadrangulo, quod de cœlo deſcendit ad terram, doceſ & diſcit omnes homines poſſe ſaluari. Rurſumq; quod viderat, in ſpecie candidiſſimi linteaminis in ſuperna tranſfertur, & credentium turbam de terris ad cœlum rapit: vt pollicitatio domini compleatur: Beati mundo corde: quoniā ipſi deum videbunt. [4] Totum quod apprehenſa manu inſinuare tibi cupio, quod quaſi doctus nauta, ⌊ poſt multa naufragia ⌋ rudem conor inſtruere vectorem, illud eſt, vt in quo littore pudicitiæ pirata ſit † noueris, vbi Charybdis & radix omnium malorum auaricia, vbi [5] Scyllæi obtrectatorum canes, de quibus Apoſtolus loquitur: Ne mordentes inuicem, mutuo conſumamini: quomodo in media tranquillitate ſecuri, [6] Libycis interdum vitiorum Syrtibus obruamur, quid venenatorum animantium, deſertum huius ſeculi nutriat. † Nauigātes rubrū mare, in quo optandum nobis eſt, vt verus Pharao cum ſuo mergatur exercitu: multis difficultatib⁹ ac periculis ad vrbem maximam perueniunt. Vtroque in littore gentes vagæ, imò beluæ habitant ferociſſimę. Sēper ſoliciti: ſemper armati totius anni vehunt cibaria. [7] Latentibus ſaxis vadisq; duriſſimis plena ſunt omnia, ita vt ſpeculator doct⁹ in ſumma mali arbore ſedeat, & inde regendæ & circunflectendæ nauis dictata prædicet. [8] Felix curſus eſt, ſi poſt ſex menſes ſupradictæ vrbis portū teneāt, à quo ſe incipit aperire oceanus: per quem vix anno perpetuo ad Indiam peruenitur, & ad Gangē fluuium (quem Phiſon ſancta ſcriptura commemorat) qui circumit totam terrā Euilath, & multa genera pigmentorum de paradiſi dicitur fonte deuehere. Vbi naſcitur carbunculus & ſmaragd⁹: & [9] margarita candentia, & vniones quibus nobilium fœminarum ardet ambitio: montesq; aurei, quos adire propter gryphas & draconcs, & immenſorum corporum monſtra, hominibus impoſſibile eſt: vt oſtendatur nobis, quales cuſtodes habeat auaricia. Quorſum iſta? Perſpicuum eſt, ſi negociatores ſeculi, tanta ſuſtinēt, vt ad incertas perituras q; diuitias perueniant, & ſeruent cū animæ diſcrimine, quæ multis periculis quæſierunt: quid Chriſti negociatori faciendum eſt, qui venditis omnibus quærit precioſiſſimum margaritum? qui totis ſubſtantię ſuę opibus emit agrū, in quo reperiat theſaurum, quem nec fur effodere, nec latro poſſit auferre? Scio me offenſurum eſſe quàm plurimos, qui generalē de vitijs diſputationem, in ſuam referunt cōtumeliam. Et dum mihi iraſcuntur, ſuam indicant conſcientiā: multoq; peius de ſe, quàm de me iudicant. Ego enim neminem nominabo: [10] nec veteris comœdiæ licētia, certas perſonas eligam atque perſtringam. Prudentis viri eſt, ac prudentiū fœminarum, diſſimulare: imò emendare quod in ſe intelligunt, & indignari ſibi magis quàm mihi: nec in monitorē maledicta cōgerere. Qui etſi ijſdem teneatur criminibus, certe in eo melior eſt, quòd ſua ei mala non placent. Audio religioſam habere te matrem, multorum annorum viduam, quę aluit, quę erudiuit † infantem: ac poſt ſtudia Galliarū, quæ vel florentiſſima ſunt, miſit Romam, non parcens ſumptibus, & abſentiam filij, ſpe ſuſtinens futurorum, vt vbertatem gallici nitorēmque ſermonis, grauitas Romana condiret: [11] nec calcaribus in te, ſed frenis vteretur, quod & in diſertiſſimis viris Græciæ legimus, qui [12] Aſianum tumorem Attico ſiccabant ſale, & [13] luxuriantes flagellis vineas, falcibus reprimebant, vt eloquētię torcularia, non verborū pampinis, ſed ſenſuum quaſi vuarum expreſſionibus redundarent. Hanc tu ſuſpice, vt parentem: ama, vt nutricem: venerare, vt ſanctam. Nec aliorum imiteris exemplum, qui relinquunt ſuas, & alienas appetunt: quorum dedecus in propatulo eſt, ſub nominibus pietatis quærentium ſuſpecta conſortia. Noui ego quaſdam iam maturioris ætatis, [14] libertini generis adoleſcētibus delectari, & filios quærere ſpirituales: paulatimq; pudore ſuperato, ficta † matrū nomina erumpere in licentiam maritalem. Aliæ ſorores virgines deſerunt, & externis viduis copulantur. Sunt quę oderunt ſuos, & non ſuorum pātur affectu: quarum impatientia, index animi, nullam recipit excuſationem: & caſſa impudicitiæ † velamenta, quaſi aranearum fila diſrumpit. Videas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, à mulieribus non poſſe diſcedere: ſub eodem manere tecto, ſimul inire conuiuia, ancillas iuuenes habere ī miniſterio, & prēter vocabulum nuptiarū, omnia eſſe matrimonij. Nec hæc culpa eſt Chriſtiani nominis, ſi ſimulator religionis in vitio ſit: Quinimmo confuſio gentilium, cùm ea vident Eccleſijs diſplicere, quæ omnibus bonis non placent. Tu verò ſi monach⁹ eſſe vis, non videri: habeto curam, nō rei familiaris, cui renunciando hoc eſſe cœpiſti, ſed animæ tuæ. Sordidæ veſtes, candidæ mentis indicia ſint: vilis tunica, contemptum ſeculi probet: ita duntaxat, ne animus tumeat: ne habit⁹ ſermóque diſſentiant. Balnearum fomenta non quærat, qui calorem corporis, ieiuniorum cupit frigore extinguere. Quæ & ipſa moderata ſint: ne nimia, debilitent ſtomachum, & maiorem refectionem poſcentia, erumpant in cruditatem: quæ parens libidinum eſt. Modicus ac temperatus cibus, & carni & animæ vtilis eſt. Matrem ita vide, ne per illam alias videre cogaris: quarum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuat ſub pectore vuln⁹. Ancillas quæ illi in obſequio ſunt: tibi ſcias eſſe in inſidijs. Quia quanto vilior earum conditio: tanto facilior eſt ruina. Et Ioannes Baptiſta ſanctam matrem habuit, pontificiſq; filius erat: & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret caſtitatis. Viuebat in eremo, & oculis deſiderātibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera: zona pellicea, [15] cibus locuſtæ, melq; ſylueſtre, omnia virtuti & continentiæ præparata. [16] Filij prophetarū (quos monachos ī veteri teſtamēto legimus) ædificabāt ſibi caſulas propter fluenta Iordanis, & turbis vrbiū derelictis, polenta & herbis agreſtibus victitabāt. Quandiu in patria tua es: habeto [17] cellulam pro paradiſo: varia ſcripturarum poma decerpe, his vt re delitijs: harum

† piratæ ſint.

† deſerta h. ſ. nutriant.

Matt.5. harum fruere complexu. Si ſcandalizat te oculꝰ,
G pes,manus,proijce ea.Nulli parcas,vt ſoli parcas
Ibidem. animæ. Q̃ui viderit,inquit dominus,mulierẽ ad
concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in
Prou.20. corde ſuo. Q̃uis gloriabitur caſtũ ſe habere cor?
Iob.25. Aſtra non ſunt munda in cõſpectu domini: quã-
to magis homines,quorum vita tentatio eſt? Vęh
nobis,qui quoties concupiſcimus, toties fornica-
Eſa.34. mur.Inebriatus eſt,inquit,gladius meus in cœlo,
multo amplius in terra,quæ ſpinas & tribulos ge
nerat. Vas electionis, in cuius ore Chriſtus reſo-
1.Cor.9. nabat,macerat corpus ſuum,& ſubijcit ſeruituti,
& tamen cernit naturalem carnis ardorẽ, ſuæ re-
pugnare ſententiæ, vt quod non vult, hoc agere
compellatur,& quaſi vim patiens, vociferatur,&
Rom.7. dicit: Miſer ego homo,quis me liberabit de corpo
re mortis huius: Et tu te arbitraris abſque lapſu,
& vulnere poſſe trãſire: niſi omni cuſtodia ſerua-
Mat.12.& ueris cor tuum, & cum ſaluatore dixeris: Mater
Marc.3. mea & fratres mei hi ſunt, qui faciunt voluntatẽ
patris mei? Crudelitas iſta,pietas eſt. Imò quid tã
H pium,quàm ſanctæ matri, ſanctum filium cuſto-
dire? Optat & illa te viuere,& non videre ad tem
1.Reg.1. pus, vt ſemper cũ Chriſto videat. Anna Samue-
lem,non ſibi,ſed tabernaculo genuit.[18] Filij Iona-
dab,qui vinum & ſiceram non bibebant: qui habi
tabant in tentorijs,& quas nox compulerat,ſedes
habebant: ſcribũtur in pſalmo, quòd primi capti-
uitatem ſuſtinuerint,qui ab exercitu Chaldæorũ
vaſtante Iudæam, vrbes introire compulſi ſunt.
Viderint alij quid ſentiant. Vnuſquiſq; enim ſuo
ſenſu ducitur. Mihi oppidũ carcer, & ſolitudo pa
radiſus eſt. Q̃uid deſideramus vrbium frequen-
tiam,qui[19] de ſingularitate cenſemur? Moyſes vt
præeſſet populo Iudæorũ, quadraginta annis eru
ditur in eremo:[20] paſtor ouium, hominum factus
eſt paſtor. Apoſtoli de piſcatione[21] lacus Geneza-
reth,ad piſcationem hominum tranſierũt. Tunc
habentes patrem,rhete,nauiculam,ſequuti domi-
num,protinus omnia reliquerunt, portãtes quoti
die crucem ſuam, & ne virgam quidem in manu
habentes. Hæc dico,vt etiam ſi clericatus te titil-
I lat deſiderium,diſcas quod poſſis docere,[22] & ra-
tionabilem hoſtiam offeras Chriſto: ne miles an-
tequam tyro,ne prius magiſter ſis,quàm diſcipu-
lus. Non eſt humilitatis meæ,neque menſuræ,iu-
dicare de clericis,& de miniſtris Eccleſiarum ſini
ſtrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem &
gradum ſuum,quem ſi tenueris, quomodo tibi in
eo viuendum ſit,æditus ad Nepotianum liber,do
cere te poterit. Nunc monachi incunabula,mo
resq; diſcutimus: & eius monachi, qui liberalibus
ſtudijs eruditus in adoleſcentia,iugũ Chriſti col-
lo ſuo impoſuit. Primumq; tractãdum eſt,vtrum
ſolꝰ,an cũ alijs in monaſterio viuere debeas. Mihi
quidẽ placet,vt habeas ſanctorũ contuberniũ: nec
ipſe te doceas,& abſq; doctore ĩgrediaris viã, quã
nunquã ingreſſus es: ſtatimq; tibi in partẽ alterã
declinandũ ſit,& errori pateas:[23] plusq; aut minꝰ
ambules,quàm neceſſe eſt: ne aut currens laſſeris,
aut moram faciens, obdormias.[24] In ſolitudine
ſito,ſubrepit ſuperbia: Et ſi parumper ieiunauе-
rit,hominemque nõ viderit, putat ſe alicuius eſſe
momenti. Oblitusq; ſui vnde,& quò venerit: in-
tus corde, lingua foris vagatur. Iudicat contra
Apoſtoli voluntatem[25] alienos ſeruos: quò gula K
voluerit, porrigit manum: dormit quantum vo-
luerit: nullum veretur: facit quod voluerit: om-
nes inferiores ſe putat: crebriusq; in vrbibꝰ, quàm
in cellula eſt: & inter fratres ſimulat verecundiã,
qui platearum turbis colliditur. Q̃uid igitur? So-
litariam vitam reprehendimus? Minime: quippe
quam ſæpe laudauimus. Sed[26] de ludo monaſte-
riorũ, huiuſcemodi volumus egredi milites: quos
eremi dura rudimenta non terreant:[27] qui ſpeci-
men cõuerſationis ſuæ, multo tempore dederint:
qui omnium fuerint minimi, vt primi omnium
fierent: quos nec eſuries aliquando, nec ſaturitas
ſuperauit: Q̃ui paupertate lætantur: Q̃uorum
habitꝰ, ſermo, vultus, inceſſus, doctrina virtutum
eſt: Q̃ui neſciunt ſecundum quoſdam ineptos ho Hypocri-
mines,[28] dæmonum pugnantium contra ſe por- tæ.
tenta,confingere: vt apud imperitos & vulgi ho-
mines, miraculum ſui faciant, & exinde lucra ſe-
ctentur. Vidimus nuper & plãximus, Crœſi opes
vnius morte deprehenſas: vrbisq;[29] ſtipes, quaſi
in vſus pauperum congregatas, ſtirpi & poſteris L
derelictas.[30] Tunc ferrum quod latebat in profun
do, ſupernatauit aquæ,&[31] inter palmarum arbo-
res,myrrhæ amaritudo monſtrata eſt. Nec mirũ:
Talem & ſocium & magiſtrum habuit, qui egen-
tium famem, ſuas fecit eſſe diuitias: & miſeris de-
relicta, in ſuã reſeruauit miſeriam. Q̃uorum cla-
mor tãdem peruenit ad cœlum, & patientiſſimas
dei vicit aures,[32] vt miſſus angelus peſſimus, Na-
bal Carmelo diceret: Stulte hac nocte auferent a-
nimam tuã à te,quæ autẽ pręparaſti, cuius erũt?
Volo ergo te, & propter cauſas quas ſuprà expo-
ſui,non habitare cum matre: & præcipuè, ne aut
offerentem delicatos cibos, renuendo contriſtes:
aut ſi acceperis, oleum igni adijcias: & inter fre- »
quentiam puellarum per diem videas,quod nocte
cogites. Nũquam de manu & oculis tuis recedat
liber: diſcatur pſalterium ad verbum, oratio ſine
intermiſſione,vigil ſenſus,nec vanis cogitationi-
bus patẽs. Corpus pariter & animus tendatur ad
dominum. Iram vince patientia: Ama ſcientiam
ſcripturarum,& carnis vitia non amabis. Nec va M
cet mens tua varijs perturbationibus. Q̃uæ ſi pe
ctori inſederint, dominabuntur tui: & te deducẽt
ad delictum maximum. Facito aliquid operis: vt
te ſemper diabolus inueniat occupatum. Si Apo
ſtoli habentes poteſtatem de euangelio viuere,la
borabant manibus ſuis, ne quem grauarent: &
alijs tribuebant refrigeria, quorum pro ſpiritua-
libus debebãt metere carnalia,cur tu in vſus tuos
ceſſura non præpares? Vel[33] fiſcellam texe iunco,
vel caniſtrum[34] lentis plecte viminibus:[35] ſarria-
tur humus,[36] areolæ æquo limite diuidantur: In
quibus cùm olerum iacta fuerint ſemina, vel plã-
tæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ:
vt pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſiſtas:
[37] Ecce ſupercilio, cliuoſi tramitis vndam Eli-
cit, illá cadens raucum per læuia murmur Sa-
xa ciet,ſcatebrisq; arentia temperat arua.[38] Inſe-
rantur infructuoſæ arbores,[39] vel gemmis,vel ſur
culis: vt paruo poſt tempore, laboris tui[40] dul-
cia poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad
quas te mittunt[41] Solomonis prouerbia, & mo-
naſteriorum ordinem,[42] ac regiam diſciplinam,

in paruis

A in paruis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus: ſcribātur libri, vt & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur. In deſiderijs eſt omnis ocioſ9. Aegyptiorum monaſteria hunc morem tenent, vt nullum abſque operis labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutem. Ne vaget pernicioſis cogitationib9 mēs, & inſtar fornicatis Hieruſalē, omni trāſeunti [43]diuaricet pedes ſuos.

Dū eſſem iuuenis, & ſolitudinis me deſerta vallarēt: incentiua vitiorum ardoremq; naturę ferre nō poterā, quem cùm crebris ieiunijs frangerem, mens tamē cogitationibus æſtuabat. Ad quā edo mandam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in diſciplinam dedi, vt poſt[44] Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemq; Frotonis, & lenitatem Plinij, alphabetum diſcerem, Hebreæ linguæ ſtudium. & ſtridētia anhelantiaq; verba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim, quid ſuſtinuerim difficultatis, quoties deſperauerim, quotiesq; ceſſauerim, & contentione diſcendi rurſus incœperim, B teſtis eſt conſcientia, tam mea qui paſſus ſum, q̄ eorum qui mecum duxerunt vitā. Et gratias ago domino, quòd de amaro ſemine literarum, dulces fructus carpo. Dicam & aliud, quod in Aegypto viderim: Græcus adoleſcens erat in cœnobio, qui [45] nulla cōtinentia, nulla operis magnitudine flāmam poterat carnis extinguere. Hunc periclitātem, pater monaſterij hac arte ſeruauit: Imperat cuidam viro graui, vt iurgijs atque conuicijs inſectaretur hominem, & poſt irrogatam iniuriam, primus veniret ad querimoniam. Vocati teſtes, pro eo loquebantur, qui cōtumeliam fecerat: Flere ille contra mēdacium. Nullus alius credere veritati: Solus pater defenſionem ſuam callidè opponere: ne abundātiori triſticia abſorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus eſt. Quo expleto, interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus priſtinis, an adhuc moleſtiæ aliquid ſuſtineret. Papæ, inquit: Viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic ſi ſol9 fuiſſet, quo adiutore ſuperaſſet? Philoſophi ſeculi ſolent amorem veterem, amore nouo, quaſi[46] clauū clauo expellere. Quod C & Aſſuero regi ſeptem principes fecere Perſarū, vt Vaſthi reginæ deſiderium, aliarum puellarum amore compeſcerēt. Illi vitium vitio, peccatumq; peccato medicantur: nos amore virtutū, vitia ſuperemus. Declina, ait, à malo, & fac bonum: Quęre pacem, & perſequere eam. Niſi oderimus malum: bonum amare non poſſumus. Quin potius faciendum eſt bonum, vt declinemus à malo. Pax quærenda, vt bella fugiamus. Nec ſufficit eā quærere, niſi inuentam fugientemq; omni ſtudio perſequamur, quæ exuperat omnem ſenſum: in qua habitatio dei eſt, dicente propheta: Et factus eſt in pace locus eius. Pulchrēque perſequutio pacis dicitur: iuxta illud Apoſtoli: Hoſpitalitatem perſequentes, vt non [47] leui vſitatoq; ſermone, & (vt ita loquar) [48] ſummis labijs hoſpites inuitemus, ſed toto mentis ardore teneamus, [49] quaſi offerentes ſe cum lucro noſtro atque compendio.

Pſal.36.

Pſal.75.

Rom.12.

Vnitatis cōmendatio. Nulla ars abſque magiſtro diſcitur. Etiam muta animalia & ferarum greges, ductores ſequūtur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues vnam ſequuntur [50] ordine literato. Imperator vnus. Iudex vnus prouinciæ. Roma vt condita eſt, [51] duos fratres ſimul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero, Eſau, & Iacob bella geſſerunt. Singuli Eccleſiarum epiſcopi, ſinguli archipresbyteri, ſinguli archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. In naui vnus gubernator: in domo vnus dominus: [52] in quamuis grandi exercitu, vnius ſignum expectatur. Et ne plura replicando faſtidium legenti faciam: per hæc omnia ad illud tendit oratio: vt doceam te, non tuo arbitrio dimittendū, ſed viuere debere in monaſterio ſub vni9 diſciplina patris, conſortióque multorum, vt ab alio diſcas humilitatem, ab alio patientiam. Hic te ſilentium, ille doceat manſuetudinem: non facias quod vis: comedas quod iuberis: veſtiare qđ acceperis: operis tui[53] penſum perſoluas: ſubijciaris cui non vis: laſſus ad ſtratum venias, ambulánſque dormites, & necdum expleto ſomno, ſurgere compellaris. Dicas pſalmum[54] in ordine tuo, in quo nō dulcedo vocis, ſed mentis affectus, quęritur, dicente Apoſtolo: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente: Et, Cantantes in cordibus veſtris domino. Legerat enim eſſe præceptum: Pſallite ſapienter. Seruias fratribus, hoſpitum laues pedes: paſſus iniuriam taceas: præpoſitum monaſterij timeas vt dominum: diligas, vt parentem. Credas tibi ſalutare quicquid ille præceperit, nec de maiorum ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicēte Moyſe: Audi Iſraël & tace. Tantis negocijs occupatus, nullis vacabis cogitationibus, & dum ab alio tranſis ad aliud, opusq; † ſuccedit operi: illud ſolum mente tenebis, quod agere cōpelleris. Vidi ego quoſdam, qui poſtquam renunciauere ſeculo, veſtimētis duntaxat & vocis profeſſione, non rebus, nihil de priſtina conuerſatione mutarunt. Res familiaris magis aucta quàm imminuta. Eadem miniſteria ſeruulorum, idem apparatus conuiuij. In vitro & patella fictili, [55] aurum comeditur, & inter turbas [56] & examina miniſtrorum, nomen ſibi vendicant ſolitarij. Qui verò pauperes ſunt & tenui ſubſtantiola, videntúrque ſibi ſcioli: [57] pomparum ferculis ſimiles procedunt in publicum, vt [58] caninam exerceant facundiā. Alij ſublatis in altū humeris, & intra ſe neſcio quid [59] cornicantes, ſtupentibuſq; in terram oculis, tumentia [60] verba trutinantur, vt ſi præconem addideris, putes incedere præfecturam. Sunt qui humore cellarum immoderatisq; ieiunijs, tædio ſolitudinis ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus ſuis perſonant: vertuntur in melancholiam, & Hippocratis magis fomentis quàm noſtris monitis indigent. Plerique artibus & negociationibus priſtinis carere non poſſunt, mutatisq; nominibus inſtitorum, eadem exercent commertia: non victum & veſtitum, quod Apoſtolus præcipit, ſed maiora quàm ſeculi homines, emolumenta ſectantes. Et prius quidem ab ædilibus quos [61] ἀγορανόμους Græci appellant, vendentium coërcebatur rabies, nec erat impune peccatum. Nunc autem ſub religionis titulo, exercētur [62] iniuſta compendia, & honor nominis Chriſtiani, fraudem magis facit, quàm patitur. Quodq; pudet dicere, ſed neceſſe eſt, vt ſaltem ſic ad noſtrum

D

E

1.Cor.14. Epheſ.5. Colloſſ.3. Pſal.46.

† aliud op9, quod.

F

1.Timo.6.

G erubeſcamus dedecus,publicè extẽdentes manus, pannis aurum tegimus:& cõtra omnium opinionẽ,plenis ſacculis morimur diuites,qui quaſi pauperes vixim⁹. Tibi cùm in monaſterio fueris,hęc facere non licebit:& inoleſcente paulatim conſuetudine,quod primùm cogebaris,velle incipies, & delectabit te labor tuus, [63]oblitusq; præteritorũ, ſemper priora ſectaberis:nequaquam cõſiderans, quid alij mali faciant,ſed quid boni tu facere debeas. Neque vero peccantium ducaris multitudine:& te pereũtium turba ſolicitet:vt tacitus cogites. Quid? Ergo omnes peribũt,qui in vrbibus habitant? Ecce illi fruuntur ſuis rebus: miniſtrãt Eccleſijs:adeunt balneas:vnguenta non ſpernũt: & tamen in omnium ore verſantur. Ad quod & antè reſpõdi,& nũc breuiter reſpõdeo:me in præſenti opuſculo non de clericis diſputare: ſed monachum inſtituere. Sãcti ſunt clerici, & omnium vita laudabilis. Ita ergo age, & viue in monaſterio:vt clericus eſſe merearis,vt adoleſcẽtiã tuam, nulla ſorde cõmacules,vt ad altare Chriſti, quaſi de thalamo virgo procedas,& habeas deforis bo-
H num teſtimonium:fœminæq; nomen tuum noue rint,& vultum tuum neſciãt. Cùm ad perfectam ætatẽ veneris,ſi tamen vita comes fuerit,& te vel populus,vel põtifex ciuitatis,in clerum elegerit: agito quæ clerici ſunt,& inter ipſos ſectare melio res,quia in omni cõditione & gradu,optimis mixta ſunt peſſima. Ne ad ſcribendum citò proſilias,& leui ducaris inſania. Multo tẽpore diſce quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis,imò irriſoribus aurẽ ne libenter accommodes: qui cùm te adulationibus fouerint,& quodammodo impotem mentis effecerint, ſi ſubitò reſpexeris, [64] aut ciconiarum deprehẽdes poſt te colla curuari, aut manu auriculas agitari aſini, [65] aut æſtuantem canis protẽdi linguam. Nulli detrahas, nec in eo te ſanctum putes,ſi cæteros laceres. Accuſamus ſæpe quod facimus,& contra noſmetipſos diſerti:in noſtra vitia inuehimur,muti de eloquentibus iudicantes. [66] Teſtudineo Grunni⁹ incedebat ad loquendum gradu,& per interualla quædã,vix pauca verba carpebat,vt eum putares ſingultire,non proloqui. Et tamen cùm menſa poſita librorum
I expoſuiſſet ſtruẽ,adducto ſupercilio,contractiſq; naribus,ac fronte rugata,duobus digitulis cõcrepabat,hoc ſigno ad audiendum diſcipulos prouocans. Tum nugas meras fundere,& aduerſum ſingulos declamare. [67] Creticum diceres eſſe Longinum, [68] Cenſoremq; Romanæ facundiæ. Notare quem vellet, & [69] de ſenatu doctorum excludere. [70] Hic bene nummatus, plus placebat in prãdijs. [71] Nec mirum,ſi qui multos ineſcare ſolitus erat: facto cuneo circũſtrepentium garrulorum, procedebat in publicum: [71] intus Nero,foris Cato: Totus ambiguus,vt ex contrarijs diuerſiſq; naturis, vnum monſtrum nouamq; beſtiã diceres eſſe cõpactam: iuxta illud poẽticum: † Prima leo, poſtrema draco,media ipſa Chimæra. Nũquam ergo tales videas, nec huiuſmodi hominibus appliceris,nec declines cor tuum in verba malitiæ,& audias: Sedẽs aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Et iterum: Filij hominum:dentes eorum arma & ſagittæ. Et alibi: Molliti ſunt ſermones ei⁹ ſuper oleũ, & ipſi ſunt iacula: Et aperti⁹ in Eccleſiaſte: K Sicut mordet ſerpens in ſilentio:ſic qui fratri ſuo Eccl's.10. occultè detrahit. Sed dices: Ipſe non detraho, alijs loquentibus quid facere poſſum? Ad excuſandas excuſationes in peccatis iſta prætendimus. Chriſtus arte non illuditur. Nequaquã mea, ſed Apoſtoli ſententia eſt: Nolite errare: deus non irridetur. Ille in corde,nos videmus in facie. Solomon loquitur in prouerbijs: Ventus aquilo diſſipat nubes:& vultus triſtis,linguas detrahentium. Sicut enim ſagitta ſi mittatur cõtra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur,& vulnerat vulnerantem:illudq; completur: Facti ſunt mihi in arcum prauum. Et alibi: Qui mittit in altum lapidem,recidet in caput eius: ita detractor cùm triſtem faciem viderit audientis,imò ne audientis quidem, ſed obturantis aures ſuas,ne audiat iudicium ſanguinis: ilico conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur. Vnde idem vir ſapiens: Cum detractorib⁹, inquit,ne miſcearis: quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit? Tam ſcilicet eius L qui loquitur, quàm illius, qui audit loquentem. Veritas angulos nõ amat,nec quęrit ſuſurrones. Timotheo dicit: Aduerſum presbyterum accuſationem cito ne receperis. Peccantem autem, coram omnibus argue, vt & cæteri metũ habeant. Non eſt facile de prouecta ætate credendum, quã & vita pręterita defendit,& honorat vocabulum dignitatis. Verum quia homines ſumus, & interdum cõtra annorum maturitatem, puerorum vitijs labimur: ſi me vis corrigere delinquentem, apertè increpa, tantum ne occultè mordeas. Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quem enim diligit dominus, corripit: caſtigat autem omnem filium quem recipit. Et per Eſaiam clamat dominus: Populus meus,qui beatos vos dicunt, ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum ſupplantant. Quid enim mihi prodeſt, ſi alijs mala referas mea? Si me neſciente,peccatis meis,imò detractionibus tuis aliũ vulneres:& cùm certatim omnibus narres, ſic ſingulis loquaris,quaſi nulli dixeris alteri? Hoc eſt non M me emendare: ſed vitio tuo ſatiſfacere. Præcipit dominus, peccãtes in os argui debere ſecretò, vel Matt.18. adhibito teſte:& ſi audire noluerint,referri ad Eccleſiam, habendóſque in malo pertinaces, ſicut ethnicos & publicanos. Hæc expreſſius loquor, vt adoleſcentem meum,& linguæ & aurium prurigine liberem: vt renatum in Chriſto, ſine ruga & macula,quaſi pudicam virginem exhibeam,caſtam tam mente quàm corpore: ne ſolo nomine glorietur,& abſque oleo bonorum operum, extincta lampade, excludatur à ſponſo. Habes iſtic ſanctum doctiſſimúmq; pontificem Proculũ, qui viua & præſenti voce noſtras ſchedulas ſuperet, quotidianiſq; tractatibus iter tuũ dirigat: nec patiatur te in partem alteram declinando, [73] viam relinquere regiam, per quam Iſraël ad terram repromiſſionis properans, ſe tranſiturum eſſe promittit. Atque vtinam exaudiatur vox Eccleſiæ implorantis: Domine, pacem da nobis. Omnia enim dediſti nobis. Vtinam quòd renunciamus ſeculo, voluntas ſit,non neceſſitas: & paupertas habeat

† Hom. Il. Z. v. 181.

Pſal.49.

Pſal.56.

Pſal.54.

Prou.25.

Pſal.77.

Eccl's.27.

Prou.24.

1.Timo.5.

Pſal.140.

Prouer.3.

Eſaiæ.3.

A habeat expetita gloriam, non illata cruciatum. Cæterum iuxta miserias huius temporis,& vbiq; gladios sæuientes,satis dives est,qui pane non indiget. Nimium potens est, qui seruire non cogitur. Sanctus Exuperius Tolosæ episcopus,viduę
3.Reg.17. Saraptensis imitator,esuriens pascit alios: & ore pallēte ieiunijs, fame torquetur aliena, omnemq; substantiam Christi visceribus erogauit. Nihil illo ditius,qui corp⁹ domini canistro vimineo,sanguinem portat in vitro. Qui auariciam eiecit è templo: [74] qui absque funiculo & increpatione, cathedras vendentium columbas, id est,dona sancti spiritus mensasq; subuertit mammonæ,& nūmulariorum æra dispersit, vt domus dei, domus vocetur orationis,& non latronum spelunca. Huius è vicino sectare vestigia,& cęterorum qui virtutum illius similes sunt,quos sacerdotium & humiliores facit & pauperes. Aut si perfecta desi-
Genes.12. deras, exi cum Abraham de patria & cognatione tua,& perge quò nescis. Si habes substantiam,
Matt.19. vende, & da pauperibus. Si non habes, grandi
B onere liberatus es: nudum Christum, nudus sequere. Durum, grande, difficile, sed magna sunt præmia.

SCHOLIA.

1 Nihil Christiano) Rursum suo more incipit à loco cōmuni, de periculis varijs, quibus Christiani vita obnoxia est,qui tamen non sit alienus ab argumēto epistolæ. Atq; hāc partē varijs allegorijs tractat & allusionib⁹.

Stiua. 2 Stiuam tenes.) Stiua ea pars aratri est,quā manu tenet qui arat,quáque moderatur aratrum. Porrò tacitè allusit ad
Lucæ.9. illud Euangelicum: Nemo qui postquam manum ad aratrū misit, retro respexerit, aptus est regno dei. 3 Iam tectum atque solarium.) Quod Actuum capite decimo refertur de Petri visione, & de Cornelio centurione, mirè trahit ad allegoriam:quam qui cupiet ad plenum intelligere, locum eū relegat. 4 Totum quod apprehensa.) Admiscet in loco communi propositionem,quam solitus est in initio ponere. Porrò apprehensa manu dixit,quòd ita soleamus seorsim ac familiariter libereque monere amicum. 5 Scyllæi obtre-

Scylla. ctatorum canes.) Scylla saxum est in mari prominens,quod procul intuentibus,puellæ speciem prębeat. Tum fragor assultantium vndarum,latratum canum imitatur. Vnde poëtæ fingunt eam pubetenus cinctam canibus latrantibus, te-
C stē Marone: Candida succinctam latrantibus inguina monstris. Itaque in prima epistola Scyllam ad voluptatum illecebras retulit, hic canum latratum ad obtrectationem trahit. 6 Libycis interdum syrtibus.)

Syrtes. Syrtes loca maris sunt harenis fluctuantibus vadosa, quæ vel tranquillo mari perniciem adferunt nautis. 7 Latentibus saxis.)

Cautes Cautes sunt, quæ hoc magis formidandæ sunt nautis,quòd non eminent.

Vada. Vada sunt,cùm subest fundus altior,nec satis est aquę sustinendis nauibus. 8 Felix cursus.) Eleganter cursum vocat nauigationem. Significat autem per allegoriam bene nobiscum agi, si diuturno studio tandem perueniamus ad perfectam pietatem. 9 Margarita candentia.) Nam vniones,vt testatur Plinius,potissimum candore commendantur. Margaritū dixit in neutro genere. 10 Nec veteris comœdię.)

Vetus comœdia. Vetus comœdia,cuius generis extant adhuc Aristophanicæ, nominatim quosuis magna libertate taxabat: quæ rabies postea lege coërcita est. Vnde & prouerbium apud Grecos: De plaustro loqui. Apud Latinos autem loco veteris comœdiæ successit Satyra, mordax & hoc scripti genus: 11 Nec calcaribus,sed frenis.) Allusit ad apophthegma Isocratis de Ephoro ac Theopompo. Item Platonis de Aristotele ac Zenocrate,q; alter plus satis ardēs, freno op⁹ haberet: alter tardior calcarib⁹. 12 Asianum tumorē.)

Dicendi genera. Tria sunt dicēdi genera. Atticū,quod pressum est, propterea quòd Athenis iubereтur absq; procemijs & affectibus dicere. Asianū,tumidū & redundans,pro gentis illius moribus turgidæ, & luxu rerum superfluentis. Rhodium,medium, & ex vtroque temperatum. Autor Cicero, & Quintilianus vltimi libri cap. penultimo. Gallicum igitur dicendi genus cum Asiano cōfert. Vnde & alibi:Gallico,inquit,cothurno attollitur: Romanū cum Attico. 13 Luxuriantes flagellis vineas.)

Flagella Flagella vocat summos vitium ramos flexiles. Luxuriat autem, quod

Luxuriare præter modum lætum est. Pampini verò vitium folia sunt.

Pampini. 14 Libertini generis.) Vt hoc titulo prætexant libidinē, quòd adolescentibus libertinis sint veluti patronæ. 15 Cibus locustæ.) Plinius non vno loco testatur,populos quosdā locustis viuere sole siccatis. Pudet autē referre,quàm ineptè hac de re ineptiant quidam,quasi vehementer lædatur fama diui Ioannis Baptistæ,si dicatur hoc animante victitasse tam vili cibo:quasi verò magis conuenerit, eum placentis ac murenis alitum fuisse. 16 Filij prophetarum q.m.) Nō quòd certo cultu aut titulis ab alijs distinguerentur, quemadmodum hodie monachorum vulgus: sed quòd semoti ab oppidorum frequentia,vitam agerent in solitudine,quum hodie nusquā esse malint, quàm in densissima frequentia hominū, præsertim diuitum & crassulorum. 17 Cellulam pro paradiso.)

Paradisus Paradisus Græcis hortum significat. In hortis autē olim voluptatibus dabatur opera. Vnde & de hortis Epicuræis frequens apud autores mentio. 18 Filij Ionadab.)

Filij Ionadab. Hi storia habetur apud Hieremiam prophetā de filijs Ionadab: qui inuitati vt biberent vinum, recusarunt: nec ædificarunt
E domos,nec sementē faciebant, nec plantabant vineas,ita edocti à patre,donec compulsi ab exercitu Nabuchodonosor,& exercitu Chaldæorum, conferrent sese in ciuitatem Hierusalem. Porrò quòd primi ducti sint captiui, id nusquam legitur, nec in psalmis,nec in alijs literis, nisi quod colligitur è titulo psalmi cētesimi trigesimiprimi, qui est huiusmodi: τῶν υἱῶν Ιωναδὰβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων. Id est:Filiorum Ionadab, & horum qui primi captiui fuerunt. Nec in eo psalmo super hac re vlla fit mentio,vt testatur & diuus Augustinus. 19 De singularitate censemur.) Nam hinc Grecis monachi vocabulum,quasi dicas,vnicum & sin-

Monach⁹. gularem. Nomen autem inde sumptum, quòd olim pij quidam homines, partim non ferentes gentilium in Christum blasphemias: partim afflicti ab inimicis Christianæ fidei, profugerent aliquò in vastas solitudines,atque ibi viuerent: alij gregatim,quos Cœnobitas vocant:alij semotim,quos appellant Anachoritas. 20 Pastor ouium hi.s.o.p.) Festiua vicinitas vocum in ouium & hominum. De Moyse habes Exodi iij.& ij. 21 Lacus Genezareth.) Locus est Lucę cap. v.vbi Christus ita loquitur Petro: Noli timere,ex hoc iam homines eris capiens. 22 Et rationabilem hostiam of.)
F Allusit ad locum qui est apud Paulum ad Rom.cap.xij. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem,sanctam,deo placentem,rationabile obsequium vestrum. Hieronymus nonnihil detorquens hunc Pauli locum, allusit ad Græcam vocem λογικὴν, quod à sermone quoque duci potest,vt intelligas coli deum,prædicando Christum. De hoc vide nostra in Paulum scholia. 23 Plusq; aut minus.) Vbi complures vnà faciunt iter, si quis fuerit lentior, ab alijs pergentibus vtcunque protrahitur:si quis æquo properantior, à cæteris retardatur. Contrà,qui solus facit iter,aut studio perueniēdi nimium festinat, aut tædio itineris refidet & obdormiscit alicubi. Rursum,qui solus ambulat, nonnunquam aberrat. Inter multos,si quis aberrat, non deest qui commōstret viam. Idem accidit in vita solitaria & gregaria. 24 In solitudine sito.) Omnes fermè codices habebant,cito per c,nec mihi displicet omnino, si modo accipias cito pro facilè.

25 Alienos seruos.) Ita Paulus ad Rom. capit. xiiij. Tu quis es,qui iudicas seruum alienum? 26 De ludo.)

Ludus. Ludū hic scholam vocat. Nam tyrones ludum habebant, in quo prius rem bellicam discerent. 27 Qui specimen.) Specimen vocat degustationem, vnde reliqua possint æstimari.

28 Dæmonum contra se.) Mirum vt olim etiam fuerit hæc impostura. Nam hodie quoque sunt, præsertim inter eos, qui solitariam agunt vitam: qui visiones & demonum infestationes,an fingant nescio,certe narrant. 29 Stipes.)

G Id est,minutulos nummos, quos accipiunt mendici. Est autem tacita allusio vocum in stipes & stirpi. 30 Tunc ferrum.)Allusit ad historiam Helizæi, quæ habetur.iiij.Reg. cap.vj. 31 Inter palmarum at̃.)Nihil enim huius arboris fructu dulcius, quas palmulas vocant. 32 Vt angelus.) Miscuit historiam Nabal,quę est primo libro Reg.cap.xxv. cum dicto Euangelico,quod est apud Lucam cap.xij.Quidã codices non habent,angelus pessimus, sed angelus,quod magis placet,quod illic legimus illi à deo dictum: nisi angelum accipis pro nuncio,quod adfertur. 33 Fiscellam texe iunco.)Fiscella sportula est rusticana,qua recẽtem caseum, aut arborum fructus,aut simile quippiam portabant. Diminutiuum à fiscina.Vergilius: Viridi fiscellam texit hibisco. Et rursum: Et rubea texatur fiscina virga. 34 Lentis.)Id est, flexilibus. 35 Sarriatur humus.) Sarrire est sarculo frangere glebas, ac repurgare terram. 36 Areolæ.) Diminutiuum est ab area. Sic autem vocat sectas in quadrum planicies in hortis, quas vulgo nostrates lectulos vocant. Limites appellat semitas, quibus areolæ discernuntur. 37 Ecce supercilio.) Hij versus sunt apud Vergilium primo Georgicõn libro. Nec sine causa dixit Hieronymus, spectator assistas. Nam poëta cùm dicit,ecce, velut ad spectaculũ inuitat: & ipsa carminis compositio penè ob oculos ponit, ac repræsentat aquam à summo cliuo exilientem, celeritate H dactylorum:Elicit,illa cadens. Deinde per obstantia saxa cũ murmure nonnihil luctantem: Raucum per leuia murmur. Rursum per agrum,nunc celerius,nunc tardius,vtcunq; loci commoditas aut incommoditas occurrerit, huc & illuc discurrentem: Scatebrisq; arentia temperat arua. 38 Inserantur infructuosæ.) Nonnulli codices habent, fructuosæ. Mihi magis probatur vt legamus, infructuosæ. Ad sensum enim magis quadrat. Siquidem inseri dicitur,non solum id quod immittitur, verumetiam arbor in quam immitimus. Inserũtur autem infrugiferæ,veluti platanus.phagus,ornus, vt arte fiant frugiferæ, quò maiorem adferant voluptatem suo cultori. Vnde Flaccus: Vt gaudet, insitiua decerpẽs pyra. 39 Vel gemmis vel surculis.)Veteres tradiderũt tria insitionũ genera. Vnum,quo resecta & fissa arbor seu plãta, recipit in medullam immissum surculum. Alterum,cùm resecta inter librum & materiã recipit semina. Tertium,cùm gemmę infoditur surculus.Gemmam autẽ rustici vocabant tumorem corticis, à quo rupto prodeunt nouæ frondes.

Fiscella. Sarrire. Areola. Limites. Inseri. Insitionũ genera. Gemma.

40 Dulcia poma.) Equidem malim,dulcia præmia,nisi refragarẽtur exẽplaria. 41 Solomonis prouerbia.) Sic enim legis Ecclesiastici cap.xj. Breuis in volatilib⁹ est apis,& initium dulcoris habet fructus eius. 42 Ac regiã disciplinã.)De politia apum admirabili,refert Vergilius Georgicõn libro quarto & Plinius. 43 Diuaricet pedes suos.) I Alludit ad id quod est apud Ezechielẽ cap.xvj. Diuisisti pedes tuos omni transeunti:vtens similitudine prostitutæ,quę quenuis admittit ad coitum. 44 Quintiliani acumina.) Tribuit Quintiliano acumen: Ciceroni copiam & facilitatem,quasiq; fluxum: Plinio lenitatem, quòd compositus sit, & minus acribus affectibus. De Frontone meminit & Iuuenalis: Frontonis platani,conuulsáq; marmora clamant. In summa sentit,post studia rhetorices. 45 Nulla continẽtia.)Continentiã hic vocat abstinentiã cibi, potus & somni.

Clauum. clauo. Summis labijs.

46 Clauum clauo.) Græcum prouerbium est, quoties malum malo propellitur:veluti si quis impudentiam impudentia retundat. 47 Leui vsitatóq;.) Quidam codices pro,vsitato, habent, citato. Vtraque lectio tolerabilis est.

48 Summis labijs.) Prouerbium est Græcum, cùm quis non ex animo loquitur, vt in Chiliadibus nostris ostendimus. 49 Quasi adferentes secum.) Si licet aliquid refragãtibus exemplaribus immutare,malim ita legi,quasi offerentes se cum lucro nostro atque compendio. Quidam enim ob id nõ gaudent hospitum aduentu,quòd damni nonnihil adferre videantur rei domesticæ:at quos intelligũt lucrum adducturos,eos apprehensos retinẽt, nec sinunt abire.

50 Ordine literato.)Volantes enim exprimũt alpha Λ. Sic enim pingebant antiqui,vt V inuersum referat.De quo Plinius libro decimo,cap.xxj. 51 Duos fratres.)Romulũ & Remum.Romulus Remum occidit,quòd mœnia transiliisset,atque ita Fraterno primi maduerunt sanguine muri, quod Hieronymus dedicationem appellat. 52 In quãuis gran.) Quanuis, id est,quantũuis. Signum autem dat imperator militibus ineundi prælij:& signo dato iubet desistere. K

53 Pẽsum,)Id est,modũ operis prescriptũ.Sumptũ à pẽso lanarum,quod certi ponderis singulis puellis dabatur. Pensum.

54. In ordine tuo.)Ita quondam laborantes monachi,vt cissim psalmum aliquem recitabant,vt aliorum opus nõ intermitteretur,& semper audiretur aliquid sacri.Nũc ocioſi quidam nihil aliud faciunt. 55 Aurum comeditur.) Aurum vocat rem magno emptam:vt Christus in Euãgelio: rapinas in catinis,vocat precium rapina partum. 56 Et examina.)Ita vocat numerum innumerabilem.Et Horati⁹,ditis examen domus:ab apum examinibus ducta similitudine. Examen.

57 Pomparum ferculis.)Pompæ dicuntur publicæ ostẽtationes,vt in ludis solẽnibus,in triumphis,in funerib⁹.Fercula vero dicuntur currus,quibus circũferuntur spectandæ imagines deorum,aut similia.Vnde Naso:Aurea pompa venit,a Græco verbo πέμπω,quod est duco. 58 Caninã facundiam.)Sic Appius vocare consueuit maledicam ac rixosam eloquentiam, vt testatur Nonius Marcellus in dictione,Rabula,Salustium adducens. Sumptum est autem à canũ rixa,Quin & ipsa vox rixa,à canibus,hoc est,à canina litera rho,deducta est. 59 Cornicantes.) Alludit ad Persianum illud in Satyra quinta: Et clauso murmure raucus, Nescio quid tecum graue cornicaris inepte. Quod Græci vocant κρώζειν. Est autem mira personæ ὑπηνπωσις. 60 Verba trutinantur.)Retulit locum,qui est apud Persium Satyra tertia: Obstipo capite,& figentes lumina terræ: Murmura cùm secum & rabiosa silentia rodunt: Atque exporrecto trutinantut verba labello. Siquidem quod ait Persius,Obstipo capite,Hieronymus explicat,stupẽtibus in terram oculis. 61 Ἀγορανόμους.) ἀγορὰ forum, νόμος lex. Inde dictus magistratus,qui mercatui legẽ præscribat.Aediles quoque apud Romanos similia curabant,si mensura minor,si precium iniquius,si parum syncerum oleum fuisset. Penſum. Pompæ. Fercula. Canina facundia. Rabula. Rixa. L Agoranomi. Aediles.

62 Iniusta compẽdia.)Compendia hoc loco lucra vocat, vt pugnet cũ dispendijs. 63 Oblitus præteritorum.) Allusit ad id quod est apud Paulum in epistola.ad Philip.capit.iij. Eorum quæ retro sunt oblitus,in ea quæ antè sunt &c. Nõnihil tamen immutauit Pauli sententiam. Nãque sic habet ille: τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος,τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος,id est,ea quæ à tergo sunt obliuiscens,in ea quæ à fronte sunt enitens. Est enim metaphora à currentibus in stadio sumpta. 64 Aut ciconiarũ.)Allusit ad Persianum illud: O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinsit, Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. Nã his gestibus irridebant à tergo. 65 Aut æstuantem.) Sequitur apud Persium eodem in loco: Aut linguæ,quantũ sitiat canis Apula,tantũ.Nã hoc quoq; gestu deridemus. 66 Testudineo Grunnius.)Quoniam à vero nomine voluit abstinere,facticio est vsus.Nam Grunnius à grunniendo deducitur, quæ vox est porcorum.Ad eũdem fermè modũ loquũtur,qui fastu turgidi,vocem ex imo promunt gutture. Extabat olim ludicrum argumentum, cui titulus erat, Grunnij corocottæ testamẽtum,Porcello huiusmodi nomine & cognomine affícto, vtraque voce facticia.Extat hodiéq; Gryllus Plutarchi,quod Græci grũnire dicant γρύζειν.De testamento Grunnij corocottæ meminit Hieronimus in præfatione duodecimi cõmentariorum libri in Esaiam. Facetè in vna persona duo coniunxit animantia,suem, & testudinem: quorum alterum repręsentabat vocem ex imo gutture promens,& alterum incessu lento ac fastuoso,perinde quasi Iunonis sacra ferret. 67 Creticum diceres Lõginum.) Nec hic locus videtur carere mendo. De Longino Cassio & docto & diuite meminit Tacitus,quem ob inuidiam opum, ad quas erat euectus maximas, Nero iussit interfici. Meminit & Iuuenalis:Longinum.Et magnos Senecæ prædiuitis hortos.Creticorũ ges apud Romanos erat inter primas nobilis ac potens.Vnde idem Satyricus: Et metuas,ne tu sis Creticus aut Camarinus. Verum haud scio an Criticus legẽdum M

A sit. Vocabātur enim Critici docti quidā,qui de scriptis alio
rum iudicabant,reponēda ne essent in templo Apollinis, an
reijciēda. Nam cum hoc quadrat quod sequitur: Censorēq;
Romanæ facundiæ. 68 Censoriumq; Roma.) Nonnulli
codices habebant,censorem;alij censorinum. Sed rectius est
censorium,vt intelligas Catonem maiorem, qui Censorius
dictus est,quasi dicas Aristarchum totius rei literariæ. Et
eleganter adiecit, Romanæ facūdiæ,quasi id esset in Roma
na facūdia,quod Cato fuit in Romana Rep. 69 De sena
tu doctorum.)Nam hoc quoque licebat censoribus Roma
nis,senatu expellere: quemadmodum Portius Cato Titum
Flaminium senatu mouit:Iunius Brutus, Lucium Antoniū.
Item alios alij:sicuti refert Valerius Maximus lib.ij.cap.de
cēsoria nota. 70 Hic bene nummatus.) Diues erat,& lau
tè accipiebat hominem. Vnde magis placebat in prandio, q̄
in dicendo:& melior cōuiuator,quàm orator. 71 Nec mi
rum.) Hunc locum in omnibus quæ videre contigit exem
plaribus,repperi deprauatum, è quibus tamen mihi videor
Germanam deprehendisse scripturam. Nec mirū,si qui mul
tos inescare solitus erat,facto cuneo procedebat in publicū,
intus Nero,foris Cato. Lautis conuiuijs conciliabat fauorē
multorum. Iuxta Persianum illud: Calidum scis ponere su
men. Scis comitem horridulum trita donare lacerna.

72 Intus Nero.)Ob luxum vitæ:foris Cato, ob supercī-
B lium & seueritatem incessus & habitus. 73 Viā relinque-
Regia via. re regiam.)Regiam,publicam ac rectam vocat,alludens in
terim ad locum qui est in numeris cap.xx. Moses missis nū
cijs ad Edom,petit transitū per illius fines: Hæc,inquit,mā
dat frater tuus Israēl. Ac post paucula: Nō ibimus p̄ agros,
nec per vineas,nec bibemus aquas de puteis tuis,sed gradie
mur via publica,nec ad dextram, nec ad sinistram declinan
tes,donec transeamus terminos tuos. 74 Qui funiculo
increpationis.)Quædam exēplaria sic habebant:Qui absq;
funiculo & increpatione,cathedras vendētium columbas,id
est,dona sancti spiritus mensasq; subuertit. Nōnulla sic ha
bebant:Qui funiculo increpationis &c. Verum prior lectio
mihi magis arridet:est enim argutior. Etenim amoto auro
argentoq;,hoc est auaritiæ materia,submouerat & auaritiā,
idq; sine increpatione. Nā quorsum opus flagello, cùm sub
ducta sit peccandi materia? Illud annotandum,quod diuus
Hieronymus tantopere laudat in episcopo,quòd sacra vasa
in pauperum erogarit alimentum,& templum dei spoliarit,
ne deesset pauperibus:cùm nūc pleriq; plus quàm sacrilegiū
esse ducant,aliquid de donarijs sacris tollere,etiā si vniuersi
pauperes Saguntina,quod aiunt,fame laborent.

ANTIDOTVS. Ne quem illud offendat, quòd in
hac epistola,sicuti nec in superioribus, diuus Hieronymus
C nihil eorum præcipit,quæ his temporibus à monachis exi-
guntur. Permittit possessionem rei familiaris,modo sit mo
derata. Permittit vitam agere cum matre,cum sorore,denī
que cum quibuslibet viris aut mulierib⁹, modo fugiat suspe
ctam ac periculosam consuetudinem. Hortatur,non exigit:
vt si malit peregre viuere,in contubernio multorum,patris
alicuius arbitrio viuat potius,quàm solus suo. De monaste
rio certo,de figura,aut colore, aut materia vestis, nulla vs-
quam mentio. Tantū eiusmodi vestitum vult esse,vt nec sor
dibus hypocrisim,nec nitore fastum præ se ferat. Iam de tri
bus illis votis,quæ vocant solēnia, ne verbum quidem vllū.
Laudat in hoc eloquētię studiū,quòdq; literarū gratia pro-
cul semotas adierit regiones. Sed meminisse debemus, id
quod palàm liquet ex huius scriptis,ætate Hieronymi non
dum fuisse hoc monachorum genus,cuiusmodi nostra tem
pestate videmus:quos omnes vtinam tam pios haberet mun
dus,q̄ habet multos: & ita sanctimonia ceteris antecellētes,
vt ornatu differūt. Nam illis tēporibus monachi nihil aliud
erāt, q̄ vita seueriore mundi contēptum profitētes,nihilo-
minus episcopo suo parebant sicut cæteri:& clericorū mu
nere fungebātur,sicut & cæteri. Porrò monachis olim non
fuisse interdictam rerū suarū possessionem, vel Augustinus
est testis,in libro de hæresibus ad Quoduultdeum, cui⁹ hęc
Apostolici sunt verba: Apostolici,inquit,qui se isto nomine arrogātissi
mè vocauerunt,eo quòd in suam cōmunionem nō reciperēt

vtentes coniugibus,& res proprias possidentes,quales habet D
catholica Ecclesia,& monachos & clericos plurimos. Idē in
regula suorum clericorum,prohibet ne sit notabilis illorū
habitus,nec vestibus affectent placere,sed moribus: hoc est,
si meliores velint videri cæteris,non id agant nouo colore,
aut forma vestis,sed probitate vitæ. Nō igitur mirum,si ni-
hil de his meminerit Hieronymus, quæ nondum erant in-
stituta. Et haud scio,an nunc quoq; magis expediret Eccle-
siæ Christianę,si pauciora forent monasteria,quorū magnā
partē ad mores parū religiosos prolapsam videmus: essetq;
omniū idē cultus,eædē preces, eademq; vitæ ratio. Postre-
mò quàm minimum seruitutis ac ceremoniarū, quæ magis
ad Iudæos pertinent,quàm ad Christianos: & supstitiosum
facere possunt,pium non possunt.

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

Familiaris est epistola,nec eget argumēto,præsertim
tam breuis.

HIERONYMVS AD Florentium.

OVantus beatitudinis tuæ rumor di
uersā populorum ora compleuerit,
hinc poteris æstimare, quòd ego te E
antè incipio amare,quàm nosse. Vt
enim,ait Apostolus,quorūdam ho- 1.Timo.5.
minum peccata manifesta sunt,præcedētia ad iu
dicium:ita ecōtrario tuę dilectionis fama dispersgitur,vt non tantū laudādus sit ille qui te amat,
quàm scelus putetur facere ille,qui nō amat. Prę-
termitto innumerabiles,in quib⁹ † Christū sustē † Præter-
tasti,pauisti,vestisti,visitasti. Heliodori fratris à mitto alias
te adiuta necessitas multorum etiā potest ora la- innumerabi
xare,quibus gratijs,quo ille præconio peregrina- les actiōes
tionis incommoda à te fota referebat? Ita vt ego tuas,i qb⁹.
ille tardissimus,quem intolerabilis lāguor vexat,
pēnatis,vt aiunt,pedibus,certe charitate† & vo † charta
to te salutauerim,& etiam complexus sim. Gratu charitatis.
lor itaque tibi,& nascentem amicitiam, vt dominus confœderare dignetur,precor. Et quia frater
Ruffinus, qui cum sancta Melania ab Aegypto
Hierosolymam venisse narratur,indiuidua mihi
germanitatis charitate cōnexus est:quæso vt epi
stolam meam huic epistolæ tuæ copulatā, ei red-
dere non graueris. Noli nos eius æstimare virtu-
tibus. In illo conspicies expressa sanctitatis vesti F
gia:& ego cinis & vilissima pars luti,etiam fauil-
la dum vertor,satis habeo,si splendorem morum
illius imbecillitas oculorum meorum ferre susti-
neat. Ille modo se lauit,& mūdus est, & tanquam
nix dealbatus: ego cunctis peccatorum sordibus
inquinatus,diebus ac noctibus opperior cum tre-
more reddere nouissimum quadrātem. Sed tamē
quia dominus soluit compeditos,& super humilē Psal.45.
& trementē verba sua requiescit,forsitan & mihi Esaiæ.66.
in sepulchro scelerum iacenti,dicat: Hieronyme,
veni foras. Sanctus presbyter Euagrius plurimū
te salutat: & Martinianum fratrē iuncto salutamus obsequio,quem ego videre desiderans, cate-
na languoris innector.

SCHOLION.

1 Pennatis,vt aiunt,pedibus.)Ita significabant miram ce-
leritatem,sumpto prouerbio à Mercurio,cuius pedibus alas
addidere poētæ.

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

Et hęc familiaris est,nec eget argumento,ne scholijs quidē. Nisi quòd ex hac liquet, diuū Hieronymū apud Treui-

G ros aliquandiu fuisse cõmoratũ:vt apud quos grãde volumẽ Hilarij de synodis descripserit suis ipsius articulis. Est autẽ
Treuiri. Treuirorũ metropolis inter imperiales Germaniæ ciuitates iuxta quosdã,qui nunc linguæ cõmercio æstimãt Germaniã, sed iuxta veterũ descriptionẽ inter Gallię Belgicę ciuitates, vel in primis inclyta,ad Mosellæ ripam,plurimũ adhuc obtinẽs antiquitatis. Quę mihi iure optimo gloriari posse videtur,quòd tam eximium virum hospitem habuerit: atq; id quidem non exiguo temporis spacio.

HIERONYMVS AD Florentium.

I N ea mihi parte eremi commoranti, quæ iuxta Syriam Saracenis iũgit, dilectionis tuæ scripta perlata sunt. Quib⁹ lectis, ita redacctsus est animus Hierosolymã proficiscendi, vt penè nocuerit proposito,quod profuerat charitati. Nũc igitur quomodo valeo,pro me tibi literas repræsento: & si corpore absens, amore tamen & spiritu venio: impẽdio exposcens,ne nascentes amicitias,quæ Christi glutino cohæserunt, aut tẽporis,aut locorũ magnitudo diuellat,quin potius
H fœderemus eas reciprocis epistolis. Illæ inter nos currant,illę sibi obuient,illę nobiscũ loquant. Nõ multũ perditura erit charitas,si tali secũ sermone fabuletur. Ruffinus autẽ frater, vt scribis,necdũ venit:& si venerit, nõ multum proderit desiderio meo,cùm eum iam visurus nõ sim. Ita enim & ille longo interuallo separat⁹ est, vt huc non possit excurrere: & ego arreptæ solitudinis terminis arceor,vt cœperit iã mihi nõ licere quod volui. Ob hoc & ego obsecro, & tu vt petas plurimũ quæso, vt tibi beati Rhetitij Augustudunẽsis episcopi cõmentarios ad describendũ largiatur,in quib⁹ Cãticum cãticorum sublimi ore disseruit. Scripsit & mihi quidam de patria supradicti fratris Ruffini, Paulus senex,Tertulliani suum codicem apud eũ esse,quẽ vehemẽter reposcit. Et ex hoc quæso, vt eos libros, quos me nõ habere breuis subdit⁹ edocebit,librarij manu in charta scribi iubeas. Interpretationẽ quoq; psalmorum Dauidicorũ, & prolixum valde de synodis librũ sancti Hilarij,quem ei apud Treuiros manu mea ipse descripseram,vt
I mihi trãsferas peto. Nosti hoc esse animę pabulũ, si in lege domini meditetur die ac nocte. Cæteros hospitio recipis, solatio foues, sumptibus iuuas. Mihi si rogata præstiteris,cũcta † largitus es. Et quoniã,largiente domino,multis sacrę bibliothecæ codicibus abundamus, impera vicissim quodcunque vis,mittam. Nec putes mihi graue esse, si iubeas. Habeo alumnos, qui antiquariæ arti seruiunt. Neque verò beneficium pro eo quod polliceor postulo. Heliodorus frater mihi indicauit, te multa de scripturis quærere, nec inuenire. Aut si omnia habes, incipit sibi charitas vendicare, plus petere. Magistrum autẽ pueri tui,de quo dignatus es scribere, (quẽ plagiatorẽ eius esse non dubiũ est) sæpe Euagri⁹ presbyter,dũ adhuc Antiochiæ essem,me præsente corripuit. Cui ille respõdit: Ego nihil timeo. Dicit se à domino suo fuisse dimissũ: & si vobis placet,ecce hìc est,trãsmittite quò vultis. In hoc arbitror me nõ peccare, si hominẽ vagũ nõ sinã longi⁹ fugere. Quapropter qa ego in hac solitudine cõstitut⁹,nõ possum agere qđ iussisti,rogaui chariss imũ mihi Euagriũ, vt

† multa.

tã tui q̃ mei causa instanter negocĩũ prosequat. K

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Lætam hortatur, vt filiam iam inde ab ipsis incunabulis instituat ad pietatem Christianam,& statim antequam vllis inficiatur vitijs,sanctas imbibat cantiones,vt & inter blãditias nutricũ,& lusus puellares,Christi gustum hauriat. Deinde de cultu,de victu, & quomodo iam adolescens sit à secularĩũ arcenda contagio: de studio diuinæ scripturæ,de fugiendis apocryphis,saluberrima tradit præcepta: adhortans vt maturè mittatur in Bethlehem,antequã vlla macula contaminetur,se & magistrũ & nutricium fore pollicens. Hanc Lætam Toxotius Paulę filius duxerat vxorem,ex qua filiam nomine Paulam susceperat,quam auia Paula virginitati destinarat: vt testatur Hieronymus in epitaphio Paulæ. Ipsa mater Lęta,mortuo Toxotio,monitis & exemplo socrus,in viduitate perseuerare decreuerat.

HIERONYMVS AD LAEtam de institutione filiæ.

APostolus Paulus scribens ad Corinthios,& rudem Christi ecclesiam sacris instituẽs disciplinis,inter cętera L
mandata hoc quoq; proposuit,dicẽs: Si qua mulier habet virum infidelẽ, & hic consentit habitare cum ea,non dimittat virum.[1] Sanctificatus est enim vir infidelis in vxore fideli: & sanctificata est mulier infidelis,in viro fideli. Alioqui filij vestri immundi essent, nunc autem mundi sunt. Si cui fortè hactenus videbãtur nimium disciplinæ vincula laxata,& præceps indulgentia præceptoris, consideret domũ patris tui,clarissimi qdem & eruditissimi viri,sed adhuc ambulantis in tenebris: & intelliget consiliũ Apostoli illuc profecisse,vt radicis amaritudinẽ, dulcedo fructuum compensaret: & viles virgulę,balsama precioſa sudarent. Tu es nata[2] de impari matrimonio: de te & Toxotio meo Paula generata est. Quis hoc crederet,vt Albini põtificis neptis [3] de repromissione martyris nasceret? vt præsente & gaudente auo,paruulę adhuc lingua balbutiẽs, Christi alleluia resonaret? vt virginem dei in suo gremio nutriret senex? Et bene feliciterq; expecta uimus. Sancta & fidelis domus virum sanctificat M
infidelem. Iam[4] candidatus est fidei,quem filiorũ & nepotum credens turba circundat. Ego puto[5] etiã ipsum Iouem, † si habuisset talem cognationem,potuisse in Christum credere. Despuat licèt & irrideat epistolam meam,& me vel stultum,vel insanum clamitet: hoc & gener ei⁹ faciebat antequam crederet.[6] Fiunt, non nascũtur Christiani. [7] Auratũ squalet [8] Capitoliũ, Fuligine & aranearum telis omnia Romæ tẽpla cooperta sunt. Mouetur vrbs sedibus suis,& inundans populus ante delubra semiruta, currit ad martyrum tumulos. Si non extorquet fidem prudentia,extorqueat saltem verecũdia. Hoc Læta,religiosissima in Christo filia,dictum sit,vt non desperes parentis salutem: & eadem fide qua meruisti filiam, & patrem recipias,totaq; domus beatitudine perfruaris,sciens illud à domino repromissum: Quæ apud ho- Lucæ.18.
mines impossibilia,apud deũ possibilia sunt. Nũquam est sera conuersio. Latro de cruce transijt in Lucæ.23.
paradisum: Nabuchodonosor rex Babylonis,post Dan.4.
efferationem corporis & cordis, & beluarum in eremo

† iuuenem.

†ſanam. eremo conuictum,mentē recepit humanā.†Et,vt
A omittam vetera, ne apud incredulos nimis fabuloſa videātur,ante paucos annos[9] propinquus veſter Gracchus nobilitatē patritiam ſonās nomine,cùm[10] præfecturā gereret vrbanā,[11] nónne ſpecum Mythræ, & omnia portentuoſa ſimulachra, [12]quibus[13]Corax,[14]Niphus[15]miles,[16]Leo,Perſes,[17]
Helio- Helios,Bromi[9]† pater initiātur,ſubuertit,fregit,
dromus. exuſſit:& his quaſi obſidibus antè præmiſſis, impetrauit baptiſmū Chriſti. Solitudinē patitur & in vrbe gētilitas. Dij quondā nationū,cū bubonibus & noctuis in ſolis culminib[9] remanſerūt. Vexilla militū, crucis inſignia ſunt. Regū purpuras & ardētes diadematū gemmas, patibuli ſalutaris pictura condecorat. Iam &[18] Aegyptius Serapis Chriſtian[9] factus eſt.[19] Marnas Gazę luget incluſus,& euerſionem templi iugiter pertremiſcit. De India,Perſide, Aethiopia monachorū [20] quotidie turmas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras Armenius,Huni diſcunt pſalterium,Scythiæ frigora,feruent calore fidei:Getarum rutilus & flauus exer-
B citus,eccleſiarum circunfert tentoria, & ideo forſitan contra nos æqua pugnant acie,quia pari religione confidunt. Penè lapſus ſum ad aliam materiam,[21]& currente rota,dum vrceum facere co-
« gito,amphoram finxit manus. Propoſitū enim
« mihi erat, ſanctæ Marcellæ & tuis precibus inuitatum, ad matrem,id eſt,ad te ſermonē dirigere, & docere quomodo inſtituere Paulā noſtram debeas,quæ prius Chriſto conſecrata eſt, q̄ genita: quam antè votis,q̄ vtero concepiſti. Vidimus aliquid temporibus noſtris de prophetalibus libris:
1.Reg.1. Anna ſterilitatem alui,fœcunditate mutauit. Tu luctuoſam fœcunditatē,vitalibus liberis commutaſti. Fidens loquor,accepturam te filios,quę primum fœtū domino reddidiſti. Iſta ſunt primogenita,quę offerūtur in lege. Sic nat[9] eſt Samuel,ſic
Iudicū.13. ortus Sāpſon eſt,ſic Ioānes Baptiſta ad introitū
Lucæ.1. Mariæ exultauit & luſit. Audiebat em̄ verba domini per os virginis pertonantis,& de vtero matris in occurſum eius geſtiebat erumpere. Igitur
C quæ de repromiſſione nata eſt,dignā habeat ortu
1.Reg.1. ſuo inſtitutionem parentum. Samuel nutritur in
Mat.3.& templo,Ioannes in ſolitudine præparatur. Ille ſa-
Mar.1. cro crine venerabilis eſt,vinum & ſiceram nō bibit: adhuc paruulus cum domino ſermocinatur. Hic fugit vrbes, zona pellicea cingitur, locuſtis a litur ac melle ſylueſtri:& in typum pœnitentiæ prædicandę,tortuoſiſſimi animalis veſtitur exuuijs. Sic erudienda eſt anima,quæ futura eſt templum dei. Nihil aliud diſcat audire,nihil loqui,niſi quod ad timorē dei pertinet. Turpia verba non intelligat,cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua,pſalmis dulcibus imbuatur. Procul ſit ętas laſciua puerorū: ipſæ puellæ & pediſequæ à ſeculāribus conſortijs arceātur, ne quod malè didicerint,peius doceant. Fiant ei literæ vel buxeæ, vel eburneæ,& ſuis nominibus appellentur. Ludat in eis,vt & luſus ipſe eruditio ſit. Et nō ſolum ordinem teneat literarum, vt memoria nominum in canticum tranſeat:ſed & ipſe inter ſe crebrò ordo turbetur,& medijs vltima, primis media miſceātur: vt eas non ſono tantum, ſed & viſu nouerit. Cùm vero cœperit trementi manu ſtilum in cera ducere,vel alterius ſuperpoſita manu teneri regā-

tur articuli,vel in tabella ſculpantur elementa,vt D
per eoſdem ſulcos incluſa marginibus trahantur veſtigia,vt foras nō queant euagari. Syllabas iungat ad præmiū:& quibus illa ætas deliniri poteſt, munuſculis inuitetur. Habeat & in diſcendo ſocias,quibus inuideat,quarum laudibus mordeatur. Nō obiurgāda eſt,ſi tardior ſit:ſed laudibus excitandum eſt ingeniū,vt et viciſſe gaudeat,& victa doleat,Cauendum in primis,[22]ne oderit ſtudia:ne amaritudo eorū prȩcepta in infantia,vltra rudes, annos tranſeat. Ipſa nomina per quæ conſueſcit paulatim verba contexere,[23]non ſint fortuita,ſed certa & coaceruata de induſtria prophetarum videlicet atq̄ Apoſtolorum,& omnis ab Adam patriarcharum ſeries,[24]de Matthæo Lucaq̄ deſcendat:vt dum aliud agit,futuræ memoriæ præparetur. Magiſter probæ ætatis & vitæ atq̄ eruditionis eſt eligēdus:nec puto erubeſcet vir doctus, id facere in propinqua, vel nobili virgine, quod Ariſtoteles fecit in Philippi filio, vt ipſe [25] librariorum vilitate initia traderet literarū. Non ſunt contemnenda quaſi parua, ſine quibus magna cō E
ſtare nō poſſunt. Ipſe elementorū ſonus,& prima inſtitutio præceptorū, aliter de erudito, aliter de ruſtico ore ꝓfertur. Vnde & tibi eſt prouidendū, ne ineptis blāditijs fœminarum,dimidiata dicere verba filia cōſueſcat,& in auro atq̄ purpura lude re: quorū alterū linguę,alterū moribus officit: ne diſcat in tenero, quod ei poſtea dediſcendum eſt. [26]Gracchorum eloquentiæ,multū ab infantia ſermo matris cōtuliſſe ſcribitur.[27]Hortenſij oratio inter paternos ſinus coaluit. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt.[28] Lanarum conchylia quis in priſtinum candorem reuocet?[29] Recens teſta diu & ſaporem retinet & odorem, quo primum imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria, Alexandrum potētiſſimū regem,orbisq̄ domitorem, & in moribus,& in inceſſu,[30] Leonidis pædagogi ſui nō potuiſſe carere vitijs,quibus adhuc paruulus fuit infectus. [31] Procliuis eſt enim malorum æmulatio:& quorū virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia. Nutrix ipſa non ſit temulenta, non laſciua,nō garrula:habeat modeſtam gerulā, nutriciū grauē. Cùm auū viderit, in pectus eius F
tranſiliat, de collo pēdeat,[32]nolenti alleluia decātet. Rapiat eam auia:patrem riſibus agnoſcat: ſit omnibus amabilis:& vniuerſa propinquitas [33]roſam ex ſe natam gaudeat. Diſcat ſtatim quam habeat[34]&alterā auiam,quā amitam:cui imperatori, cui exercitui tyruncula nutriatur. Illas deſideret, [35]ad illas tibi minitetur abſceſſum. Ipſe habitus & veſtitus doceat eā,cui promiſſa ſit. Caue [36] ne aures eius perfores:ne[37] ceruſſa & purpuriſſo conſecrata Chriſto ora depingas,nec collū auro & margaritis premas,nec caput gemmis oneres,nec capillū irrufes,& ei aliquid de gehennę ignibus auſpiceris. Habeat alias margaritas,quibus poſtea venditis,emptura eſt precioſiſſimum margaritū, Prætexata nobiliſſima quondam fœmina,iubēte viro Hymetio, qui patruus Euſtochij virginis Hymetius
fuit, habitum eius cultumq̄ mutauit:& neglectū crinem,[38] mundano more pexuit,vincere cupiens & virginis propoſitū, & matris deſiderium:& ecce tibi eadem nocte cernit in ſomnis veniſſe ad ſe angelum terribili voce minitātem pœnas,&[39] hęc

G verba frangentem: Tu ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis dei, tuis sacrilegis attrectare manibus, quæ iã nunc arescẽt, vt sentias excruciata quid feceris: & finito mense quinto, ad inferna duceris. Sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis, & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitẽtiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, sic gẽmas & preciosissima ornamẽta defendit. Et hoc retuli, non quòd insultare velim calamitatibus infelicium, sed vt moneam, cum quãto metu & cautione seruare debeas, qđ deo spopondisti. Heli sacerdos offendit deum ob vitia liberorũ. Episcopus fieri non potest, qui filios habuerit luxuriosos, nõ subditos. At ecõtrariò de muliere scribitur, quòd salua fiet per filiorum generationem, [40] si permãserint in fide & charitate, & sanctificatione cũ pudicitia. Si perfecta ætas & sui iuris imputatur parentibus, quanto magis lactens & fragilis, quæ [41] iuxta sententiã domini, ignorat dextram & sinistram, id est, boni & mali differentiam? Si solicita prouides, ne filia percutiatur à vipera, cur nõ eadẽ cura prouideas, ne feriatur à [42] malleo vniuersę terræ? ne bibat [43] de aureo calice Babylonis? ne egrediat [44] cũ Dina, & velit videre filias regionis alienę? ne ludat pedibus, ne trahat tunicas? Venena non dantur, nisi melle circũlita: & vitia nõ decipiunt, nisi sub specie vmbraq; virtutũ. Et quomodo, inquies, peccata patrum filijs non reddantur, nec filiorum parẽtibus, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur? Hoc de his dicitur, qui possunt sapere, de quibus in Euangelio scriptum est: Aetatem habet, loquatur pro se. Qui autem paruulus est, & sapit vt paruulus, donec ad annos sapientiæ veniat, & [45] Pythagoræ litera eum perducat ad biuium, tam bona eius quàm mala parẽtibus imputantur. Nisi fortè existimas Christianorum filios, si baptisma nõ receperint, ipsos tãtũ reos esse peccati, & non etiam scelus referri ad eos, qui dare noluerint: maximè eo tempore, quo contradicere non poterãt qui accepturi erant: sicut è regione salus infantium, maiorum lucrum est. Offerre nec ne filiã, potestatis tuæ fuit (quãq; alia sit tua conditio, quæ prius eam vouisti, quàm conciperes) vt autem oblatã nõ negligas, ad periculum tuum pertinet. Qui claudam & mutilã, & qualibet sorde maculatam obtulerit hostiã, sacrilegij reus est: quanto magis qui partem corporis sui, & illibatæ animæ puritatem regis amplexibus parat, si negligẽs fuerit, punietur? Postquã grãdiuscula esse cœperit, & [46] in exemplum spõsi sui crescere sapientia, ætate, & gratia apud deũ & homines, [47] pergat ad templum veri patris cum parentibus suis, sed cum illis non egrediatur è tẽplo. Quærant eam in itinere seculi inter turbas & frequentiam propinquorum, & nusquam alibi reperiant, [48] nisi in adyto scripturarum, prophetas & Apostolos de spiritualibus nuptijs sciscitãtem. Imitetur Mariam, quam Gabriel solã in cubiculo suo reperit: & ideo forsitan timore perterrita est, quia virũ, quem nõ solebat, aspexit. Aemuletur eam de qua dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Loquat & ipsa electo, charitatis iaculo vulnerata: Introduxit me rex in cubiculum

1. Regũ. 1. & 4.
1. Timo. 3.
Ezech. 18.
Ioan. 9.
Deut. 15.
Psal. 44.
Cant. 1.

suum. [49] Nunquã exeat foras, ne inueniant eam K
qui circumeunt ciuitatem: ne percutiant & vulnerent, & auferant theristrum pudicitiæ, & nudã in sanguine derelinquant: quin potius cũ aliquis ostium eius pulsauerit, dicat: Ego murus, & vbera Cant. 8.
mea turris: laui pedes meos, nõ possum inquinare eos. Nõ vescatur in publico, id est, in parentũ conuiuio, ne videat cibos quos desideret. Et [50] licèt qdam putent maioris esse virtutis, præsentem contemnere voluptatem: tamẽ ego arbitror securioris cõtinẽtiæ esse, nescire quod quæras. Legi quõdam in scholis puer: [51] Aegrè reprendas, quod finis consuescere. » Discat iam nunc & vinũ nõ bibere, in quo est luxuria. Ante annos robustæ ętatis, [52] periculosa est teneris & grauis abstinẽtia: vsque ad id tempus, si necessitas postulauerit, & balneas adeat, & vino vtatur modico propter stomachum, & carnium edulio sustentetur, ne prius deficiant pedes, quàm currere incipiant. Et hoc dico iuxta indulgentiã, non iuxta imperium, timẽs debilitatem, non docens luxuriam. Alioqui quod Iudaïca superstitio ex parte facit in reiectione quo- L
rundam animalium atq; escarum, quod & Indorũ [53] Brachmani, & Aegyptiorum Gymnosophistæ in polente & [54] orizæ, & pomorum solo obseruãt cibo, cur virgo Christi non faciat in toto? [55] Si tãti vitrum, quare nõ maioris sit precij margaritũ? Quæ nata est ex promissione, sic viuat, vt illi vixerũt, qui de repromissione generati sunt. Aequa gratia, æquũ habeat & laborẽ. Surda sit ad organa. Tibia, lyra, cithara, cur facta sint, nesciat. Reddat tibi pensum quotidie de scripturarũ [56] floribꝰ carptum. [57] Discat Græcorum versuum numerũ. Sequatur statim & Latina eruditio: quę si non ab initio os tenerũ cõposuerit, in peregrinũ sonũ lingua corrumpitur, & externis vitijs sermo patrius sordidatur. Te habeat magistrã, te rudis miretur † infantia. Nihil in te & in patre suo videat: qđ † imitetur
si fecerit, peccet. Memẽtote vos parẽtes virginis, magis eam exemplis doceri posse, quàm voce. Cito flores pereunt, cito violas & lilium & crocũ pestilens aura corrumpit. Nusquã absq; te procedat in publicũ. Basilicas martyrum & Ecclesias sine M
matre nõ adeat. Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat. Vigiliarum dies & solẽnes pernoctatiões sic virgũcula nostra celebret, vt [58] ne trãsuersum quidem vnguẽ à matre discedat. Nolo de ancillulis suis aliquã plus diligat, cuius crebrò auribus insusurret. Quicquid vni loquitur, hoc omnes sciant. Placeat ei comes, non compta, neq; formosa atq; lasciua, quæ liquido gutture carmẽ dulce moduletur, sed grauis, pallens, sordidata, subtristis. Præponatur ei probę fidei, ac morũ & pudicitię virgo veterana, quæ illã doceat, & assuescat exẽplo ad orationes & psalmos nocte cõsurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricẽ Christi, accensaq; lucerna reddere sacrificiũ vespertinũ. Sic dies trãseat, sic nox inueniat laborãtẽ. Orationi lectio, lectioni succedat oratio. Breue videbit tẽpus, quod tantis operũ varietatibꝰ occupat. Discat & lanam facere, tenere colũ, ponere in gremio calathũ, rotare fusum, stamina pollice ducere. Spernat [60] bõbycũ telas, [61] Serũ vellera, & aurũ in fila [62] lẽtescẽs. Talia vestimẽta paret, qbus pellatur frigꝰ, nõ qbꝰ

vestita

A veſtita corpora nudẽtur.[63] Cibus eius oluſculum
ſit & ſimila, raroq́ piſciculi. Et ne gulæ præcepta
longius trahã, de quibus in alio loco plenius ſum
locutus, ſic comedãt, vt ſemper eſuriat: vt ſtatim
poſt cibũ poſſit legere & pſallere. Diſplicẽt mihi,
in teneris maxime ætatibus, longa & immodera-
ta ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleũ
in cibo, ac poma vetantur. Experimento didici,
« aſellum in via cùm laſſus fuerit, diuerticula quæ-
rere. Faciant hoc cultores[64] Iſidis & Cybeles, qui
guloſa abſtinentia Phaſides aues, ac fumãtes tur-
tures vorãt, ne ſcilicet[65] cerealia dona cõtaminẽt.
[66] Hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptũ, vt longo
itineri vires perpetes ſuperẽt: ne[67] in prima man-
ſione currentes, in medijs corruamus.[68] Cęterum,
vt antè ſcripſi, in quadrageſima cõtinentiæ[69] vela
pandenda ſunt, & tota aurigæ retinacula equis la
xanda properantibus. Quanquã alia ſit conditio
ſeculariũ, alia virginum & monachorũ. Secularis
homo in quadrageſima vẽtris ingluuiẽ decoquit,
« [70] & in cochlearum morem ſucco victitans ſuo, fu
B turis dapibus ac ſaginæ,[71] aqualiculũ parat. Vir-
go & monachus ſic in quadrageſima[72] ſuos admit
tant equos, vt ſibi meminerint ſemper eſſe currẽ-
dũ. Finitus labor maior, infinitus moderatior eſt.
Ibi enim reſpiramus, hìc perpetuò incedimus.

Si quando ad ſuburbana pergis, domi filiã non
relinquas: neſciat ſine te, nec poſſit viuere: & cùm
ſola fuerit, pertimeſcat. Non habeat colloquia ſe-
cularium, non malarũ virginum contubernia. Nõ
interſit nuptijs ſeruulorum, neq́ familiæ perſtre-
pentis luſibus miſceatur. Scio præcepiſſe quoſdã,
ne virgo Chriſti cum eunuchis lauet, nec cũ ma-
ritatis fœminis: quia alij nõ deponãt[73] animos vi-
rorum, aliæ tumentibus vteris[74] præferant fœdi-
tatem. Mihi omnino in adulta virgine lauacra di
ſplicent, quę ſeipſam debet erubeſcere, & nudã vi-
dere nõ poſſe. Si enim vigilijs & ieiunijs macerat
corpus ſuum, & in ſeruitutẽ redigit: ſi flammã li-
bidinis & incẽtiua feruentis ætatis extinguere cu
pit continentiæ frigore: ſi appetitis ſordibus tur-
bare feſtinat naturalẽ pulchritudinem, cur econ-
trario balnearum fomẽtis ſopitos ignes ſuſcitat?

C Pro gemmis & ſerico diuinos codices amet, in
quibus nõ auri &[75] pellis Babylonicę vermiculata
pictura, ſed ad fidem placeat emendata & erudita
diſtinctio. Diſcat primò pſalterium, his ſe cãticis
auocet, & in prouerbijs Solomonis erudiatur ad
vitam. In Eccleſiaſte conſueſcat, quæ mundi ſunt
calcare. In Iob virtutis & patientiæ exẽpla ſecte-
tur. Ad Euangelia tranſeat, nunquam ea poſitura
de manib9. Apoſtolorũ acta, & epiſtolas, tota cor-
dis imbibat volũtate. Cunq́ pectoris ſui cellariũ
his opibus locupletauerit, mandet memoriæ pro-
phetas, Pentateuchũ, & Regum, & Paralipomenõ
libros, Eſdræ quoq́ & Heſter volumina. Ad vlti-
mum, ſine periculo diſcat Canticum canticorum,
ne ſi in exordio legerit, ſub carnalibus verbis ſpi-
ritualium nuptiarum epithalamium non intelli-
gens, vulneretur. Caueat omnia[76] apocrypha. Et
ſi quãdo ea[77] non ad dogmatũ veritatem, ſed[78] ad
ſignorum reuerentiam legere voluerit: ſciat non
eorum eſſe,[79] quorũ titulis prænotantur: multaq́
« his admixta vitioſa, & grandis eſſe prudẽtiæ[80] au-
« rum in luto quærere. Cypriani opuſcula ſemper
in manu teneat. Athanaſij epiſtolas & Hilarij li- D
bros inoffenſo decurrat pede. Illorũ tractatibus,
illorum delectetur ingenijs, in quorum libris pie-
tas fidei non vacillet. Cæteros ſic legat, vt magis
iudicet quàm ſequatur. Reſpondebis: Quomo-
do hæc omnia mulier ſecularis, in tanta frequen-
tia hominum, Romæ cuſtodire potero? Noli ergo
ſubire onus, quod ferre non potes: ſed poſtquam
[81] ablactaueris eam cum Iſaac,[82] & veſtieris cum
Samuele,[83] mitte auiæ & amitæ. Redde precioſiſ-
ſimam gemmam cubiculo Mariæ,[84] & cunis Ieſu
vagictis impone. Nutriatur in monaſterio, ſit in-
ter virginum choros, iurare nõ diſcat, mentiri ſa-
crilegium putet, neſciat ſeculũ, viuat angelicè, ſit
in carne ſine carne, omne hominum genus ſui ſi-
mile putet. Et, vt cætera taceã, certe te liberet ſer-
uandi difficultate, & cuſtodię periculo. Melius ti-
bi eſt deſiderare abſentẽ, quàm pauere ad ſingula:
quid loquatur, cum quo loquatur, cui annuat, quẽ
libenter aſpiciat. Trade Euſtochio paruulã, cuius
nunc & ipſe vagitus pro te oratio eſt. Trade co-
mitem ſanctitatis, futurã hæredem. Illam videat, E
illam amet, illam[85] primis miretur ab annis, cuius
& ſermo, & inceſſus, & habitus, doctrina virtutum
eſt. Sit in gremio auiæ, quę repetat in nepte, quic-
quid præmiſit in filia: quæ longo vſu didicit nu-
trire, ſeruare, docere virgines:[86] in cuius coronam
centenarij quotidie numeri caſtitas texitur.[87] Fe-
lix virgo, felix Paula Toxotij, quæ per auiæ amitę-
q́ virtutes nobilior eſt ſanctitate, quàm genere.
O ſi tibi cõtingeret videre[88] ſocrum & cognatam
tuam, & [89] in paruis corpuſculis ingentes animos
intueri: pro inſita tibi pudicitia non ambigerem,
quin præcederes filiam, &[90] primam dei ſententiã
[91] ſecunda Euãgelij lege mutares:[92] Nec tu paru-
pẽderes aliorum deſideria liberorum, ſed teipſam
magis offerres deo. Sed quia tempus eſt amplexã- Eccl's.3.
di, & tempus longè fieri à cõplexibus: & vxor non
habet poteſtatem corporis ſui: & vnuſquiſque in 1.Cor.7.
qua vocatiõe vocatus eſt, in ea permaneat in do-
mino: & qui ſub iugo eſt, ita debet currere, ne in
luto comitem derelinquat: totum redde in ſobole,
quod in te interim diſtuliſti. Anna filium quem
deo voüerat, poſtquã obtulit in tabernaculo, nun- F
quam recepit: indecens arbitrata, vt futurus pro-
pheta in eius domo creſceret, quæ adhuc alios fi-
lios habere cupiebat. Denique poſtquam concepit
& peperit, non eſt auſa ad templum accedere, &
vacua apparere coram domino, niſi prius redde-
ret quod debebat: taliq́ immolato ſacrificio, reuer
ſa domum, quinque liberos ſibi genuit, quia pri-
mogenitum deo pepererat. Miraris felicitatem
ſanctæ mulieris? Imitare fidem. Ipſe, ſi Paulam
miſeris, & magiſtrum & nutricium ſpondeo. Ge-
ſtabo humeris, balbutiẽtia ſenex verba formabo,
multo glorioſior[93] mundi philoſopho, qui non re-
gem Macedonum[94] Babylonio periturum vene-
no, ſed ancillam & ſponſam Chriſti erudiam, re-
gnis cœleſtibus offerendam.

SCHOLIA.

SAnctificatus eſt enim.) Locus eſt apud diuũ Pau 1
lum in priore ad Corinthios epiſtola, cap. vij. In
antiquis exemplaribus repperimus ſcriptum, in
viro, non per virum: & in vxore, non per mulie-
rem.

G rem. Sic enim habent Græca, ἡγίασαι γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγίασαι ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί, id est: Sãctificatus est enim vir incredulus in vxore, & vxor incredula, in viro. Porrò quod addit interpres, fideli & fideli, explicandi causa fecit. 2 De impari matrimonio.) Ob id, ni fallor, quòd ex altera parente Christiana, altero gentili nata sit. Id enim mox indicat, cùm ait: Vt nõ desperes parentis salutẽ. 3 De repromissione martyris.) Apparet Albinum prædixisse futurũ, vt pareret. Alluſit ad Isaac, qui & ipse natus est ex repromissione, quẽadmodum & Christus, & Ioannes Baptista. 4 Candidatus est fidei.) Nondũ baptizatus,

Candidati sed qui iam ambiret, ac postularet baptizari. Nam candidati vocabãtur olim, qui peterent magistratũ, quòd ij, quò magis essent conspicui populo, candida veste ambibãt, singulos salutantes. Vnde Fabius filiũ suũ auitæ eloquentię candidatũ scribit, quòd eam etsi nondũ assecutus, tamẽ assequi conaretur. Et Seuerus in vita Martini: Necdũ, inquit, tamẽ regeneratus in Christo, agebat quendã bonis operibus baptismatis candidatũ. Ad eundẽ modũ & hunc fidei candidatũ vocat, quòd ita viueret, vt baptismate dignus esse videretur.

5 Etiam ipsum Iouẽ.) Nõ videtur hic locus vacare mendo: quorsum enim huc induceret Iouẽ? Verũ diuinare possum, qd scribendũ sit. Fortasse pro Ioue legendũ est, proauũ. Nisi forte hoc sentit: Iouem fuisse hominem, quem Letę pa-

H ter colebat pro deo, adeo cæcus ac durus, vt tot exemplis nõ potuerit conuerti ad Christum: quũ ipse quem colebat Iuppiter, si viueret, tot suorum exemplis & hortatib⁹ potuisset ad Christianismũ adduci. 6 Fiunt, non nascuntur Christiani.) Partẽ encomiastică clausit epiphonemate, sicuti solet. 7 Auratũ squalet.) Hic ingreditur in locum cõmunẽ, de gentilitate passim in toto orbe aboleſcẽte, & Christiana religione vbiq; magis ac magis efflorescente. Verũ hanc gloriam rursum perdidimus, quandoquidẽ professio Christiani nominis in angustum contracta est his tẽporibus, & inter hos ipsos perpauci sunt, q verè sint Christiani. Turcisq; minamur bellũ, quasi verò ferro soleant fieri Christiani, cũ ipsi

Capitoliũ Turcã in pectore geramus. 8 Capitoliũ.) In quo omnium deorũ simulacra habebãtur, Ioue præsidẽte. 9 Propinqu⁹

Gracchi. vester Gracch⁹.) Gracchorũ familia Romę nobilissima fuit, Vnde Paulã quoq; duxisse genus, testat in illius epitaphio: Gracchorũ soboles Agamẽnonis inclyta proles. 10 Prę-

Præfecturarum genera. fecturã gereret vrba.) Nam multa præfecturarũ genera, verũ præfectus vrbis plurimũ iuris obtinebat, adeò vt absente imperatore, imperatoris haberet autoritatem. 11 Nõne specum Mithræ.) Quanq̃ hic loc⁹ propemodũ deprauatior est in omnibus exemplaribus, quàm vt ad plenum restitui possit, tamen lucem aliquã ostẽdam, ac viam aperiã lectori, quò

Dij octo. sensum vtcunq; percipiat. Veteres octo deos faciebant, ignẽ,

Mithra. aquam, terrã, cœlum, lunam, solem, mithram, noctẽ. Mithrã

I autem Persæ, eundẽ putabãt esse cũ sole, quem in primis ea gens venerabatur. Huius simulacrũ ita fingebant, vt faciem haberet leonis, vtraq; manu cornua bubula comprimens. Rẽ diuinã ita factitabãt, vt sacerdotes bouem è specu cornibus educerent, eumq; Mithræ mactarent. Vnde & Hieronymus

Mithriaca de specu meminit. Ea sacra Mithriaca vocabãtur. Martian⁹ Capella eundẽ existimat, quem alij Phœbum appellent, alij Isæum, & quem Nili accolæ vocent Serapim, Memphitici Osirim, Persæ Mithram. Plura de his Herodotus & Strabo, verum hæc ad huius loci explanationem sufficiunt. De adyto Mithrę repurgato, meminit historię Tripartitæ liber vj. quod an huc pertineat, nescio. Mithræ meminit Hieronym⁹ etiam in commentario quem scripsit in Amos. 12 Quib⁹

Corax.) Gentiles deos suos effigie beluarum colebant, velut Aesculapium sub imagine serpentis, Mercurium canis, Panẽ hirci, præsertim apud Aegyptios, gentem ad insaniam vsque superstitiosam, apud quos taurus, quem Apidem vocant, cebus, ea est simia caudata, crocodilus, ibis, aquila, lupus, canis, coruus, deniq; & cepe, & vẽtris crepitus habent numen, quẽadmodum apparet, cum ex plurimis alijs rerum scriptoribus, tum maximè ex Herodoto, Plinio, Diodoro Siculo, Iuuenale, cuius est de his rebus Satyra decimaquinta, Lucianus de sacrificijs. Verum hic locus ita deprauatus est, vt ad restituendum Delio quopiam fit opus. Nos tamen quantum assequi cõiectura potuimus, indicabimus. 13 Corax.) Populus est inter Callipolim & Naupactum. Corax autem Corax. Græcè coruum sonat, quam auem nonnulli pagani numinis vice colebant: vnde & coracina dicta sacra: quemadmodum testatur & diuus Ambrosius, enarrans epistolã Pauli ad Romanos. 14 Niphus.) Nonnulli codices habebant Nymphus. Suspicor legendum Nibis, quæ ciuitas est Aegypti, autore Stephano, quę ab Ibide nomẽ habere videtur: aut certe Nisibis. 15 Miles.) Non dubiũ quin miles vox sit adulterina. Quare legendum arbitror, vel Mylon, quæ ciuitas est Aegypti, vel Mylax, qui populus est Epiri: vel, quod mihi magis placet, Thmuis, quod nomen est ciuitatis Aegypti: sic ab hirco dictæ, quòd apud Aegyptios hircus θμοῦις vocetur: vt testatur diuus Hieronymus in Esaiam capite xlvj.

16 Leo.) Leon legendum opinor. Est & hoc nomine populus à Leone dictus, cuius meminit Hieronymus in eo quẽ modo citauimus loco. Meminit & Plinius Leontopolios, in descriptione Aegypti, libro quinto capite nono, meminit & Leonti, nisi fortè pro Leon legendum est Lycon, quæ ciuitas est Aegypti: cuius meminit Hieronymus in eodem quẽ paulò ante citaui loco. 17 Helius.) Diuus Hieronymus Hierusalẽ binominis. in epitaphio Paulę, indicat Hierusalem ciuitatem fuisse trinominem, Iebus, Salem, & Hierusalem: deinde ab Adriano Heliam vocatam. Helius autem solem significat. Sed

L quoniam nonnulli codices habebant Heliodromis, nonnulli Heliodromius, potest fieri vt ciuitas fuerit à solis cursu vocata, præsertim quum Mithram Persæ solem appellent. Quæ citra emendatorum exemplarium auxilium ad plenũ restitui non possunt. Nos in tantis tenebris lectori nonnihil lucis aperuimus, & plura coniectandi ministrauimus ansam. Non omnia possumus omnes. Sed illud mirum est, diuum Hieronymum hoc loco non facere mentionem eius ciuitatis, quæ à cane quem adorat, nomen habet κυνῶμ, cùm huius meminerit in Esaiæ commentarijs. Meminit & Plinius Cynopoleos & Lycopoleos. Et pro pater, legendum suspicor pariter. 18 Aegyptius Serapis.) Apim bouem intelligit, quem Aegyptij mira superstitione colere consueuerunt. Nam is & Serapis apud scriptores appellatur, de quo permultà passim apud autores, nominatim apud Herodotum, ac Plinium, ac mox Hieronymum. 19 Marnas Gazę

luget.) Gaza ciuitas est Palæstinæ, finitima Aegypto, quam Gaza. Syri Azam vocant, vt testatur Stephanus. Strabo quoque Gazam Syriæ partem facit, Iudææ contiguam. Qui Azam vocant, dictam existimant ab Azone Herculis filio. Qui Gazam nominant, à Ioue conditam aiunt: nomen inditum, quòd illic Iuppiter suas opes reposuerit, quas Persę sua lingua Gazam vocant. Hic Iouis templum fuisse testantur, quẽ illi sua lingua Marnan vocant, alludentes, opinor, ad Cre- M ticam vocem, quòd Cretenses vernaculo sermone Marnan appellent virgines. Nam templũ hoc Cretæi Iouis esse creditum est. Meminit huius rei Hieronymus in commentarijs, quibus enarrat prophetam Esaiam his verbis: Siue destructa idololatria extruetur Euangeliũ. Hoc & nostris tẽporibus videmus esse completum. Serapis in Alexandria, & Marnæ templum Gazæ, in Ecclesias domini surrexerunt, & ciuitates Aroër Euangelicis gregibus præparatæ sunt. Tripartitæ historię liber sextus meminit de duab⁹ Gazis Palæstinæ, quarũ maritima Christi cultrix dicta sit primùm Maiora, deinde Constantia, postremò Gaza maritima. 20 Quotidie turmas.) Festiuissimè verbum militare traxit ad monachos, quòd ab his regionibus, vnde militum cohortes solent erumpere, nunc monachum examina mittantur.

21 Et currente rota.) Alluſit ad Horatianum illud in arte poëtica: Amphora cœpit institui currente rota, cur Amphora vrceus exit? Nam amphora lato ore est, vrceus angusto. Vrceus. Id propemodum prouerbij vice dicitur, quoties orationis initium non conuenit cum extrema parte. Sed tamen hoc loco diuus Hieronymus, cupiens à sua Ecbasi redire ad argumentum, hac est vsus correctione, qua non raro solemus in transitu vti: quemadmodum ostendimus & in commentarijs de copia. 22 Ne oderit studia.) Hoc præcipiendum

A piendum ineptis noſtræ tempeſtatis literatoribus,qui clamoribus, minis, conuicijs, plagis, morum aſperitate, docendi perplexa & inamabili ratione,nihil aliud efficiunt,niſi vt pueri in omnem vitam oderint literas. 23 Non ſint fortuita.) Idem obſeruandum erit in thematis,quæ à præceptore proponuntur, ſicuti nos quoque admonuimus in libello de inſtituendis pueris. 24 De Matthæo Lucaq;.) Nam hi duo Chriſti genealogiam deſcribunt, quanquam non eodem modo. 25 Librariorum vilitate.) Apparet olim librarios literarum elementa pueris monſtrare ſolitos. Extat epiſtola Græca apud Aulum Gellium, qua Philippus Alexādrum adhuc infantem, Ariſtoteli velut in gremium tradit literis inſtituendum. Vnde addidit,vilitate, quòd tantus Philoſoph⁹ eó ſe demiſerit,quod vilium librariorum eſſe munus conſueuit. 26 Gracchorum eloquen-
Cornelia. tiæ.)Corneliam intellige,ſororem Aphricani,matrē Gracchorum:cuius extabant olim epiſtolæ,multū eloquētiæ præ ſe ferentes:vt teſtis eſt Quintilianus, ex quo Hieronymus hunc locum mutuo ſumpſit.Præterijt autem Hieronymus
Lælij filia. exemplum de Lælij filia,cuius eodem loco meminit Quintilianus. 27 Hortenſij oratio.)Hic in eloquentiæ campo Ciceronis æmulus fuit,vel huius magis Cicero, quem tamē breui ſuperauit.Huic & patrem eloquentem fuiſſe apparet,
B niſi fortè quod ſuſpicor Hortenſiæ legendum eſt,vt intelli-
Hortenſij filia. gas Hortenſij filiam,cuis olim extabat oratio apud Triūuiros habita,quę legebatur,non tantū in ſexus honorem,vt inquit Quintilianus. 28 Lanarum conchylia.) Conchylia
Purpura. purpurā appellat.Siquidem & purpura piſcis eſt nomen,vti
Murex. murex,è quorum ſucco purpura tingitur.Sic & conchyliatas appellant veſtes conchylij ſucco imbutas. Harum olim ingens erat precium,vt Iulius Cæſar conchyliatarum vſum nō permiſerit, niſi certis perſonis & ætatibus,ac ne his quidem niſi certis diebus. 29 Recens teſta.) Alluſit ad illud Horatianū: Quo ſemel eſt imbuta recens,ſeruabit odorē
Leonides. Teſta diu. 30 Leonidis.)Et hui⁹ hiſtorię meminit Quintilianus.Leonides autem erat Alexandri pædagogorū princeps,vt teſtatur & Plutarchus.Fabius Diogenem Babyloniū citat autorē. 31 Procliuis eſt.) Hanc periodū clauſit epiphonemate. 32 Et nolēti alleluia.) Addidit nolenti,quoniam ethnicum ſignificat. 33 Roſam ex ſe natā.)Nonnulli codices habebant,Roſam Eccleſiæ natā gaudeat. 34 Et alteram auiā.)Eſt enim paterna auia,eſt materna auia. Auiā
Amita. alteram intelligit Paulam,& amitam Euſtochiū, id quod ex ijs quæ ſequentur magis liquebit,etiam ſi amita propriè ſoror eſt patris. Nam quod ſequitur,cui imperatori, Chriſtū
C ni fallor,intelligit,& exercitum,gregem virginum militantium Chriſto. Addidit alteram,quòd illas vel gentiles haberet,vel certe mundanas. Sed mihi magis placet,vt aliā legas, pro alteram, id quod in nonnullis reperitur exemplaribus. Quàm aliam,id eſt,q̄ diuerſam,& quàm alijs morib⁹:vt referas aliam,nō ad Paulam,ſed ad auum gētilem. 35 Ad illas tibi mini.) Expreſſit infantiū morem,qui offenſi minantur ad auiā fugituros ſe, atq; his minis delectantur parētes.

36 Ne aureis.) Olim delicatæ mulieres,ab auribus perforatis gemmas ſuſpendebant: Vnde Iuuenalis, Cum virides gemmas collo circūdedit,& cùm Auribus exterſis magnos cōmiſit elenchos. 37 Ceruſſa & purpuriſſo.) Colo-
Ceruſſa. Purpuriſſum. res ſunt quibus ſeſe fucāt fœminæ. Ceruſſa candidant vultū:purpuriſſo addunt ruborem. Eſt autem iucunda emphaſis in his verbis,depingas,premas,oneres,irrufes. Quid enī ſtultius,q̄ faciem habere coloribus depictam? Quid minus conuenit,q̄ collum,quod oportet in cœlū erigi,auro & margaritis deprimi? Aut caput onerari,quod baiulorum eſt? Feſtiuiter autem torſit de capillitij tinctura, ad ignem gehēnę. Rufus enim color igneus eſt. 38 Mundano more pexuit.) Quidam habent,nexuit:vtraq; lectio ſatis quadrat ad ſentētiam. 39 Hæc verba frangentem.)Id eſt,fragore quodam inſonantē,quēadmodum ſolent irati:niſi mauis legere,frēdentem,vt quædam habebant exemplaria. 40 Si permanſerint.)Hæc ſcribæ deprauarāt,Si permanſerit:quum ad filios,non ad matrem referatur verbū. Et Græcè eſt ἐὰν μείνωσιν. Nec ipſe ſermonis tenor patitur aliam lectionē. Sequitur enim,ſi perfecta ætas,& ſui iuris imputatur parentibus &c. 41 Iuxta ſentētiam domini.)Dextrum & ſiniſtrū D
pro bono poſuit & malo. Locus eſt in calce Ionæ prophetæ. Et ego non parcā Niniuæ ciuitati magnæ in qua ſunt pluſquam centum viginti milia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dextram & ſiniſtram ſuam: & iumenta multa.

42 Malleo vniuerſæ.)Reſpexit ad locū qui eſt apud Hieremiam cap.l.Quomodo cōtritus eſt malleus vniuerſæ terræ? Sic enim propheta vocat Satanam. 43 De aureo calice.)Et hic locus eſt apud Hieremiam capit. lj. Calix aureus Babylon inebrians omnem terram,de vino eius biberunt gētes. 44 Cum Dina.)Quomodo Dina filia Iacob ſtuprata fuerit à Sichem, legis Geneſeos ca.xxxiiij. 45 Pythago Pythagoræ
rę litera.) Y.ſignificat,de qua extat carmen Maronis titulo, litera.
Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni, Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur.Huius dextra pars, abruptum habet aſcenſum,& virtutis viam indicat:ſiniſtra,facilem,& vitiorum oſtendit viam. Tum autem ad huius literæ biuium peruenitur,cùm per ætatem incipimus deliberare, vtrā viā potius ſequi debeam⁹,quēadmodū de Hercule finxit Prodicus.Sed apparet olim huius elementi figurā, nō nihil diuerſam fuiſſe ab ea quę nunc eſt. 46 In exemplum ſponſi.) Sic enim Lucas de puero Ieſu,quod creuerit,ætate,ſapiētia, gratia. 47 Pergat ad templum.) Totum hunc locum de E
puero Ieſu,reperto in templo, & non inuento in cōmitatu, trahit ad allegoriā. 48 Niſi in adyto.) Adyta ſunt arca- Adyta.
na loca in tēplis,quę ſubire ſit nephas.Ex adytis olim reddebantur oracula.Græca vox eſt,ἄδυω,ſubeo ſignificat: ἀ,particula eſt priuatiua,ἄδυτον,quaſi nō ſubeundū. 49 Nunquā exeat.)Retulit,quod eſt Canticorū cap.j. Inuenerūt me cuſtodes ciuitatis &c. 50 Licet quidam putēt.)In hac opinione fuit Plato,qui reprehēdit Lacedæmoniorū inſtitutū, quòd iuuenes ſuos tantum aduerſus aſpera præpararent,nō exercerēt etiamvt in medijs delitijs ac voluptatibus tēperare ſibi poſſēnt. 51 Aegrè reprehēdas.) Iambic⁹ eſt trimeter,è comœdia quapiā,ſicuti videtur. Vide ne forte legendū ſit nō reprehēdas,ſed repellas. 52 Periculoſa eſt teneris.) Hieronymus vir tā ſeueræ vitæ, tamen tenerā ætatem non vult vexari ieiunijs,id quod multi Chriſtiani nunc exigunt.

53 Brachmanes.) Philoſophi ſunt apud Indos,de quorū Brachmatolerantia,prodigioſa quædam tradunt autores:ſimilia fermè de gymnoſophiſtis,ſic appellatis,quòd nudi philoſophanes.
rentur. 54 Orizæ.)Ordei genus eſt, vnde ptiſanariū cō- Orizum.
ficiunt hodie. 55 Si tanti vitrum.)Hoc alijs locis aliquot Hieronymus prouerbij vice citat, Tertullianū imitatus: Si »
tanti vitrum,quanti margaritum? vt oſtendimus in Chiliadibus. Vitrum appellat philoſophorum inſtitutum. Marga F
ritum,Chriſtianorum.aut illorum præmium, nempe gloriam,vitrum vocat:Chriſtianorum,margaritum. Adagio ſignificatur ſumma rerum inæqualitas. Nam vitrū viliſſimū imitatur gēmas,quæ precioſiſſimæ ſunt,& in his præcipuè vniones,vt teſtatur Plinius. 56 Floribus carptū.)Pro carptum,nonnulli codices habebant,ſertum,fortè ſartū legendum aut conſertum. 57 Diſcat Græcorum.) Hieronymus ad rem pertinere putat,vt virgo Græcè calleat. Theologi quidā vix exiſtimant ad rem pertinere,vt diſcant Latinè.

58 Ne trāſuerſum q.u.)Hoc dicto prouerbiali,ſignificabant minimum ſpatiū,quemadmodū & illis, Latum digitū, »
pedem,quòd tranſuerſo vngue ſoleamus metiri minuta.

60 Bombycum telas.)Hi vermes ſericum texūt,vnde tā- Bombyx.
topere ſibi placent magnates, Vide Plinium lib.xj.cap.xxij.

61 Serū vellera:)Seres Indiæ populus eſt,de quibus Ver- Seres.
gilius,Velleraq; in folijs depectūt tenuia Seres. Vnde & Serica dicta. 62 Lenteſcēs.)Nam arte efficiūt,vt aurū flecti poſſit,ſicuti cætera fila. 63 Cibus eius oluſcu.)Satis conſtat hunc locū eſſe corruptū. Sic enim habebat in pleriſque: Cibus eius oluſculū ſit & ſimila, caroq; & piſciculi. Porrò cùm Hieronymus hic luxum dedocere conetur,ſi permittat carnē & piſciculos,quæſo qd omiſit præter placētas? Equidē conijcio legēdum, Cibus eius oluſculū ſit,& è ſimila,garoq; piſciculi,vt intelligas permitti olera, & piſciculos,ſed non quoſlibet,nec opiparè conditos, ſed minutos, ac viles,

eosq;

G eosq; conditos garo & similia. Siquidem similam in condi-
Garus. mentis admisceri solere,declarat & Martialis.Garus autem piscium liquamen est salsum.Fit autem potissimum è scom
Scombri. bris,vt testatur Strabo lib.iij.qui piscis olim contẽptissimus est habitus.Vnde Persius: Nec scombros metuentia carmina, nec thus. Huiusmodi sunt pisciculi, quos Veneti vulgo
Sardellæ. vocãt Sardellas.Verum simplicius arbitror,vt legamus:Cibus eius olusculũ sit & similia,raroq; pisciculi. Nã in eandẽ sententiã scribit Paulino:Sit vilis & vespertinus cibus,olera & legumina.Interdumq; piscículos pro summis ducas delicijs.Nam quod in delicijs est,rarò oportet adhiberi. 64
Isis. Isidis & Cybeles.) Isis apud Aegyptios colitur,Cybele mater
Cybele. erat omniũ deorum,cuius Sacerdotes Galli vocabantur. Hi
Phasiani. in dies aliquot proferebãt ieiunium,& inde phasianis auibus explebantur.Sic enim hìc vocat aues phasidas,à Phaside Scythiæ fluuio,vnde primùm importatæ putãtur. 65 Cerealia dona.) Frumentum intelligit,à quo illi abstinebant, ne Cererem deam offenderent, cùm à lautioribus non abstinerent.Plutarchus in libello de Iside & Osiride,ostendit horũ sacerdotes à vino quoq; abstinuisse. 66 Hoc in perpetuo ieiunio.) Variè legitur in exemplaribus. Forte legendũ est, hoc perpetuum in ieiunio præceptum sit: Vt intelligas hoc præceptũ generale,vbiq; habere locũ in omni ieiunio.Quod si non placet mutare scripturam,intellige perpetuum,in ali-
Mãsiones. quot dies continuatũ. 67 In prima mãsione.)Mansiones
H vocant interualla à diuersorio ad diuersoriũ,in quibus conquiescitur,Græci vocant σάδμους. 68 Cæterum in quadragesima,vt antè scripsi.) Hæc verba,vt antè scripsi, mihi videntur addita, à nescio quo parum attento. 69 Vela pandenda.)Duplici vsus est Metaphora, Nautæ aperiunt,ac laxant vela cùm festinant,& aurigæ laxant habenas,cùm admittunt equos ad cursum. 70 Et in cochlearũ morem.)
Suo succo victitare. Alluſit ad illud Plautinum: Suo victitant succo,quod dictũ est de parasitis in fame durantibus, donec contingat lautior cœna.Sic cochleæ continẽt sese intra testam, suõq; succo se sustinent,donec acciderit pluuia.Tum prorepunt & ampli-
Aqualiculus. ter pascuntur. 71 Aqualiculum parat) Aqualiculũ Persius vocat ventrem præturgidum & obesum, à vase sumpta
Admitti. metaphora. 72 Suos admittant.) Admitti dicũtur equi, quum laxatis habenis sinuntur currere. Ouidius:Non opus admisso subdere calcar equo. 73 Animos virorum.) Cũ membra & vires deposuerint, animum tamẽ & voluptatem non deposuerunt, imò quo minus possunt,hoc magis appetunt. 74 Præferant fœditatem.) Occurrit enim eas habuisse rem cum viro. 75 Pellis Babylonicę.)Huiusmodi pelles nũc mittit Hispania,Vermiculata dicũtur,minutulis
Apocrypha. I notulis, velut emblematibus distincta. 76 Apocrypha.)
Dogmata. Græcè recondita vocantur, quòd priuatim & occultè legerentur. 77 Nõ ad dogmatum veritatem.) Dogmata decreta dicuntur & certæ sententiæ.Neq; enim à docendo deducitur,vt quidã illiterati putãt,sed à Græco verbo δοκεῖν, quod significat opinari. 78 Ad signorum reuerentiam.) Conficta sunt enim,ceu fabulæ quædam,sed in hoc confictę, vt sacrũ aliquid significent. 79 Quorũ ti.)Inscribuntur Petro,Paulo,nõnulla ipsi Christo,velut epistola Iesu ad Abygarum regẽ. 80 Aurum in lu.) Apophthegma Maronis, cùm Ennium legẽs, diceret se aurũ è sterquilinio colligere. Significans illic pleraq; sordidè scripta, nonnulla tamen feliciter & eruditè. 81 Ablactaueris eam cum Isaac.)Habes Genesis ca.xxj.quòd ablactato Isaac,pater exhibuerit grãde conuiuium:id Hieronymus trahit ad allegoriam, cùm proficimus ab imperfectis ad maiora. 82 Et vestieris cũ Samuele.)De hoc legis primo regum cap.2. Samuel autẽ ministrabat ante faciem domini puer,accinctus ephod lineo.Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam adferebat statis diebus &c. 83 Mitte auiæ & amitæ.) De his superius dixerat:discat statim,quam auiam habeat,quam amitã.
84 Et cunis Iesu vagientis.)Intelligit suum monasteriũ, aut certe Paulæ,iuxta domini præsepe. 85 Primis miretur ab annis.) Retulit Vergilianum hemistichiũ ex Aeneide. 86 In cuius coronam.)Locus hic mihi videtur nõ omnino carere mendo.Alluſit autem ad trigesimum, sexagesimum,& centesimum fructum:quorum primum putant ad K
coniugatos pertinere,secundũ ad cœlibes castos, tertium ad virgines. Significat quotidie virgines adiungi choro Paulæ & Eustochij. Nam Paula tria virginũ instituit monasteria, in quibus omnis nationis & cõditionis virgines q̃ plurimas educabat,vt aliarum virginitas,illi quæ virgo non erat,imputaretur. 87 Felix virgo.)Felix Paula. Nam hoc nomẽ puellæ,quæ Lætæ fuerat nata,auiæ referens vocabulũ. 88 Socrum & cognatam.)Paulam Lætæ socrum, Eustochiũ cognatam significãt,propter affinitatem.Nam hęc propriè co Cognatio.
gnatos facit. 89 In paruis corpusculis.) Nempe quia mulieres erant.Simulq; alluſit ad Vergilianum illud de Apibus dictũ:Ingenteis animos angusto in corpore versant. 90 Primam dei sentẽtiam.)Nempe illam:Crescite & multiplicamini. 91 Secunda Euangelij.Nam hos vocat beatos,qui se castrauerint propter regnum dei. 92 Nec tu paruipẽderes.)Nec,nõ negat hoc loco,sed corrigit,& auget: perinde quasi dicas,nõ solum paruipenderes &c. verumetiam teipsam offerres. 93 Mũdi philosopho.)De Aristotele sentit, cui Alexander Magnus, puer adhuc traditus est educandus, vt Græca testatur epistola, quæ extat in noctibus Gellianis. 94 Babylonio periturum ven.) Fuit suspitio, Alexandri
sicuti testatur Plutarchus, Alexandrum magnum veneno pe M.mors.
risse,id ab Aristotele fuisse paratũ,& per Antipatrum missum.Venenum autẽ fuisse Aristotelis ingenio dignũ,nempe L
aquam quandam gelidissimam, quam è rupe quapiam Nonacriæ desudare narrãt.Eam colligunt vngula equina.Nam alio vase contineri non potest, tanta est frigoris vis. Autor Plutarchus in Alexandri vita.

ARGVMENTVM EPISTOLæ sequentis.

Laudat Demetriadem virginem,Iulianæ filiam, neptem Probæ,quòd se Christo consecrarit, hortans vt perseueret, vtq; statim obsistat instinctibus diaboli solicitãtis ad turpia. De studio,de ieiunio,de obedientia,de fugiendis iocis, cæterisq; rebus,quæ ad virginis institutum pertinent, præcipit. In hac epistola stilus nonnihil discrepat à cęteris.Mouent & alia quædam.Verum de hoc in presentia non pronunciabo, donec compertius aliquid ero nactus. Scripsit autem iam senè decrepitus,vt testatur ipse.

HIERONYMVS AD DEmetriadem,de seruanda virginitate.

INter omnes materias,quas ab adolescentia vsq; ad hãc ætatem, vel meà, vel notariorum scripsi manu, nihil
præsenti opere difficilius.Scripturus M
enim ad Demetriadẽ virginẽ Christi, quæ & nobilitate & diuitijs, prima est in orbe
Romano,† si cuncta virtutibus eius cõgrua dixe- †vrbe Roro,adulari putabor:si quædam subtraxero, ne in- ma.
credibilia videantur,damnum laudibus eius,mea faciet verecundia. Quid igitur faciam? Quod implere non possum, negare non audeo,tanta est auiæ eius & matris insignium fœminarum, in iubendo autoritas,in petendo fides,in extorquendo perseuerantia. Neque enim vt nouum & præcipuum quiddam à me flagitant,cuius ingenium in huiusce modi materijs sæpe detritũ est: Sed ne vocis meæ, pro virili parte desit testimonium in eius virtutibus explicandis, cuius vt inclyti oratoris vtar sentẽtia,spes magis laudãda est, quàm »
res. Quanquam puellares annos,fidei ardore superarit,& inde cœperit,vbi† alijs defisse perfectæ †vnde.
consummatæq; virtutis est. Sit procul obtrectatio. Faceſſat inuidia. Nullum in ambitione sit crimen. Ignoti ad ignotam scribimus, duntaxat iuxta faciem corporalẽ. Alioquin interior homo, pulchrè sibi cognitus est,illa noticia qua & Paul⁹

Apostolus

A Apostol⁹ Colossenses multosq; credētiū nouerat, quos antè non viderat. Quantū sit apud me meritum, imò miraculum virginis nostræ: hinc potest ęstimari, quòd occupatus in explanatione tēpli Hiezechielis, quod opus in omnib⁹ scripturis sanctis, vel difficillimum est: & in ea parte delubri, in qua sancta sanctorum & thymiamatis altare describitur: malui parumper vti hoc diuerticulo, vt de altari transirem ad altare, & hostiā viuam, placentem deo, ac sine vlla macula, æternæ pudicitiæ consecrarem. Scio quòd ad imprecationem pontificis, flammeum virginale, sanctum operuit caput. Et illud apostolicæ vocis insigne, celebratum sit: Volo autem vos omnes virginem castā exhibere Christo. Quando astitit regina à dextris eius, in vestitu deaurato, circūdata varietate. Qua [1] veste polymita, & multarum virtutū diuersitate contexta, indutus fuit & Ioseph, & regum quondā vtebantur filię. Vnde & ipsa sponsa
Cant.1. lætatur ac dicit: Introduxit me rex in cubiculum
Psal.44. suū. Sodaliumq; respondet chorus: Omnis gloria
B filiæ regis intrinsecus. Sed & nostra oratio, dabit aliquid emolumenti. Equorū cursus, fauore perni cior fit. Pugilum fortitudo, clamorib⁹ incitatur: paratas ad prælių acies, strictosq; mucrones, sermo imperatoris accendit. Igitur & in opere præsenti, auia quidem materq; plantauerūt, sed & nos rigabimus, & dominus incrementū dabit. Rhetorū disciplina est: ab auis & atauis, [2] & omni retro nobilitate, ornare quem laudant, vt ramorum sterilitatem, radix fœcunda cōpenset: & quod in fructu non teneas, mireris in trunco. Scilicet nūc mihi [3] Proborū & Olibriorū clara repetēda sunt nomina: Et illustris Anitij sanguinis gen⁹: in quo aut null⁹ aut rarus est, qui nō meruerit cōsulatū. Aut proferendus Olibrius virginis nostrę pater, quē immatura morte subtractum, Roma congemuit. Vereor plura dicere, ne sanctæ matris vulnus exasperem, & virtutū eius recordatio, fiat doloris instauratio. Pius filius, vir amabilis, clemēs dominus, ciuis affabilis, consul quidem in pueritia, sed morum bonitate senator illustrior. Felix morte sua, qui non vidit patriam corruentē. Imò
C felicior sobole, qui Demetriadis proauię nobilitatem, insignioré reddidit, Demetriadis filię perpetua castitate. Verum quid ago? Oblitus propositi, dum admiror iuuenē: laudaui aliquid bonorū secularium, cū in eo mihi virgo magis nostra laudanda sit, quòd hæc vniuersa contēpserit, quòd se non nobilem, non diuitijs præpollentē, sed hominem cogitarit. Incredibilis animi fortitudo, inter gemmas & sericum: inter eunuchorū & puellarū cateruas, & adulationē ac ministeria familię perstrepentis, & exquisitas epulas, quas amplæ dom⁹ præbebat abundantia, appetisse eam ieiuniorum laborem, asperitatē vestium, victus continētiam.
Matt.11. Legerat enim domini verba dicentis: Qui mollibus vestiuntur, in domib⁹ regū sunt. Stupebat ad conuersationem Heliæ & Ioannis Baptistæ: quorum vterq; zona pellicea astrinxit & mortificauit lumbos suos: alter venisse narratur in spiritu & virtute Heliæ, præcursor domini, in vtero prophetans parentis, & ante diem iudicij, iudicis voce laudatus. Annę filiæ Phanuelis mirabatur ardorem, quæ orationibus atque ieiunijs vsque ad vltimam senectutē in templo domino seruiebat. D Quatuor virginū [4] filiarū Philippi desiderabat chorum, & vnam se illarum esse cupiebat, quę pudicitia virginali, prophetiæ gratiam consequutæ sunt. His & huiusce modi cogitationib⁹, pascebat animum, nihil ita metuens, quàm auiā matremq; offendere. Quarū cùm incitaretur exemplo, volūtate & studijs terrebatur: nō quò displiceret eis sanctum propositū, sed quòd pro rei magnitudine, optare id & appetere non auderēt. Aestuabat Christi tyruncula. Oderat ornatum suum: & cū Hester loquebatur ad dominū: Tu nosti quòd ode Hester.14 rim insigne capitis mei, hoc est, diadema quo vtebatur quasi regina, & tantæ ducam immundiciæ, velut pannū menstruatę. Aiunt sanctę & nobiles fœminæ, quæ eā viderunt, quæ norūt, quas de littore Galliarum ad habitationē sanctorū locorū, hostium per Africam cōpulit sæua tempestas: noctibus & secreto, conscijs tantum virginibus dei, quæ in matris & auiæ comitatu erant, nunq; eam linteamine, nūquā plumarū vsam mollicie, sed ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu: iugi- E bus faciem rigasse lachrymis: saluatoris mēte genubus aduolutā, vt suum reciperet propositum, vt impleret desideriū, vt auiæ animum matrisq; molliret. Quid vltra differo? Cū iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur: secreto & absq; arbitris, noctēq; habens pro solatio, talibus se fertur armasse consilijs. Quid agis Demetrias? Cur pudicitiam tanto pauore defendis? Libertate op⁹ est & audacia. Quæ sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetrando? Quæ tuorum vultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalia persecutorū? Si te virorum exempla non prouocant, hortetur faciatq; securā, beata martyr Agnes, quæ & ętatē vicit & tyrannum, & titulum castitatis martyrio consecrauit. Nescis misera, nescis cui virginitatē tuam debeas. Dudū inter barbaras tremuisti manus, auiæ matrisq; sinu, & pallijs tegebaris. Vidisti te captiuā, & pudicitiam tuā, non tuæ potestatis, Horruisti truces hostium vultus: raptas virgines dei, gemitu tacito cōspexisti. Vrbs tua quondam orbis caput, Romani populi sepulchrū est, F & tu in Libyco littore, exulem virū, exul ipsa accipies? Quam habitura [5] pronubam? quo deducēda comitatu? Stridor Punicæ linguæ, [6] procacia tibi [7] Fescennina cantabit. Rumpe moras omnes. Perfecta dei dilectio, foras mittit timorem. Assu- 1.Ioan.4. me scutum fidei, loricam iusticiæ, galeam salutis, procede ad prælium. Habet & pudicitia seruata martyrium suū. Quid metuis auiam? quid formidas parentem? Forsitan & ipsæ velint, quod te velle non credunt. His & alijs quàm pluribus inflammata stimulis: omnem corporis cultum, & habitum secularem, quasi propositi sui impedimenta, proiecit. Preciosa monilia, & graues cēsibus vniones, ardentesq; gemmæ, redduntur scrinijs: vili tunica induitur, viliori tegitur pallio: & insperata auię genubus repētè prouoluitur, fletu tantū & plāctibus quæ esset ostendit. Obstupuit sancta & grauis fœmina, alienum habitum in nepte conspiciens. Mater gaudio stabat attonita. Vtraq; verum nō credere, quod verum esse cupiebāt. Hæsit vox faucibus, & inter ruborem & pallorem

G lorem metumq; atq; lætitiam,cogitationes variæ nutabant. Succumbendum est huic loco,neq; narrare aggrediar,quod dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibilis gaudij magnitudinẽ,& [8] Tulliani fluuius siccaretur ingenij, & contortæ Demosthenis vibratæq; sententiæ,tardius lãguidiusq; ferrentur.* Quicquid potest cogitare animus:quicquid sermo potest explicare:illo in tẽpore factũ est. Certatim in oscula neptis,& filiæ mater,& auia ruunt. Vbertim flere pręgaudio,iacẽtem manu attollere, amplexarique trepidantem: Agnoscere in illius proposito mentem suam, & gratulari,quòd nobilem familiam, virgo virginitate sua nobiliorem faceret. Inueniſſe eam quod præstaret generi,quod Romanę vrbis cineres mitigaret. Iesu bone,quid illud in tota domo exultationis fuit? Quasi ex radice fœcũda,multę simul virgines pullularunt, exẽplúmque patronæ & dominæ,secuta est clientum turba atque famularũ. Per omnes domos feruebat virginitatis ꝓfessio: quarum cùm impar esset in carne cõditio,vnum H erat præmium castitatis. Parum loquor. Cunctæ per Africã Ecclesiæ quodã exultauere tripudio. Non solũ ad vrbes,oppida,viculósque,sed ad ipsa † mapalia. quoq; [9] magalia,† celebris fama penetrauit. Omnes inter Africam Italiamq; insulæ, hoc rumore completæ sunt,& inoffenso pede,longius gaudia cucurrere. Tũc lugubres vestes Italia mutauit,& semiruta vrbis Romæ mœnia,pristinum ex parte recepere fulgorem, propitium sibi existimãtes deum,in alumnæ conuersione perfecta. Putares extinctam Gotthorum manum,& colluuiẽ perfugarum atque seruorum domini desuper intonantis fulmine concidisse. [10] Non sic post Trebiam, [11] Thrasymenũ, & [12] Cannas: in quibus locis Romanorum exercituum cæsa sunt milia: Marcelli primùm apud Nolam prælio,se populus Romanus erexit. Minori prius gaudio strata Gallorum agmina,auro redempta nobilitas,& seminarium Romani generis in arce cognouit. Penetrauit hic rumor Orientis littora,& in mediterraneis quoq; vrbibus,Christianæ gloriæ triũphus auditus est. I Quæ virginum Christi nõ huius se societate iactauit? Quæ mater non tuum Iuliana,beatũ clamauit vterũ? Incerta apud infideles sint præmia futurorũ. Plus interim recepisti virgo, quàm obtulisti. Quam sponsam hominis vna tantũ prouincia nouerat,virginem Christi totus orbis audiuit. Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere. [13] Tanti, vt dicitur,vitrum:quanti margaritum? Certe qui religiosiores sibi videntur,paruo sumptu,& qui vix ad alimenta sufficiat,virginibus dato,omnem censum in vtroq; sexu, secularibus liberis largiuntur. Quod nuper in hac vrbe diues quidam fecit presbyter, vt duas filias in ꝓposito virginali inopes relinqueret, & aliorum ad omnem copiam filiorum, luxuriæ atque delitijs prouideret. Fecerunt hoc multæ, prohdolor, nostri propositi fœminæ, atque vtinam rarum esset exemplũ,quod quanto crebrius est,tanto istæ feliciores,quæ ne plurimarum quidem exempla sequutæ sunt. Fertur,& omnium Christianorum laude celebratur:quicquid fuerat nuptijs prępparatum, [14] à sancta Christi Sinoride K virgini traditum, [15] ne sponso fieret iniuria: imò vt dotata pristinis opibus veniret ad sponsum:& quod in rebus mundi periturum erat,domesticorum dei sustentaret inopiam. Quis hoc credat?

[16] Proba illa omnium dignitatũ, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius:cuius sanctitas & in vniuersos effusa bonitas,etiã apud barbaros venerabilis fuit,quã triũ liberorũ,Probini,Olibrij,& Probi,non fatigarũt ordinarij cõsulatus,& cùm incensis direptisq; omnibus in vrbe captiuitas sit,nunc habitas venundare dicitur possessiones, & facere sibi amicos de iniquo mãmona,qui se recipiant in æterna tabernacula, vt erubescat omnis Ecclesiastici ministerij gradus, & [17] cassa nomina monachorũ emere prædia, tãta nobilitate vendente. Vix barbarorum effugerat manus: & auulsas de complexu suo virgines fleuerat,cùm subito intolerabili, quod nunquam timuerat,amantissimi filij orbitate percutitur,& quasi futura virginis Christi auia, spe futurorũ mortiferum vulnus excepit:probans in se verum esse,quod in lyrico carmine super iusti præconio L dicitur: [18] Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinę. Legimus in volumine Iob: Adhuc isto loquente,venit alius nuncius. Et in eodem:Tentatio:siue (vt melius habetur in Hebraico)militia,est vita hominis super terrã. Ad hoc enim laboramus,& in seculi huius periclitamur militia,vt in futuro seculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus credere, cùm dominus ipse tentatus sit. Et de Abraham scriptura testatur:quòd deus tẽtauerit eum. Quam ob causam & Apostolus loquitur:Gaudẽtes in tribulatione, & scientes,quòd tribulatio patientiam operatur: patientia,probationem:probatio,spem: spes autẽ non confundit. Et in alio loco:Quis nos separabit à charitate dei? tribulatio,an angustia? an pſequutio:an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? Sicut scriptum est:Quia propter te mortifi Roma.8. camur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Et Esaias huiuscemodi homines cohortatur, dicens: Qui ablactati estis à lacte: qui auulsi ab Esaiæ.28. vbere:tribulationem, super tribulationem expe- M ctate:spem,super spem. Non sunt condignæ pas- Roma.8. siones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabit in nobis. Cur ista replicauerim: sequẽs sermo monstrabit. Quę de medio mari fumantẽ viderat patriam,& fragili cymbæ, salutem suam suorumq; commiserat,crudeliora inuenit Africæ littora. Excipitur enim ab eo quem nescias,vtrũ auarior,an crudelior fuerit:cui nihil dulce prẽter vinum,& precium:& qui sub occasione partium clementissimi principis,sæuissimus omnium extitit tyrannorum,&(vt aliquid loquar de fabulis poëtarũ)quasi Orcus in tartaro,nõ tricipitẽ, sed multorũ capitũ habuit Cerberũ: qui cuncta traheret ac laceraret. Hic matrũ gremijs abducere pactas:negociatoribus & auidissimis mortalium Syris,nobiliũ puellarũ nuptias vẽdere:nõ pupil- Syri negociatores. larũ,nõ viduarũ,nõ virginũ Christi inopiæ parcere,magisq; manus rogantiũ spectare q̃ vultus. Hanc ferã Charybdim,Scillãq; succinctã multis canib9,fugiẽs barbaros matrona sustinuit:q nec naufragijs parcerẽt,nec captiuitatib9 flecterent.

Imitare

A Imitare crudelis saltem hostem Romani imperij.
19 Brennus nostri temporis, tantum quod inuenerat tulit: tu quæris quod non inuenis. Et mirantur æmuli (virtus enim semper inuidiæ patet) cur
« tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cùm & ille partē dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre: & hæc quasi comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine priuatæ dignitatis tyranno seruiētem? Sentio me inimicorum patere morsibus, quòd adulari videar clarissimæ & nobilissimæ fœminę, qui accusare non poterunt, si me scient hucusq; tacuisse. Neque enim laudaui in ea vnquam antiquitatem generis: diuitiarum & potentiæ magnitudinē viro viuente vel mortuo, quæ alij forsitan mercennaria oratione laudauerunt. Mihi propositum est stilo ecclesiastico laudare auiā virginis meę, & gratias agere, quòd volūtatem eius, sua adiuuerit voluntate. Alioqui cellula monasterij, vilis cibus, vestisq; contēpta, & ætas vicina iam morti, breuisq; temporis viaticum, carent omni assentationis in-
B famia. Deniq; in reliquis partib⁹, omnis mihi sermo ad virginem dirigetur, & virginem nobilem: & nobilē non minus sanctitate, quàm genere: cui⁹ quanto sublimior ascensus est, tanto lapsus periculosior. 20 Vnum illud tibi nata deo: præq; omnibus vnum Prædicā, & repetens, iterumq;, iterumq; monebo, vt animū tuum sacræ lectionis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui, semētē lolij auenarūq; suscipias: ne dormiēte patrefamilias, 21 qui est νοῦς, id est, animus deo semp adhærens, inimicus homo zizania superseminet, sed
Mat.13. Cant.1. semp loquaris: In noctib⁹ quęsiui quē dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Et, in-
Psal.62. hęsit post te anima mea: me suscepit dextera tua. Illudq; Hieremię: Non laboraui sequens te, neque enim est dolor in Iacob, nec labor in Israel. Quādo eras in seculo, ea quę erāt seculi diligebas. Polire faciem purpurisso, & cerussa ora depingere, ornare crinem, & 22 alienis capillis turritum verticē struere. Vt taceam de inaurium precijs, 23 candore margaritarū, rubri 24 maris profunda testātium, 25
C smaragdorum virore, 26 cerauniorum flammis, 27 hiacynthorum pelago, ad quę ardent & insaniunt studia matronarū. Nunc autē quia seculū reliquisti, & secundo post baptismum gradu, inisti pactū cū aduersario tuo, dicēs ei: Renuncio tibi diabole
†operibus & seculo tuo, & pompæ tuæ, & opibus †tuis: serua fœdus quod pepigisti, & esto consentiens, pactūq;
Mat.5. & Lucę.12. custodiens cum aduersario tuo, dum es in via huius seculi, ne fortè tradat te iudici, & te de suo aliquid vsurpasse cōuincat: tradarisq; ministro: qui ipse est, & inimicus & vindex, & mittaris in carcerē & in tenebras exteriores, quę quanto à Christo vero lumine seperamur, tāto nos maiori horrore circundant, & non inde exeas, nisi soluas nouissimum quadrantem, id est, minimum quodque
Mat.12. delictū: quia & pro ocioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij. Hęc dicta sint, non infausto cōtra te vaticinio, sed pauidi cautiq; monitoris officio: ea quoque in te, quę tuta sunt formidā-
Eccl's.10. tis. Si spiritus, inquit, potestatē habentis ascenderit super te, locū tuū ne dimiseris. Quasi in procinctu, & in acie stamus semper ad pugnam. Vult nos loco mouere hostis, & de gradu decedere, sed solidanda vestigia sunt, & dicēdum: Statuit supra petram pedes meos, & petra refugium leporibus. D Pro quo multi Herinacios legunt, animal paruū, & fugax, & spinarum sentibus prægrauatum. Sed ideo Iesus spinis coronatus est, & nostra delicta portauit, & pro nobis doluit, vt de sentibus & tribulationibus fœminarum, ad quas dicitur: In anxietatibus, & doloribus paries mulier, & ad virū cōuersio tua, & ipse tui dominabitur, roseq; virginitatis, & lilia castitatis nascerētur. Vnde & sponsus pascitur inter lilia, & inter eos qui vestimenta sua nō coinquinauerūt: virgines em̄ permanserūt, audierūtq; præceptū: Cādida sint semper vestimēta tua, & quasi autor virginitatis & princeps, loquit confidenter: Ego flos campi, & lilium conualliū. Petra igitur leporum est, qui in persecutionibus fugiunt de ciuitate in ciuitatem: Nec timēt illud propheticum: Perijt fuga à me. Mōtes autem excelsi ceruis, quorū colubri cibus sunt: quos educit puer paruulus de foramine, quando pardus & hędus requiescunt simul: & bos & leo comedunt paleas, vt nequaquā bos discat feritatem, sed leo doceatur mansuetudinem. Reuertamur ad propositum testimonium. Si spiritus potestatē habentis ascēderit super te, locum tuum ne dimiseris. Post quod sequitur: Quia curatio quiescere facit peccata maxima. Qui versiculus hunc habet sensum: Si in cogitationes tuas coluber ascēderit, omni custodia serua cor tuum. Et cum Dauid canito: Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo, & ad peccatum maximū quod opere perpetratur, nequaquā peruenies: sed incentiua vitiorum statim in mente iugulabis, & paruulos Babylonis allides ad petram: in qua serpentis vestigia non reperiuntur, cauteq; domino promittes: Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Hoc est quod alibi scriptura testatur: Peccata patrum reddam in filios, in tertiā & in quartam generationem, vt cogitationes nostras mentisq; decretū, non statim puniat, sed reddat in posteris, id est, in malis operibus, & in delictorū perseuerātia, quoniā per Amos loquitur: Super tribus & quatuor impietatibus illius, & illius ciuitatis, nonne auersabor eam? Hæc cursim quasi de prato pulcherrimo sanctarum scripturarum, paruos flores carpsisse sufficiat pro cōmonitione tui, vt & claudas cubiculum pectoris, & crebro signaculo crucis munias frōtem tuā, ne exterminator Aegypti in te locum reperiat, sed primogenita, quæ apud Aegyptios pereunt in tua mente saluentur, & dicas cum propheta: Paratū cor meum deus, paratum cor meum: cātabo & psallam. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Quam assumere iubetur & Tyrus, multis peccatorū confossa vulneribus: vt agat pœnitentiam, & maculas pristinæ fœditatis, cum Petro amaris lachrymis abluat. Verū nos ignorem⁹ pœnitentiā ne facilè peccemus. Illa quasi secunda post naufragium miseris tabula sit: in virgine integra seruetur nauis. Aliud est quærere quod perdideris, aliud est possidere quod nunquā amiseris. Vnde & Apostolus castigabat corpus suū, & in seruitutē redigebat: ne alijs prędicans, ipse reprob⁹ inueniret, corporisq;, ex persona generis humani inflammatus ardoribus,

Psal.39. D Psal.103. Esaiæ.53. Gene.3. Apoc.3. Eccl's.9. Cant.2. Psal.141. E Psal.18. Ibidem. Nume.14. F Amos.1. &.2. Psal.56. &.107. Psal.56.

Roma.7. bus,loquebatur: Miſer ego homo, quis me libera-
G bit de corpore mortis huius? Et iterum: Scio quia
non habitat in me,hoc eſt, in carne mea bonum:
Velle enim adiacet mihi, vt faciam autem bo-
num,nequaquam. Neq; enim quod volo bonum,
Roma.8. ſed quod nolo malum, hoc facio. Et denuo: Qui
in carne ſunt,deo placere nō poſſunt. Vos autem
non eſtis in carne,ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus
dei habitat in vobis. Poſt cogitationum diligen-
tiſſimam cautionē,ieiuniorum tibi arma ſumen-
Pſal.34. da ſunt,& canendum cum Dauid: Humiliaui in
Pſal.101. ieiunio animam meam. Et,cinerem tanquam pa-
Pſal.34. nem manducaui. Et,cùm moleſti erant mihi, in-
Gene.3. duebar cilicio. Eua per cibum eiecta eſt de para-
3.Reg.19. diſo. Helias quadraginta dierum exercitatus ie-
Exod.24. iunio,igneo curru rapitur in cœlū. Moyſes qua-
&.34. draginta diebus ac noctibus, familiaritate & ſer-
mone dei paſcitur: in ſe veriſſimum probās quod
Matt.4. dicitur: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in om-
ni verbo quod procedit de ore dei. Saluator gene-
ris humani,qui virtutū & conuerſationis ſuæ no-
bis reliquit exemplum,poſt baptiſmum ſtatim aſ
H ſumitur à ſpiritu,vt pugnet contra diabolum, &
oppreſſum atque contritum,tradat diſcipulis con
Roma.16. culcādum. Vnde & Apoſtolus loquitur: Deus au-
tem cōteret ſatanā ſub pedibus noſtris velociter.
Et tamē hoſtis antiquus poſt quadraginta dierū
ieiunium, per cibum molitur inſidias,& dicit: Si
Matt.4. filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. In lege,
menſe ſeptimo poſt clangorem tubarum decimo
die menſis, totius gentis Hebræę ieiunium eſt,&
exterminatur illa anima de populo ſuo,quæ ſatu-
ritatem prætulerit continentiæ. In Iob ſcriptum
Iob.38. eſt de dracone: Virtus eius in lumbis eius,& forti-
tudo illius ſuper vmbilicum ventris eius. Aduer-
ſum iuuenes & puellas,ætatis ardore hoſtis noſter
abutitur,& inflammat rotā natiuitatis noſtrę,&
Oſee.7. implet illud Oſee: Omnes adulterantes, quaſi cli-
banus corda eorum,quæ dei miſericordia,& ieiu-
niorum rigore reſtinguuntur. Hæc ſunt ignita
diaboli iacula, quæ ſimul & vulnerant & inflam-
Dan.3. mant,& à rege Babylonio tribus pueris præparā-
I tur,qui ſuccendit fornacem quadragintanouē cu-
bitorum, habens & ipſe ſeptem hebdomadas ad
perditionem,quas dominus obſeruari iuſſerat ad
ſalutem. Sed quomodo ibi quartus ſpeciem habēs
quaſi filij hominis,immēſos mitigauit ardores,&
inter camini æſtuantis incendiū docuit flammas
calorem amittere,& aliud oculis comminari,aliud
præbere tactui: ſic & in animo virginali,rore cœ-
leſti & ieiuniorū rigore,calor puellaris extingui-
tur,& in humano corpore,angelorum impetratur
1.Cor.7. conuerſatio. Quam ob rem & vas electionis de
virginibus ſe dicit domini non habere præceptū,
quia contra naturam,imò vltra naturam eſt,non
exercere quod nata ſis: interficere in te radicem
tuam,& ſola virginitatis poma decerpere, neſcire
thorum, omnem virorum horrere contactum,&
in corpore viuere ſine corpore. Neque vero immo
derata tibi imperamus ieiunia, & enormem ciborum abſtinentiam, quibus ſtatim corpora delicata franguntur, & antè ægrotare incipiunt, quàm ſanctæ conuerſationis iacere fundamenta. Philoſophorum quoque ſententia eſt [28] μεσότκτας ἀρετὰς, ὑπερβολάς καὶ ἐλλείψεις, quod Latinus ita poteſt ſermo reſonare, moderatas eſſe virtutes: excedentes modum atque menſuram, inter vitia deputari. Vnde & vnus de ſeptē ſapientibus[29] μηδὲν ἄγαν, id eſt, ne quid, ait, nimis. Quod tam celebre factū eſt, vt comico quoque verſu expreſſum ſit. Sic dēbes ieiunare, vt non palpites,& reſpirare vix poſſis,& comitum tuarum, vel porteris, vel traharis manibus,ſed vt fracto corporis appetitu, nec in lectione, nec in pſalmis, nec in vigilijs ſolito quid minus facias. Ieiuniū non perfecta virtus,ſed cæterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio atque pudicitia: ſine qua nemo videbit deū. Gradus præbet ad ſumma ſcandentibus: nec tamen ſi ſola fuerit, virginem poterit coronare. Le- Matt.25.
K » gamus euangelium ſapientium & ſtultarum virginum: quarum aliæ cubiculum ſponſi ingrediūtur: aliæ bonorum operum oleum non habentes, extinctis lampadibus excluduntur. Latus eſt ſuper ieiunijs cāpus: in quo & nos ſæpe cucurrimus, & multorum proprij habētur libri, ad quorum te mittimus lectionē, vt diſcas quid boni habeat cōtinentia,& quid econtrario mali, ſaturitas. Imitare ſponſum tuum. Eſto auiæ matriq; ſubiecta.
L Nullum virorum & maximè iuuenum, niſi cum illis, videas. Nullum ſcias, quem illę neſciant. Secularis quoque ſententia eſt: Eadem velle, & cadē Saluſtius
nolle, ea demum firma amicitia eſt. Vt appeteres in Catil.
virginitatem, vt Chriſti præcepta cognoſceres, vt ſcires quid tibi expediret, quid deligere deberes: illarum te exempla docuerunt: ſancta domi inſtruxit cōuerſatio. Non igitur ſolum putes tuum eſſe quod tuum eſt, ſed earum quæ ſuam in te expreſſere pudicitiam: & honorabilium nuptiarum, cubilisq; immaculati precioſiſſimū germinauere te florē: qui perfectos afferet fructus, ſi humiliaueris te ſub potenti manu dei,& ſcriptū ſemper memineris: Superbis deus reſiſtit, humilibus autem Iacob.4.
dat gratiam. Vbi autem gratia: nō operum retributio, ſed donantis eſt largitas, vt impleatur dictum Apoſtoli: Non eſt volentis, neq; currentis, Roma.9.
ſed dei miſerentis. Et tamen velle & nolle noſtrū eſt: ipſumq; quod noſtrum eſt, ſine dei miſeratione noſtrum non eſt. Eunuchorum quoque tibi &
M puellarum ac ſeruulorum mores magis eligantur quàm vultuū elegantia, quia in omni ſexu & ætate & truncatorum corporum violenta pudicitia, animi cōſiderandi ſunt: qui amputari, niſi Chriſti timore non poſſunt. Scurrilitas atque laſciuia, te præſente non habeat locum. Nunquam verbum inhoneſtum audias: aut [30] ſi audieris, non ineſceris. Perditæ mentes hominum, vno frequenter leuiq; ſermone, tentāt clauſtra pudicitiæ. Ridere & rideri, ſecularibus derelinque. Grauitas tuam perſonam decet. Catonem quoque[31] (illum dico[32] Cēſorium) & veſtræ quōdam vrbis principē, qui extrema ætate Græcas literas,[33] nec erubuit cenſor, nec deſperauit ſenex diſcere. Et[34] M. Craſſum ſemel in vita ſcribit riſiſſe Lucilius. Fuerit illa affectata ſeueritas,& gloriam quærēs auramq; popularem: nos affectus & perturbationes, quandiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragili carne circūdamur: moderari & regere poſſumus: amputare non poſſumus, Vnde & Pſalmiſta dicit: Iraſcimini, & nolite peccare. Quod Apoſto- Pſal.4.
lus ediſſerens: Sol, inquit, non ôccidat ſuper ira- Ephes.4.
cundiam

A cundiam vestram: quia & iracundi hominis est, & finem iracundiæ imponere, Christiani. Superfluū reor te monere contra auariciam, cū generis tui sit, & habere & calcare diuitias, & Apostol⁹ docet auariciā esse idolorū cultū: dominusq; respōdeat scisscitanti: Magister bone, quid boni faciens vitam æternam possidebo? Si vis esse perfectus, vade vende omnia quæ habes, & da pauperib⁹, & habebis thesaurum in cœlis, & veni sequere me. Apostolici fastigij est perfectæq; virtutis, vendere omnia, & pauperib⁹ distribuere, & sic leuē atq; expeditum, cū Christo ad cœlestia subuolare. Nobis, imò tibi, diligens credita est dispēsatio, quanq; in hoc, omni ætati omniq; personæ, libertas arbitrij relicta sit. Si vis, inquit, esse perfectus: Nō cogo, non impero, sed propono palmam, ostēdo prēmia: tuum est eligere, si volueris in agone atq; certamine coronari. Et consideremus quàm sapiēter sapientia sit loquuta: Vende quæ habes. Cui ista præcipiuntur? Nēpe illi, cui dictum est: Si vis esse perfectus. Nō partē bonorum tuorum vende: sed omnia. Cūq; vendideris, quid sequitur? Et da pau

B peribus. Non diuitibus, non propinquis, nō ad luxuriam, sed ad necessitatem. Siue ille sacerdos sit, siue cognatus & affinis, nihil in illo aliud cōsideres, quam paupertatē. Laudēt te esurientium viscera: non ructantium opulenta cōuiuia. In Actis Apostolorū, quando domini nostri adhuc calebat cruor, & feruebat recens in credētibus fides: vendebant omnes possessiones suas, & precia earum ad Apostolorum deferebant pedes, vt ostenderēt pecunias esse calcandas: dabaturq; singulis, pro vt cuique opus erat. Ananias & Saphyra dispensatores timidi, imò corde duplici, & ideo cōdemnati: quia post votū obtulerunt quasi sua: & non ei⁹, cui semel ea vouerant: partemq; sibi alienę substātiæ reseruauerunt, metuentes famē, quam vera fides non timet: præsentē meruere vindictā: nō crudelitate sententiæ, sed correptionis exemplo. Denique & Apostolus Petrus nequaquā imprecatur eis mortē, vt stultus Porphyrius calumniatur, sed dei iudiciū prophetico spiritu annunciat, vt pœna duorum hominū, sit doctrina multorum. Ex

C eo tēpore quo virginitati perpetuæ consecrata es: tua, non tua sunt: imò verè tua, quia Christi esse cœperunt, quæ auia viuēte vel matre, ipsarum arbitrio dispēsanda sunt. Sin autē obierint & somno sanctorum requieuerint (scio enim & hoc illas optare, vt te habeant superstitē) cùm ætas maturior fuerit, & volūtas grauior, firmiorq; sententia, facies quod tibi visum fuerit, imò quod dominus imperat: scitura nihil te habiturā, nisi quod in bonis operibus erogaueris. Alij ędificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant: earúmque deaurent capita: precioſum [35] ornatum non sentientia: ebore argēto que valuas, & gemmis aurata distinguant altaria. Non reprehendo, non abnuo. Vnusquisque in sensu suo abūdet. Meliúsque est hoc facere, quàm repositis opibus incubare. Sed tibi aliud propositum est. Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his qui tecto indigent, & maximè in domesticis fidei, virginum alere monasteria: seruorum dei, & pauperum spiritu habere curam: qui

Ephes. 5. Matt. 9.

Acto. 4. & 5.

diebus & noctib⁹ seruiunt domino tuo: qui in ter- D
ra positi, imitantur angelorum conuersationem, & nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes dei pertinet: habētēsque victum & vestitum, his gaudent diuitijs, qui plus habere nolunt, si tamen seruant propositum. Alioqui si amplius desiderant: his quoque quæ necessaria sunt, probantur indigni. Hæc ad virginem diuitem, & virginem nobilem sum loquutus. Nunc tantum ad virginem loquar, id est, non ea quę extra te, sed in te sunt cōsiderans. [36] Præter psalmorum & orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad vesperum, media nocte, & manè semper est exercēdum: statue quot horis sanctam scripturam ediscere debeas: quanto tempore legere, non ad laborem, sed ad delectationem & instructionē animæ. Cumq; hæc finieris spatia, & frequenter te ad figenda genua, solicitudo animæ suscitauerit: habeto lanam semper in manibus, vel staminis pollice fila deducito, vel ad torquenda subtegmina in alueolis fusa vertantur: aliarumq; neta, aut in globum collige, aut texenda compone. Quæ texta sunt, inspice: quæ errata, reprehende: quæ facienda, cōstitue. E
Si tātis operum varietatibus fueris occupata, nūquam dies tibi longi erunt, sed quanuis æstiuis tendantur solibus, breues videbuntur, in quibus aliquid operis prætermissum est. Hæc obseruans, & teipsam saluabis, & alias, & eris magistra sanctę conuersationis, multarumq; castitatem lucrum tuum facies, scriptura dicente: In desiderijs est omnis anima ociosi. Nec idcirco tibi ab opere cessandum est, quia deo propitio nulla re indiges: sed ideo cum omnibus laborandum est, vt per occasionē operis, nihil aliud cogites, nisi quod ad domini pertinet seruitutem. Simpliciter loquar. Quanuis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit precioſius, nisi quod manibus tuis ipsa confeceris, vel in vs⁹ proprios, vel in exemplum virginum cæterarum: vel quod auiæ matriq; offeras, maiora ab eis in refectionem pauperum precia receptura. Penè prętерij, quod vel pręcipuum est. Dum esses paruula, & sanctæ ac beatæ memoriæ [37] Anastasius episcopus Romanā regeret Ecclesiam, de Orientis par- F
tibus hęreticorum sæua tempestas simplicitatem fidei, [38] quæ Apostoli voce laudata est, polluere & labefactare conata est. Sed vir [39] ditissimę paupertatis & Apostolicæ solicitudinis, statim noxium perculit caput, & sibilantia hydræ ora cōpescuit. Et quia vereor, imò rumore cognoui, in quibusdā adhuc viuere & pullulare venenata plantaria: illud te pio charitatis affectu pręmonendam puto, vt sancti Innocentij, qui apostolicæ cathedræ, & supradicti viri successor & filius est, teneas fidem: nec peregrinam, quanuis tibi prudens callidaque videaris, † doctrinā recipias. Solēt enim huiuscemodi per angulos mussitare, & quasi iusticiam dei quęrere, Cur illa anima in illa est nata prouincia? Quid causæ extitit, vt alij de Christianis nascantur parentibus, alij inter feras & sæuissimas nationes, vbi nulla dei noticia est? Cumq; hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint, & fistulato vulnere, locum sibi fecerint, venena diffundunt. Putàsne frustra infans paruulus, & qui vix matrem risu, & vultus hilaritate cognoscat,

† videatur

G qui nec boni aliquid fecit nec mali, dæmone corripitur, morbo opprimitur regio: & ea ſuſtinet, quæ videmus impios homines nō ſuſtinere,& ſuſtinere deo ſeruientes? Sin autem iudicia ſunt, inquiunt, domini vera, iuſtificata in ſemetipſis, & nihil apud deum iniuſtum eſt: ipſa ratione cōpellimur, vt credamus animas fuiſſe in cœleſtibus,& propter quædam antiqua peccata dānatas in corporibus humanis, & vt ita loquamur, ſepultas, noſcq; in valle lachrymarum pœnas luere veterū peccatorū. Vnde & propheta dicit: Priuſquā humiliarer ego peccaui. Et: educ de carcere animā meam. Et: iſte peccauit, vt cæcus ex vtero naſceretur, an parentes eius? & cætera his ſimilia. Hæc impia & ſcelerata doctrina olim in Aegypto & Orientis partibus verſabatur, & nunc abſcōditè, quaſi in foueis viperarū apud pleroſq; verſatur, illarumq; partium polluit puritatem,& quaſi hæreditario malo, ſerpit in paucis, vt perueniat ad plurimos: Quam certus ſum, quòd ſi audieris non recipias. Habes enim apud deum magiſtras, quarū fides norma doctrinæ eſt. Intelligis quid lo
H quar. Dabit enim tibi deus in omnib⁹ intellectū. Nec ſtatim aduerſum ſæuiſſimā hæreſim & multo his nequiora, quæ dixi, reſponſionem hominis flagitabis, ne non tam prohibuiſſe videar, quàm cōmonuiſſe: cùm prę ſetis operis ſit inſtituere virginem, nō hæreticis reſpondere. Cæterum omnes fraudulentias eorum,& cuniculos quibus nituntur ſubuertere veritatē, in alio opere deo adiuuāte, ſubuertimus: quod ſi volueris, promptè libenterq; mittem⁹: Vltroneas enim, aiunt, putere merces: & precia facilitate decreſcunt: quæ ſemper in raritate maiora ſunt. Solet inter pleroſq; eſſe certamen: vtrū ſolitaria, an cum multis vita melior ſit: quarum prior præfertur quidem ſecundæ: ſed ſi in viris periculoſa eſt, ne abſtracti ab hominum frequentia, ſordidis & impijs cogitationibus pateant: & pleni arrogantię & ſupercilij, cunctos deſpiciāt, armentq; linguas ſuas, vel clericis, vel alijs monachis detrahendo: de quibus rectiſſimè dicitur: Filij hominum, dentes eorū arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus: quanto magis in
I fœminis, quarum mutabilis fluctuansq; ſentētia, ſi ſuò arbitrio relinquatur, cito ad deteriora delabitur? Noui ego in vtroque ſexu, per nimiam abſtinentiam, cerebri ſanitatē quibuſdā fuiſſe vexatam: Præcipueq; in his, qui in humectis & frigidis habitauerūt cellulis: ita vt neſcirent quid agerēt, quóue ſe verterent: quid loqui, quid tacere deberent. Certe ſi rudes ſecularium literarum, de tractatibus hominum diſertorū quippiam legerint, verboſitatē ſolam diſcunt, abſque noticia ſcripturarum: & iuxta vetus elogium: quum loqui neſciant, tacere non poſſunt: docentq; ſcripturas quas non intelligunt: & quum alijs perſuaſerint, eruditorum ſibi aſſumūt ſupercilium: prius imperitorum magiſtri, quàm doctorum diſcipuli. Bonum
* prę fectis eſt igitur obedire maioribus, parère perfectis*: & poſt regulas ſcripturarum, vitæ ſuæ tramitem ab alijs diſcere: nec præceptore vti peſſimo, ſcilicet præſumptione ſua. De talib⁹ fœminis & Apoſtolus loquitur: Quę circunferuntur omni vento doctrinæ: ſemper diſcentes,& nunquam ad ſciētiam veritatis peruenientes. Matronarum, maritis ac ſeculo ſeruientium, tibi conſortia declinent, ne ſo K licitetur animus,& audias, quid vel maritus vxori, vel vxor loquuta ſit viro. Venenatæ ſunt huiuſcemodi cōfabulationes. Super quarum dānatione, ſecularem verſum aſſumens Apoſtolus fecit Eccleſiaſticum: Corrumpunt mores bonos, cō» fabulationes peſſimæ.⁴⁰ Cuius Iambici metrum» dum verbum ſeruat ex verbo, nequaquā expreſſit Latina trāſlatio. Graues fœminæ, & maximè viduę, ac virgines, tibi comites eligātur: quarum probata eſt conuerſatio, ſermo moderatus, ſancta verecundia. Fuge laſciuiam puellarū, quæ ornāt capita, crines à fronte demittunt, cutem poliunt, vtuntur pigmentis, aſtrictas habent manicas, veſtimenta ſine ruga, ſoccoſq; criſpantes: vt ſub nomine virginali, vendibilius pereant. Mores enim & ſtudia dominarum, plerūque ex ancillarum & comitū moribus iudicantur. Illa tibi ſit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter ſocias: quæ ſe neſcit eſſe pulchram: quæ negligit formę bonum: & procedens ad publicum, non pectus & colla denudat, nec pallio reuoluto ceruicem aperit, ſed quæ celat faciem,& vix vno oculo, qui viæ neceſſari⁹ L eſt, patente ingreditur. Dubito an loquar: ſed velim nolim, quia crebrò fit, dicendū eſt: nō quò hęc in te timere debeā, quæ iſta forſitan neſcias, nec vnquam audieris: ſed quò per occaſionem tui, cæteræ præmonendæ ſint.⁴¹ Cincinnatulos pueros & ⁴² calamiſtratos, & ⁴³ peregrini muris olentes pelliculas:⁴⁴ de quibus illud Arbitri eſt: Non be- „ ne olet, qui bene ſemper olet: quaſi quaſdā peſtes » & venena pudicitiæ virgo deuitet: vt taceam de cæteris, quarū importuna viſitatio, & ſe infamat & alias: vt etiā ſi nihil mali loperis] perpetretur: tamē hoc ſit vel maximum malū, fruſtra patere maledictis & morſibus ethnicorū. Nec hoc de omnibus dicimus, ſed de his quos Eccleſia ipſa reprehendit: quos interdum abijcit: in quos nonnūquam epiſcoporum & presbyterorū cēſura deſæuit: vt prope periculoſius ſit laſciuis puellis ad loca religionis, quàm ad publicum procedere. Quę viuūt in monaſterio, & quarū ſimul magnus eſt numerus, nūquam ſolæ, nunquā ſine matre procedāt. De agmine columbarum, crebro accipiter M vnam ſeparat, quam ſtatim inuadat & laceret, cuius carnibus & cruore ſaturetur. Morbidæ oues ſuū relinquunt gregē, & luporū faucibus deuorātur. Scio ego ſanctas virgines, quæ diebus feſtis propter frequētiam populorum, pedem domi cohibent, nec tunc egrediunt, quando maior eſt adhibenda cuſtodia, & publicum penitus deuitādū. Ante annos circiter triginta, de virginitate ſeruanda ædidi librū, in quo neceſſe fuit mihi ire cō tra vitia: & propter inſtructionem virginis, quā monebā, diaboli inſidias patefacere. Qui ſermo offendit plurimos, dum vnuſquiſque in ſe intelligens quod dicebatur, non quaſi monitorem liben ter audiuit: ſed quaſi criminatorē ſui operis auerſatus eſt. Veruntamē quid profuit armaſſe exercitum reclamātium, & vulnus conſcientiæ dolore mōſtraſſe? Liber manet, homines præterierūt. Scripſi & ad pleraſq;⁴⁵ virgines ac viduas ϖϖδάσματα, & quicquid dici poterat, in illis opuſculis defloratum eſt: vt aut ſuperfluo eadē à nobis repetantur: aut nunc prætermiſſa, plurimū noceāt.

Certe

A Certe & beatus Cyprianus,egregium de virginitate volumen ædidit,& multi alij,tam Latino sermone,quàm Græco. Omniumq; gentium literis atq; linguis,in Ecclesijs Agnes vita laudata est. Sed hoc ad eas pertineat, quæ necdum elegerunt virginitatem,& exhortatione indigent, vt sciant quale sit,quod eligere debeãt. Nobis electa seruanda sunt,& quasi inter scorpiones & colubros incedendum,vt accinctis lumbis,calciatis pedibus,& apprehensis manu baculis,iter per insidias huius seculi,& inter venena faciamus, vt possimus ad dulces Iordanis peruenire aquas,& terram repromissionis intrare,& ad domum dei ascendere, ac dicere cum propheta: Domine,dilexi decorẽ domus tuæ,& locum habitationis gloriæ tuæ. Et illud: Vnam petij à domino,hanc requirã, vt inhabitẽ in domo domini, omnibus diebus vitæ meę. Felix illa cõscientia & beata virginitas: in cuius corde, præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas,patientia atque iustitia, cæteraq; virtutes,nullus alius versatur amor, nec ad recordatio
B nem hominis,aliquando suspirat: nec videre desiderat,quem cùm viderit,nolit dimittere. Sanctũ virginum propositum & cœlestis angelorũq; familiæ gloriam,quarundam non bene se agentiũ, nomen infamat. Quibus apertè dicendum est,vt aut nubant,si se non possunt continere: aut cõtineant, si nolunt nubere. Digna res risu: imò planctu,incedentibus dominis, ancilla virgo procedit ornatior,vt pro nimia consuetudine quam incõptam videris,dominã suspiceris. Nonnullæ separata & absq; arbitris quærunt hospitia,vt viuant licentius: vtantur balneis,faciantq; quod volunt, & deuitent conscientias plurimarum. Hæc videmus & patimur,& si aureus nũmus affulserit,inter bona opera deputamus. Finem iungo principio: nec semel monuisse contentus sum: Ama scripturas sanctas,& amabit te sapientia: dilige eam, & seruabit te: honora illã,& amplexabit te. Hæc monilia in pectore,& in auribus tuis hæreãt. Nihil aliud nouerit lingua,nisi Christum. Nihil possit sonare,nisi quod sanctũ est. Auiæ tuę tibi sem
C per ac matris in ore dulcedo versetur. Quarum imitatio,forma virtutis est.

SCHOLIA.

Polymita. 1 VEste polymita.)Id est,versicoloribus contexta filis. Nam μίτον Græci filum appellant, & πολὺ multum,quasi dicas,multifilã vestẽ. 2 Et omni retro.) Retro vocat,quod iam præterijt, hoc est, superiori. 3 Proborũ & Olibriorũ.)Auunculus alter erat Probus,alter Olibrius,tertius Probinus,quæ nomina tũ nobilium erant Romæ. 4 Filiarum Philippi.) Hunc Actuũ capit.xxj. Lucas euangelistam appellat, scribens ei quatuor fuisse virgines prophetãtes. 5 Pronuba.) Sic vocatur mulier,quæ parat ea quę ad nuptiarum ritũ,& spõsam instruẽdam pertinent. 6 Procacia.) Solent huiusmodi cantiones esse petulantiores. Vnde Catullus, Fescenninam licẽtiam vocat. Consentaneum est autem apud barbaros multo petulantiores esse. 7 Fescẽnina.)Id est,carmina nuptiala,à Fescẽnio oppido Campaniæ sic dicta. 8 Tulliani fluminis.)Tullio tribuit copiam fluentem,Demostheni vim & acrimoniã, & aptè contorta enthymemata. 9 Magalia.)Aptè vsus est Punica voce, de Africa loquens. Etenim rurẽstris domus, ea lingua Magar vocatur. Vergilius, Miratur molem Aneãs Magalia quondam. Apud eundem legimus & Mapalia. Et raris habitata Mapalia tectis: quum de casulis rusticanis loquat. Vnde siue legas Magalia,siue Mapalia,nihil refert.

Pronuba. Fescẽnina. Magar.

D 10 Nõ sic post Trebiam.)Trebia, fluuius est iuxta Placẽtiam,Romanorum clade insignis. Nam illic secundò iam cũ Hannibale congressi,infeliciter pugnarũt Romani,fusi paulò ante ad Ticinum amnem. 11 Thrasymenum.)Ad hunc fluuium rursus Romanus exercitus fusus est, ab Hannibale circũuentus,temeritate ducis Caij Flaminij. Ad hæc sex milia,perfidia Hãnibalis vincta sunt. 12 Cannas.) Hic cæsa leguntur Romanorum quadraginta quinq; milia. Cæsus est & Paulus Aemylius vir eximius,vnà cum senatorib⁹ nonaginta,cõsularibus atq; prætorijs,aut ædilitijs, Triginta. Autor Titus Liuius. 13 Tãti,vt dicitur,vitrũ.) Vsus eodẽ in superioribus epistolis. Vitrũ imitatur gẽmas,cùm sit vilissimũ. Si nõ locas homini spõso,nisi integrã,quãto magis cõuenit integrã cõsecrare Christo virgine,q tãto præstat homini,quãto gẽma vitro? Olim margaritis summus erat honos inter gẽmas. 14 A sancta Christi Synoride.)Quędã exẽplaria vetusta sic habebant: à sanctis fœminis, non detractũ, sed virgini traditum. 15 Ne sponso fieret.)Sponsum virginis,Christũ vocat. 16 Proba illa.)Proba,nomẽ est proprium hoc loco. Mater fuit trium consularium, Auia ficuti videtur Demetriadis. 17 Cassa nomina.)Id est,inania nomina,cùm re sint seculares. 18 Si fractus illabatur.) Hæc Horatius in odis,de Stoico sapiente scripsit. 19 Brennus E nostri tempo.)Sic vocat ducem barbarum,alludens ad Brẽnum illum Gallorum ducem, à quo Romani salutem auro rẽdimere sunt coacti: testatur in vita Camilli Plutarchus.

Trebia. Thrasymenus. Cannæ. Proba. Brennus.

20 Vnum illud.) Carmen est Maronis: Nata deo: nam Vergilij habet,nate dea. 21 Qui est νõς.) Nõς Græcè mẽtem significat,hoc est,summam animi partem,qua intelligimus ea,quæ maximè absunt à sensib⁹ corporeis. 22 Alienis capillis.)Id est,apposititijs, quò res magis sit ridicula: & elegãtissimè dixit,struere verticẽ. 23 Candore margar.) Nam vniones præcipuè commendat candor & læuor: vt testis est Plinius. 24 Maris profunda.)Quòd in cõchis nascatur hæc gemma,præcipuè in mari Persico. 25 Smaragdorum virore.)Quoniam nihil his comparatũ magis viret,vt inquit Plinius. 26 Ceraunorum.)Ceraunos Græcè,fulmẽ est. Hinc gẽmæ datum nomen,quòd fulgur quoddam iacere videatur. 27 Hyacinthorum pelago.) Quòd vndas imitẽtur. 28 μεσότητας,ἀρετὰς: ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις.)Id est,mediocritates,virtutes: excessus,vitia esse Sic enim ad verbũ reddi possunt. Et Horatius: Virtus est medium vitiorum vtrinq; redactum. 29 μηδὲν ἄγαν.) Id est,ne quid nimis. Vtitur Terẽtius in Andria. 30 Si audieris,non irascaris.)Irascaris,adulterina vox est. Fortè legendum,inescris,aut aliud simile. 31 Illum dico.) Nam F multi fuere Catones. Maior dictus est Censorius, minor Vticensis. 32 Censorium.)Tanta erat Catonis seueritas, Censorius vt à censura rigidè gesta, censorius sit dictus. Quin & alterius tanta fuit seueritas,vt eo præsente,nõ possent agi Floralia: cùm nec ille vultum mutare posset, nec illi auderẽt eo spectante agere. 33 Nec erubuit cẽsor,nec desperauit senex.)Nihil dici potuit venustius. Cato literas aggressus est senex,Græcas autem literas extrema ætate,iam septuagenarius. 34 Marcum Crassum.) Hic Crassus Licinius fuit Crassus auus. M. Crassi in Parthis interempti,quem Lucilius Satyricus,ob morum seueritatẽ,semel in vita risisse scribit: testes Plinius & M. Tullius. Risit autem dictum illud: Similes habent labra lactucas,sicuti retulimus in Chiliadibus nostris.

Polymita. Pronuba. Procacia. Fescẽnina. Tullianus fluminis. Magalia. Catones. Censorius Cato. Licinius.

35 Ornatum non sentientia.)Sic enim emendauimus. Nã ornãt columnarum capita, perinde quasi sentiant ornatum, sentientia Christi membra negligunt. 36 Præter psalmorum.)Et hic locus non vno modo deprauatus erat in exemplaribus. Forte sic restitui poterat,vt legas,præter psalmorum ordinem,& orationis pensum,quod tibi &c. 37 Ana Anastasius stasius episcopus.)Hic à Damaso fuit tertius: hic vetuit, ne peregrini maximeq; transmarini reciperentur in numerum clericorum Romanorum,nisi quinq; episcoporũ chirographo commendati,idq; propter Manichæos excludendos.

38 Quæ Apostoli voce.)Sic enim Paulus scribit ad Romanos cap.j. Primùm quidẽ gratias ago deo meo per Iesum

G Christum pro omnibus vobis, quòd fides vestra annũciatur in vniuerso mundo. 39 Ditissimæ paupertatis.) Festiuiter copulauit duo contraria. Censu pauperrimus erat, eruditione diues. Nunc aliquoties contingunt Romani pontifices, ærario locupletissimi, apostolicis opibus, hoc est, sacra doctrina & pietate nudissimi. De hac hæresi plura leges in epitaphio Paulæ. 40 Cuius iambici metrum.) Est enim Græcis senarius iambicus, ex Menãdri comœdia: φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Carmen sat commodè reddi poterat ad hunc modum: Mores bonos, colloquia corrumpunt mala. 41 Cincinnatulos,) Cincinni capilli sunt arte intorti. Diminuit autem, cincinnatulos, vt molliciem exaggeret.

Cinciuni.

42 Calamistratos.) Quorum capilli acu candente, quam calamistrum vocant, crispati sunt. 43 Peregrini muris.) Sic enim vocant hoc genus animantis, cuius pellicula mirè olet. 44 De quibus illud Arbitri est.) Aut memoria lapsus est Hieronymus, aut versum hũc Martialis ab Arbitro Petronio mutuat⁹ est. Extat enim apud Martialẽ in Posthumũ: Posthume, nõ bene olet, qui bene semper olet. Plautus item scripsit, mulierem eam optimè olere, quæ nihil oleret: quemadmodum & Plini⁹ scribit, eam aquam esse optimam, quæ nihil sapiat: hæc est enim aquæ natura. 45 Virgines ac viduas ϖυδάσματα.) Sic fermè codices omnes habebãt:

Calamistrum.

H aut certè ϖύδασμα, quæ vox studiũ significat. In vno duntaxat legi spudasmena, vnde suspicor legẽdum ἐϖυδασμένα, id est, elaborata, siue elucubrata.

ANTIDOTVS. In hac epistola videtur non perinde magnifacere pietatem istorum, qui pecunias suas erogant extruendis & exornãdis Ecclesijs. Nam & rem narrat odiosius: Alij, inquiens, ædificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehãt, earumq; deaurent capita, precioſum ornatum non sentiente ebore &c. Cũ enim addit, non sentiente ebore, significat ornatũ esse superuacaneum. Et cùm adiecit, deniq;: Non reprehendo, non abnuo, vnusquisq; in suo sensu abundet. Melius est hoc facere, quàm repositis opibus incubare: cum stomacho loqui videtur, velut inuitus approbans, neque conferens id factum cũ his quæ pia sunt, sed cum his quæ scelerata: quemadmodum laudare solet Digamiam, præferens illam publicis prostibulis, non conferens cum melioribus. Simile quiddam scripsit in libello de obitu Paulæ. Rursus in epistola ad Paulinum. Verum aut non hìc loquitur simpliciter de ijs, qui extruunt ædes sacras, sed qui ad fastum extruunt magis, quàm ad pietatem: aut simpliciter verum est, præstare opes in pauperes, hoc est, in viua dei templa, quàm in non sentientes structuras effundere: etiam si nunc multis secus videtur, præsertim magnatibus.

I ALIVD. In calce huius epistolæ videtur permittere sacris virginibus, vt si se non continent, nubant. Quibus, inquit, apertè dicendum est, vt aut nubant, si se non possunt cõtinere: aut cõtineant, si nolunt nubere: nisi fortè hoc sensit de virginibus, quæ nondum acceperũt velum ab episcopo. Tametsi nec harum matrimonia dirempta legimus, vt legimus à priscis improbata.

ARGVMENTVM EPISTOLAE sequentis.

Saluina mulier nobilissima, puella adhuc, iuuenem maritum ac nobilẽ amiserat, relicto Nebridio puero, & huius sorore. Maritum laudat Hieronym⁹: liberos superstites, vt diligenter educet, admonet. Quibus rationibus castimoniam & famam tueri possit, docet: ab iterandis nuptijs vehementer deterret.

HIERONYMVS AD SALVInam, de seruanda viduitate.

Matt.11.

VEreor ne officium putetur ambitio: & quod illius exemplo facimus, qui ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: gloriæ facere appetitione dicamur: & non viduã alloqui in angustia constitutã, sed aulæ nos insinuare regali: & sub occasione sermonis, amicitias potentium quærere. Quod liquido nõ putabit, qui scierit esse præceptum, Personam pauperis non accipies in iudicio: ne sub prętextu misericordię, quod iniustũ est, iudicemus. Vnusquisq; † enim non hominum, sed rerum põdere iudicãdus† est. Nec diuiti obsunt opes, si eis bene vtatur: nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiam peccata non caueat. Ad vtriusque nobis rei testimonium, & Abraham patriarcha, & quotidiana exempla suppeditant: quorũ alter in summis diuitijs amicus dei fuit, alij quotidie in sceleribus deprehẽsi, pœnas legibus soluunt. Alloquimur igitur diuitem pauperẽ, vt nesciat ipsa quæ possidet. Neq; enim marsupiũ eius discutim⁹, sed animæ puritatem. Loquimur ad eam, cuius faciẽ ignoramus, & virtutes nouimus, quã nobis fama commendat: [1] cuius venerabiliorem pudicitiam adolescentia facit. Quæ mortem iuuenis mariti sic [2] fleuit, vt exemplum coniugij dederit. [3] Sic extulit, † vt eum profectum crederes, † nõ amissum. Orbitatis magnitudo, religionis occasio fuit. Nebridium suum sic quærit absentem, vt in Christo præsentem nouerit. Cur ergo ad eam scribimus, quam ignoramus? Triplex nimirũ causa est. Prima, quia pro officio sacerdotij omnes Christianos filiorum loco diligimus, & profectus eorũ nostra est gloria. Altera, quia pater defuncti intima mihi necessitudine copulatus fuit. Extrema, quæ & validior, quòd filio meo Auito roganti, negare nihil potui: qui crebris literis interpellatricem [4] duri iudicis superans, & multorum mihi, ad quos antè super eadem materia scripseram, exempla proponens, ita suffudit pudorem negantis, vt plus considerarem quid ille cuperet, quàm quid me facere conueniret. Alius forsitan laudet Nebridium, quòd de sorore generatus Augustę, & in materteræ nutritus sinu, inuictissimo principi ita charus fuit, vt ei coniugem nobilissimã quęreret, & bellis ciuilibus Africam dissidentem, hac velut obside sibi fidam redderet. Mihi à principio statim illud est prædicandum, quòd quasi vicinæ mortis præscius, inter fulgorem palatij, & honorum culmina quæ ætatem anteibant, sic vixit, vt se ad Christũ crederet profecturum. Sacra narrat historia, Cornelium centurionem cohortis Italicæ intantum acceptum deo, vt angelum ad eum mitteret, & omne mysterium, quo Petrus de circũcisionis angustijs trãsferebatur ad pręputij latitudinẽ, ad illius merita pertineret: qui primus ab Apostolo baptizatus, salutem gentium dedicauit. Scriptumq; est de eo: Erat vir quidã in Cæsarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quę dicitur Italica, religiosus, & timens deũ cũ omni domo sua, faciens eleemosynas multas plæbi, & orans deum semper. Quicquid de illo dicitur, hoc nomine cõmutato, in Nebridio meo vendico. Sic religiosus fuit, & amator pudicitiæ, vt virgo sortiretur vxorem: sic timens deũ cum omni domo sua, vt oblitus dignitatis, omne cõsortium cum monachis haberet & clericis: tantasq; eleemosynas faceret in populis, vt fores eius pauperũ ac debilium obsiderent examina. Certe sic semper orans deum, vt illi quod optimũ esset, eueniret. Raptus est, ne malitia mutaret mentem eius, quia placita erat anima illius deo,

K

Leuit.19.

†vnumquodque. † iudicãdũ

†tulit. †crederet.

L

M

Act.10.

Sap.4.

A deo. Vnde & ego possum super eo verè abuti Apo
Acto.10. stoli voce,dicentis: In veritate cognoui, quoniam non est personarū acceptor deus,sed in omni proposito,qui timet deum,& operatur iustitiam,acceptus est illi. Nihil nocuit militanti[5] paludamentū, & baltheus,& apparitorum cateruæ: quia sub habitu alteri[9],alteri militabat. Sicut econtrario alijs nihil prodest vile palliolū,[6] furua tunica, corporis illuuies, & simulata paupertas, si nominis dignitatē operibus destruant. Legimus & in Euan-
Matt.8. gelio de alio centurione domini testimonium: Nec in Israël tantam fidem inueni. Et vt ad superiora redeamus, Ioseph,qui in egestate & in diuitijs dedit experimenta virtutum, qui & seruus & dominus,docuit animæ libertatē: nónne post Pharao-
Gene.41. nem regijs ornatus insignibus,sic deo charus fuit vt super omnes patriarchas duarum tribuum pa-
Dā.1.&.3. ter fieret? Daniel & tres pueri sic præerant Babylonię opibus,& sic erant inter principes ciuitatis, vt habitu Nabuchodonosor,deo mentē seruirent.
Hester. 2. Mardochæus & Hester inter purpuram,fericum,
& sequen. & gemmas superbiā humilitate vicerunt, tantiq;
B fuere meriti,vt captiui victoribus imperarēt. Hęc illuc tendit oratio, vt ostendam iuuenem meum coniunctionem sanguinis regalis,& affluentiā diuitiarum,atque insignia potestatis,materiam habuisse virtutū,dicente Ecclesiaste: Sicut protegit
Eccl's.7. sapientia,sic protegit & pecunia. Nec statim illud
Matt.19. huic testimonio putemus aduersum: Amen dico vobis, difficilè diues intrabit in regnum cœlorū.
Marc.10. Et rursum dico vobis: Facilius est[7] camelum per foramē acus transire,quàm diuitem intrare in re-
Lucæ.19. gnum cœlorum. Alioquin Zachæus publicanus, quem ditissimum commemorat scriptura,contra hanc sentētiam saluatus videbitur. Sed quomodo quod apud homines impossibile est,apud deū possibile fiat, Apostoli consilium docet scribentis ad
1. Timo.6 Timotheum: Diuitibus huius seculi præcipe,non superbè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum,sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendū. Benefaciant,sint diuites in operibus bonis,facilè tribuant: communicent,
C thesaurizent sibi bonum fundamentum in futurum,vt apprehendant bonam vitam. Didicimus quomodo camel[9] introire possit per foramē acus: quomodo animal tortuosum,depositō pōdere sar-
Psal.54. cinarum,assumat sibi pennas columbę,& requie-
Marc.7. scat in ramis arboris,quæ de sinapis semente succreuit. Legim[9] in Esaia,camelos Madian & Epha & Saba, aurum & thus ad vrbem domini deportantes: in typo horum camelorū.[8] Ismahelitæ negociatores,stacten & thymiama,& resinam, quæ nascitur in Galaad,& cutem vulneribus obducit, Aegyptijs deferunt: tantæq; felicitatis sunt, vt emant & vendāt Ioseph,& mercimonium eorum mundi salus sit.[9] Docet & Aesopi fabula,plenum muris ventrē per angustum foramen egredi non valere. Ergo Nebridius meus quotidie illud reuol
1. Timo.6 uens: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueū diaboli,& desideria multa. Quicquid & imperatoris largitio,& [10] honoris insulæ dederant,in vsus pauperum conferebat. Nouerat
Matt.19. enim à domino esse præceptum: Si vis perfectus esse,vade,vende omnia quæ habes, & da pauperibus,& veni sequere me. Et quia hanc sententiam

implere non poterat, habens vxorem & paruulos D
liberos,& multā familiam,faciebat sibi amicos de Lucæ.16.
iniquo mammona,qui se reciperent in æterna tabernacula. Nec semel abijciebat sarcinam,quod fecerunt Apostoli,patrē, rhete,& nauiculam relinquentes:[11] sed ex æqualitate, aliorum inopiæ suā 2.Cor.8.
abundantiam communicabat, vt postea illorum diuitiæ,huius indigentiam sustentarent. Scit ipsa cui libellus hic scribitur, me non nota,sed audita narrare: nec ex aliquo in me beneficio,[12] scriptorū more Græcorum,gratiam lingua reddere. Procul
à Christianis ista suspicio. Habētes victum & ve- 1.Timo.6
stitum,his contenti sumus. Vbi vile oluscul um,& cibarius panis,& cibus potusq; moderatus: vbi diuitiæ superuacuæ,ibi nulla adulatio,quæ vel prę-
cipuè fructū respicit. Ex quo colligitur,fidele esse testimonium,quod causas non habet mentiendi. Ac ne quis putet me solas in Nebridio prædicare eleemosynas,quanquam & has exercuisse sit magnū,de quibus dicitur: Sicut aqua extinguit ignē, Eccli.3.
ita eleemosyna extinguit peccatū: ad cæteras virtutes eius veniam, quas singulas in paucis hominibus deprehendimus. Quis fornacem regis Ba- E
bylonij sine adustione ingressus est? Cuius adolescentis Aegyptia domina pallium non tenuit?[13] Quæ vxor Eunuchi nullos creat liberos voluptate transacta? Quem hominum disputatio illa
nō terreat: Video aliam legem in membris meis, Roma.7.
repugnantē legi mētis meę,& captiuum me ducētem in lege peccati,quæ est in membris meis? Mirum dictu est, nutritus in palatio,cōtubernalis & cōdiscipulus Augustorum,quorum mensæ ministrat orbis,& terrę ac maria seruiunt,inter rerum omnium abundantiā,in primo ætatis flore tantæ verecūdiæ fuit,vt virginalem pudorem vinceret, & ne læuem quidem obscœni rumoris in se fabulam daret. Deinde purpuratorum propinquus,socius,consobrinus,ijsdem cū ambobus studijs eruditus([14] quę res etiā externorum mentes sibi conciliat) nō est inflatus superbia,nec cæteros homines adducta fronte contempsit: sed cunctis amabilis,ipsos principes amabat vt fratres,venerabatur vt dominos: & in illorū salute,suam salutē posi-
tam fatebatur. Ministros autem eorum,& vni- F
uersum ordinem palatij,quo regalis frequentatur ambitio,sic sibi charitate sociarat, vt qui mērito inferiores erant, officijs se pares arbitrarentur.[15] Difficile factu est,gloriam virtute superare: & ab »
his diligi,quos præcedas. Quæ vidua non huius »
auxilio sustētata est? Quis pupillus nō in eo repperit patrem? Totius Orientis episcopi ad hunc miserorū preces, & laborātium desideria conferebant. Quicquid ab imperatore poscebat,eleemosyna in pauperes,preciū captiuorum, misericordia in afflictos erat. Vnde & ipsi principes libenter præstabant,quod sciebant,non vni, sed pluribus indulgeri. Quid vltra differimus? Omnis ca- Esa.40.
ro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Reuersa est terra in terram suam: dormiuit in domino,& appositus est ad patres suos, plenus dierū ac luminis,& nutritus in senectute bona. Cani enim hominis sunt sapientia eius. In breui ætate tempora multa compleuit. Tenemus pro eo dulcissimos liberos.[16] Vxor hæres pudicitiæ precium est. Nebridius[17] pusio,patrē quærentibus exhibet.

G [18] Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat. Scintil
la vigoris paterni lucet in filio:& ſimilitudo mo-
rum per ſpeculum carnis erumpens,ingentes ani
mos anguſto in pectore verſat. Iungitur ei germa
na,[19] roſarum & liliorum calathus, eboris oſtriq̃
cõmercium. Sic refert ore patrem, [20] vt ad venu-
ſtatem propẽſior ſit. Sic matrem mixta pingit ſi-
militudine, vt in vno corpore vtrunq̃ agnoſcas.
Ita ſuauis eſt,& mellitula, vt honor ſit omniũ ꝓ-
pinquorum. Hanc tenere non dedignatur Augu-
ſtus:hãc fouere in ſinu,regina lætatur. Certatim
ad ſe omnes rapiunt. Pẽdet ex collo, hæret in bra
chijs ſingulorum. Garrula atq̃ balbutiens,linguę
offenſione fit dulcior. Habes igitur Saluina quos
nutrias,in quibus virum abſentem tenere te cre-
Pſal.126. das. Ecce hæreditas domini,filij merces,fructus
ventris. Pro vno homine duos filios recepiſti,au
ctus eſt numerus charitatis. Quicquid debebas
marito,redde filijs. Amore præſentium, abſentis
deſiderium tempera. Nõ eſt parui apud deũ me-
riti,bene filios educare. Audi Apoſtolum cõmo-
1.Timo.5. nentem: Vidua eligatur non minus annorum ſe-
H xaginta,quæ fuerit vnius viri vxor,in bonis ope
ribus habens teſtimonium,ſi filios educauit,ſi ho
ſpitalis fuit,ſi ſanctorũ pedes lauit,ſi afflictis ab-
undanter præbuit,ſi omne opus bonum ſubſecu-
ta eſt. Didiciſti catalogũ virtutũ tuarum, [21] quid
debeas nomini tuo,quibus meritis ſecundum pu-
dicitiæ gradũ poſſideas. Nec te moueat,quòd ſe-
† vidua. xagenaria eligatur in viduã,†& putes adoleſcen-
tulas ab Apoſtolo reprobari. Et te crede eligi ab
1.Timo.4 eo,qui diſcipulo dixerat: Nemo adoleſcentia tuã
conteñat:non continentiam,ſed ætatẽ. Alioquin
omnes quæ ante ſaxaginta annos viduatæ ſunt,
hac lege accipient maritos. Sed quia rudem Chri
ſti inſtituebat Eccleſiam,& omni ordini prouide
Galat.2. bat,præcipueq̃ pauperibus, quorum ei cura cum
Barnaba fuerat demãdata:illas vult Eccleſiæ opi
bus ſuſtentari, quæ propriis manibus nõ queunt
laborare,quæ verę viduæ ſunt: quas & ætas pro-
1.Reg.3. bat,& vita. Heli ſacerdos offendit deum ob vitia
liberorum. Ergo econtrario placatur deus virtu-
I tibus eorum,ſi permanſerint in fide & charitate,
& ſanctitate cum pudicitia. O Timothee:teipſam
† caſtum caſtã † cuſtodi. Abſit vt ſiniſtrum quippiã mihi
de te ſuſpicari liceat,ſed ex abundantia lubricam
ætatem monuiſſe,pietatis eſt. Quæ dicturꝰ ſum,
1.Timo.5. non tibi,ſed puellaribus annis dicta intellige. Vi-
dua quæ in delitijs eſt,viuẽs mortua eſt. Hoc vas
electionis loquitur: & de illo profertur theſauro,
1.Cor.13. qui confidenter aiebat: An experimentum quæri
tis eiꝰ,qui in me loquit Chriſtꝰ? Hoc ille pronun-
ciat, qui liberè ſub perſona ſua fragilitatẽ huma-
Roma.7. ni corporis fatebatur. Nõ enim quod volo bonũ,
hoc operor:ſed quod nolo,malum. Et propterea
ſubijcio & redigo in ſeruitutem corpus meum,ne
alijs prædicans,ipſe reprobus inueniar. Si ille ti-
2.Reg.11. met,quis noſtrum poteſt eſſe ſecurꝰ? Si Dauid a-
3.Reg.11. micus domini,& Solomõ amabilis eius,victi ſunt
quaſi homines, vt & ruinæ nobis ad cautionem,
& pœnitudinis ad ſalutem exempla præberent,
quis in lubrica via lapſum nõ metuat? Procul ſint
à conuiuijs tuis [22] Phaſides aues, craſſi turtures,
[23] attagen Ionicus:& omnes aues,quibus ampliſ-
ſima [24] patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus
veſci non putes,ſi ſuum,leporum atq̃ ceruorum, K
& quadrupedum animãtiũ eſculentias reprobes.
Non enim hæc pedum numero,ſed ſuauitate gu-
ſtus iudicantur. Scimus ab Apoſtolo dictũ: Om- 1.Timo.4
nis creatura dei bona eſt,& nihil reijciendũ,quod
cum gratiarum actione percipitur. Sed idẽ loqui-
tur: Bonum eſt vinum non bibere,& carnem non Rom.14.
mãducare. Et in alio loco: Nolite inebriari vino, Ephe.5.
in quo eſt luxuria. Omnis creatura dei bona eſt.
Audiãt hęc mulieres,quæ ſolicitę ſunt,quomodo
placeant viris. Comedant carnes, quæ carni ſer-
uiunt,quarũ feruor deſpumat in coitũ:quæ mari-
tis alligatę,generatiõi ac liberis dãt operã. Qua-
rum vteri portant fœtus, earum & inteſtina car-
nibus impleantur. Tu verò quæ in tumulo mari-
ti ſepeliſti omnes pariter voluptates:quæ litã pur
puriſſo & ceruſſa faciẽ,ſuper feretrũ eius lachry-
mis diluiſti:quę pullam tunicam,nigroſq̃ calceo-
los,cãdidæ veſtis & aurati ſocci depoſitione ſum-
pſiſti,nihil habes neceſſe aliud,niſi perſeuerare in
ieiunio. Pallor & ſordes gemmæ tuæ ſint: plumа-
rum mollicies iuuenilia mẽbra non foueat. Bal-
nearum calor nouũ adoleſcentulæ ſanguinem nõ L
incendat. Audi quid ex perſona viduæ continen-
tis ethnicus poëta decantet: [25] Ille meos,primꝰ qui
me ſibi iunxit,amores, Abſtulit: ille habeat ſecũ,
ſeruetq̃ ſepulchro. [26] Si tanti viliſſimum vitrum, »
quãti precioſiſſimũ margaritum? Si communi le- »
ge naturæ damnat omnes gẽtilis vidua voluptа-
tes,quid expectandũ eſt à vidua Chriſtiana, quæ
pudicitiã ſuam non ſolum ei debet,qui defunctus
eſt,ſed & ei,cũ quo regnatura eſt? Quæſo te,ne
generalia monita, & cõueniens puellari ſermo ꝑ-
ſonæ ſuſpicionẽ tibi iniuriæ moueant, & arbitre-
ris me obiurgantis animo ſcribere, non timentis:
cuius votũ eſt,te neſcire quæ metuo. Tenera res
in fœminis fama pudicitiæ eſt: & quaſi flos pul-
cherrimus citò ad leuẽ marceſſit aurã,leuiq̃ flatu
corrũpit,maximè vbi & ętas cõſentit ad vitiũ, &
maritalis deeſt autoritas,cuiꝰ vmbra tutamẽ vxo-
ris eſt. Quid facit vidua inter familię multitudi-
nẽ? inter miniſtrorũ greges? Quos nolo contẽnat
vt famulos, ſed vt viros erubeſcat. Certe ſi ambi M
tioſa domꝰ hæc officia flagitat,præficiat his ſenẽ
honeſtis moribꝰ,cuiꝰ honor dominæ dignitas ſit.
Scio multas,clauſis ad publicũ foribus,nõ caruiſ-
ſe infamia ſeruulorũ,quos ſuſpectos faciebat, aut
cultus immoderatus,aut craſſi corporis nitor,aut
ętas apta libidini,aut ex cõſcientia amoris occul-
ti,ſecurꝰ animi tumor: qui etiã bene diſſimulatꝰ,
frequẽter erũpit in publicũ, & cõſeruos quaſi ſer-
uos deſpicit. Hoc ex abũdantia dictũ ſit, vt omni
diligẽtia cuſtodias cor tuũ, & caueas quicquid de
te fingi poteſt. Nõ ambulet iuxta te calamiſtratꝰ
procurator,nõ hiſtrio fractus in fœminã,non cã-
toris diabolici venenata dulcedo,nõ iuuenis cultꝰ
& nitidꝰ. Nihil artiũ ſcenicarum, nihil tibi in ob-
ſequijs molle iungat. Habeto tecũ viduarũ & vir-
ginũ choros,habeto tui ſexꝰ ſolatia. Ex ancillarũ
quoq̃ moribus dominæ iudicãtur. Certe cùm te-
cũ ſancta ſit mater,& lateri tuo amita hęreat vir-
go perpetua, non debes periculoſè externorũ con
ſortia quærere,de tuorũ ſocietate ſecura. Semper
in manibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebræ
orationes, vt omnes cogitationum ſagittæ, qui-
bus

A bus adoleſcentia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo repellantur. Difficile eſt, quin potius impoſſibile, perturbationū initijs carere quempiam,[27] quas ſignificantius Græci προπαθείας vocant: nos, vt verbum verbum vertamus è verbo, antepaſſiones poſſumus dicere, eo quòd incētiua vitiorum, omnium titillent animos: & quaſi in meditullio noſtrum iudicium ſit, vel abijcere cogitata, vel recipere. Vnde
Matt.15. & naturæ dominus in Euangelio loquebatur: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Ex quo perſpicuum eſt, iuxta alterius li
Gene.8. bri teſtimoniū, procliuius eſſe cor hominis à pue-
Gal.5. ritia ad malum: & inter opera carnis & ſpiritus, quæ Apoſtolus enumerat,[28] mediam animam flu
« ctuare, nunc hæc, nunc illa cupientem.[29] Nam vi-
« tijs nemo ſine naſcitur. Optimus ille eſt, qui mini
mis vrgetur:[30] velut ſi egregio inſperſos reprehendas corpore neuos. Hoc eſt quod alijs verbis pro-
Pſal.76. pheta ſignificat: Turbatus ſum, & non ſum locu-
Pſal.4. tus. Et in eodē volumine: Iraſcimini, & nolite peccare. Et illud [31] Architæ Tarentini, ad villicū ne-
B gligentē: Iam te verberibus enecaſſem, niſi iratus
Iacob.1. eſſem. Ira enim viri, iuſtitiam dei non operatur. Quod de vna perturbatione dictū eſt, referamus ad cæteras. Sicut iraſci hominis eſt, & iram non perficere, Chriſtiani: ſic omnis caro concupiſcit quidem ea, quæ carnis ſunt: & quibuſdā illecebris ad mortiferas animam voluptates trahit: ſed noſtrum eſt, voluptatis ardorē maiore Chriſti amo-
†laſciuiēs. re reſtinguere, & laſciuiæ † iumētū frenis inediæ ſubiugare: vt non libidinem, ſed cibos quærat ac deſideret, & ſeſſorē ſpiritū ſanctū, moderato atq; cōpoſito portet inceſſu. Quorſum iſta? Vt homi nem eſſe te noueris, & paſſionibus humanis, niſi caueris, ſubiacere. De eodē cuncti facti ſumus luto, iiſdem cōpacti exordijs. In ſerico & in pannis eadem libido dominatur. Nec regum purpuras timet, nec mēdicantiū ſpernit ſqualorem. Multoq; melius eſt, ſtomachū dolere, quàm mentem: imperare corpori, quàm ſeruire: greſſu vacillare, quàm pudicitia. Nec ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia. Cauc-
C dū eſt vulnus, quod dolore curatur. Aliud eſt, integra naue & ſaluis mercibus portū ſalutis intrare: aliud, nudum hærere tabulæ: & crebris fluctuū recurſibus ad aſperrima ſaxa collidi. Neſciat vi-
1.Cor.7. dua digamiæ indulgentiā, nec nouerit illud Apoſtoli: Melius eſt nubere, q̄ vri. Tolle quod peius eſt vri, & per ſe bonū non erit nubere. Procul ſint
Hebr.13. hæreticorum calumniæ. Scimus honorabiles nuptias, & cubile immaculatum. Etiam de paradiſo expulſus Adam, vnam vxorem habuit.[32] Primus Lamech maledictus & ſanguinarius, & de Cain ſtirpe deſcendens,[33] vnam coſtam diuiſit in duas, & plantariū digamię protinus diluuij pœna ſubuertit. Vnde illud Apoſtoli: quod fornicationis metu indulgere compellitur, ſcribens ad Timo-
1.Timo.5. theum: Volo adoleſcētulas nubere, filios procreare, matreſſamiliās eſſe, nullam occaſionē dare adtdetractionis. uerſario maledicti † cauſa. Cur indulſerit, ſtatim ſubiecit: Iam quædam declinauerūt poſt Satanā. Ex quo intelligimus, illum nō ſtantibus coronā, ſed iacētibus manum porrigere. Vide qualia ſint ſecunda matrimonia, quæ lupanaribus pręferuntur, quia declinauerunt quædam poſt Satanam. D
Ideo adoleſcentula vidua, quæ ſe non poteſt continere, vel non vult, maritū potius accipiat, quàm diabolum. Pulchra nimirum & appetēda res, quæ Satanæ comparatione ſuſcipitur. Fornicata eſt
Ezech.16. quōdam & Hieruſalem, & diuaricauit pedes ſuos omni tranſeunti. In Aegypto primùm deuirginata eſt, & ibi fractæ ſunt mammæ eius. Cumq; ad deſerta veniſſet, & morarum Moyſi ductoris
†æſtu. impatiēs, quaſi[34] Oeſtro † libidinis furibunda di-
Exod.32. xiſſet: Iſti ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de
Ezech.20 terra Aegypti: accepit præcepta non bona, & iuſtificationes peſſimas, in quibus non viueret, ſed puniretur. Quid ergo mirum, ſi & laſciuientibus viduis, de quibus in alio loco Apoſtolus dixerat:
1.Timo.5. Cū luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: conceſſit digamiæ præcepta nō bona, & iuſtificationes peſſimas: ita ſecūdum indulgēs maritum, vt & tertium, ſi liberet, etiam vicelimum: vt ſcirent ſibi non tam viros datos, quàm adulteros amputatos? Hæc filia in Chriſto chariſſima inculco, & crebrius repeto: vt poſteriorū E
oblita, in priora te extendas, habens tui ordinis quas ſequaris. Iudith de Hebræa hiſtoria, &[35] Annam filiā Phanuelis de Euāgelij charitate, † quæ †claritate. diebus & noctibus verſabantur in templo, & orationibus atque ieiunijs theſaurum pudicitiæ conſeruabant. Vnde & altera in typo Eccleſiæ,[36] diabolum capite truncauit: altera ſaluatorem mundi prima ſuſcepit, ſacramētorū conſcia futurorum. Illud in calce ſermonis quæſo, vt breuitatē libelli, nō de inopia eloquij, vel de materię ſterilitate, ſed de pudoris magnitudine exiſtimes accidiſſe: dum vereor me ignotis diu ingerere † auribus, &[37] occultum legentium iudicium pertimeſco. † vereor ignotis mediū me ingerere.

SCHOLIA.

CVius venerabiliorem.) Alias viduas ætas & forma ſuſpectas reddit: hæc ita viuebat, vt hoc eſſet venerabilior, quòd adoleſcens etiam caſtitatem amplecteretur. 2 Sic fleuit.) Mirè coniunxit hęc duo: officium fidæ coniugis, dum lachrymas dat marito defuncto: & fortitudinem animi Chriſtiani, dum ſtatim poſt ſepulturam ſic ſe gerit, vt videretur maritus non mortuus, ſed F
aliquó profectus. 3 Sic extulit.) Id eſt, ad ſepulchrum detulit. Defuncti dicuntur efferri, quod olim extra mœnia ſepeliri conſueuerint cadauera. Efferre.
4 Duri iudicis.) Locus eſt Lucæ cap. xviij. 5 Paludamentum & baltheus.) Paludamē Paludámē
tum veſtis eſt militaris: vnde qui ad bellum exeunt, paludati vocantur. Balthæus cingulum eſt militare. tum.
6 Furua tunica.) Furuum, antiqui nigrum aut fuſcū dicebant. Baltheus.
7 Camelum per foramen acus.) Quidam, cùm intelligant abſurde dictum de camelo tranſeunte per foramen acus, acum faciunt vnam è portis vrbis Hieruſalem. Verum camelus Grę Furuum.
cis ambigua vox eſt, ſignificans & animal ingens ac diſtortū: Camelus.
& funem ab huius ſimilitudine dictum, quem Latini rudentem vocant. Atqui nec iſtud, inquies, fieri poteſt. Fateor, verum cum de rudente accipis, abſurditas ſermonis adempta Rudens.
eſt, non δι' ἀδύνατον. Nam in hoc ipſum Chriſtus adhibuit, vt oſtenderet id fieri non poſſe, quemadmodum paulò poſt palàm explicat. Tametſi Suidas κάμιλον cū eſt rudens, per iota ſcribit, non per η, differentiæ cauſa: non quam ipſa vox habeat, ſed quam grammatici, præſertim Græci, ſuo arbitratu ſoleant addere. Mirum eſt autem nec Hieronymum animaduertiſſe de fune. 8 Iſmahelitæ nego.) Locus eſt in Geneſi cap. xxxviij. Et ſedentes vt comederent panem, viderunt Iſmahelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes

G portantes aromata & resinam & stacten. Per hos seruatus est Ioseph. 9 Docet & Aesopi fabula.)Horatius in epistolis,hunc apologū transfert ad vulpem & mustelā: Fortè per angustam tenuis vulpecula rimā Repserat in camerā frumenti,pastaq; rursus ire foras pleno tendebat corpore frustra: Cui mustela procul,si vis,ait, effugere istinc, Macra cauum repetas arctum, quem macra subisti. 10 Honoris infulæ.)Imperatoriæ aulæ proceres, vt paludamentum, ita

Infula. infulam honoris causa gestabant. Est autem infula diadematis,ni fallor,genus. 11 Sed ex æqualitate.) Refert locū qui est apud Paulum in epistola ad Corinthios secūda, capi.viij. Sed ex æqualitate in præsenti tempore,vestra abundantia,illorum inopiam suppleat:vt & illorum abundātia,vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas. 12 Scriptorum more Græcorum.)Vox hæc scriptorum, mihi videtur eradenda. Taxat autē Græcorum adulationem. 13 Quæ vxor Eunuchi.)Nam ea quæ solicitauit Ioseph ad concubitū,vxor Putifaris Eunuchi Pharaonis fuit. Quod autem verecundè ac tectè Hieronymus innuit, huiusmodi est:Nulla est vxor, si maritum habeat Eunuchum, hoc est, segnem & ignauum ad coitum,quæ non gignat ex adultero, cùm maritus sit sterilis. 14 Quæ res etiam exter.) Mirus amor nascitur ex societate studiorum, vt Germanus etiā Hispanum aut Gallum diligat,quem in literis habuerit socium. 15 Difficile

H factu.)Hic puto pro gloriam, scribendum esse, inuidiam: 16 Vxor hęres pudici.præ.est.)Id est,quod maritus vxorem scripsit hæredem,in hoc retulit gratiam illius pudici-

Pusio. tiæ, testatusq; est se reperisse pudicam. 17 Pusio.)Diminutiuum est a puero. 18 Sic oculos.) Carmen est Maronis: quemadmodū & quod sequitur: Ingentes animos:quod mirè ab apibus ad puerum traxit. 19 Rosarum & liliorū calathus.)Hoc loco mihi videtur eradendum,floris,quod in vulgatis codicibus perperam additum est. Siquidem diuus Hieronymus diuersa metaphora bis idem significauit. In eadem filia, similitudinem patris & matris, vocat calathum rosarum & liliorum: rosas ad patrem,lilia ad matrem referens. Rursum commercium eboris & ostri. Alludens ad illud Vergilianum: Vel ebur confunditur ostro. Ebur can-

Ostrum. det:ostrū,hoc est,purpura,rubet. Vt igitur in calatho mixto liliis & rosis apparet vterque color, item in mixtura eboris & purpuræ:ita in eadem puella similitudo matris ac patris.

Venustas. 20 Vt ad venustatē.)Venustas mulierum est magis quàm virorum. Similis erat vultu patri, sic tamen, vt gratia formæ magis exprimeret matrem, & tamen vtriusque parentis similitudinem agnosceres. 21 Quid debeas nomini tuo.) Id est,viduæ. Et cùm Paulus sanctam viduam describit, illa

I virtutum suarum catalogum audiuit, quæ talis sit vidua. 22 Phasides aues,crassitur.) Ea præcipua turturum laus, vt pingues sint,alioqui parum grati. Vnde Martialis: Cùm

Attagen. pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis. 23 Attagen Ionicus.)Attagen auis est,olim inter raras epulas habita. Ionicum addit Hieronymus,imitatus Horatium & Martialē, quorum ille in Odis: Nō attagen Ionicus. hic in epigrammatis: Inter sapores fertur alitum primus,Ionicarū gustus

Ionia. Attagenarum. Cęterum Ionicus vocatur,ab Ionia Asiæ parte, in qua est Ephesus, quòd illic laudatissimæ habeantur. Quanquam M. Varro apud Gellium primam laudem tri-

Attagena. buat Phrygijs, Phrygia,inquit,Attagena. Sic enim declinatur,hæc Attagena:quanquam Horatius illi sexum mutauit. 24 Patrimonia auolant.) Festiuiter dixit,auolant,pro cō sumuntur, cùm de auibus loquatur, in quas res domestica impēditur. 25 Ille meos primus.)Ita loquitur Dido apud Vergilium,nolens Aeneę nubere,ne primo marito Sicheo faciat iniuriā. 26 Si tanti vilissimum.)Hoc vsurpat in epistola ad Demetriadem,tanquam prouerbio dici solitum: Si

cc tanti,vt dicitur,vitrum,quanti margaritum? De precio margaritorum,quos & vniones vocant, multa Plinius. Vitrum imitatur gemmas,etiam si vilissimum. Hoc sermone significabant summam inæqualitatem rei cōtemptissimę, quale est vitrū:& præciosissimæ,quale est margaritum. Vitrū autem gemmas imitatur. 27. Quas significātius Græcè προπα-

πάθος. θείας.)πάθος Græci vocant, quod nos nunc affectum, nunc perturbationem,nūc motum aut morbū animi dicimus:πρὸ K significat ante. Vnde primos affectuum motus προπαθείας appellant,quæ nō sunt nostri arbitrij. 28 Mediam animā fluctuare.)Respexit ad locum qui est in priore ad Thessalonicēses epistola, cap.v. Vt integer spiritus vester,vt anima, vt corpus sine querela in aduētum domini nostri Iesu Christi seruetur. Partitur enim hominis animū in treis parteis: in summam ac deo proximam, quam vocat spiritū:in imā, qua trahimur ad turpia,quam appellat corpus:in animā mediam, qua diligimus parentes &c. Qua de re copiosius disseruimus in Enchiridio militis Christiani. 29 Nam vitijs nemo.)Carmen ex Satyris Horatij. 30 Velut si.)Hoc addit ex alio loco,nempe ex Satyra: Non quia Mecœnas. Ne- Neuus.

uus macula est, quales aliquando innatos videmus vultui, aut brachijs hominum. Archytæ Tarenti.)Hic philoso- Architas.

phus fuit Pythagoricus,cuius meminit Horatius in Odis. Quanquam hoc dictum asscribitur & alijs. 32 Primus Lamech.)Hic fuit filius Mathusalem,aut vt habent codices Lamech.

emēdatiores Mathusahel,qui duas duxit vxores omniū primus,Ada, & Sella. Is Geneseos cap. iiij. sic alloquitur vxores suas:Quoniam occidi virum in vulnus meum,& adolescentulum in liuorem meum,septuplum dabitur vltio in Caīn, de Lamech vero septuagiessepties. 33 Vnā costam.)Eleganter allusit ad allegoriam:Deus non nisi vnam costā eduxit de latere Adam,veluti significans eū vnica vxore contē- L

tū esse debere. 34 Oestro libidinis.) Oestrū pro stimu- Oestrum.

lo posuit. Nā genus est muscæ, quam eandē Vergilius Asylum vocat. Ea boues & equos in rabiem agit. Vnde qui magno animi motu rapiūtur, Oestro percitī dicunt. 35 De Anna filia Phanuelis.)Legis apud Lucā in Euāgelio, cap.ij.

36 Diabolum capite truncauit.) De Holopherne loquit, quem diabolum humani generis hostem interpretatur.

37 Occultū legentiū.)Timet ne videatur captare fauorē potētis fœminę,quod idē dixerat in fronte huius epistolæ.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Furiam viduam,Titianæ filiam,Probi cōsulis nurū,hortatur vt in cœlibatu perseueret,nec iteret matrimonium,& quoniam adhuc virenti erat ętate,quibus modis pudicitiam simul ac famam tueri debeat,præcipit.

HIERONYMVS AD FVRIAM
De viduitate seruanda.

M OBsecras literis,& suppliciter deprecaris, vt tibi rescribam:imò scribā, quomodo viuere debeas, & viduitatis coronā illæso pudicitiæ nore cōseruare. Gaudet animꝰ,exultāt viscera,gestit affectꝰ,hoc te cupere esse post virū,quod sanctæ memorię mater tua Titiana multo tēpore fuit sub marito. Exauditę sunt preces & oratio nes eius. Impetrauit [vt adipiscereturJ in vnica filia,quod viuens ipsa possederat. Habes prętera generis tui grāde priuilegiū, quòd exinde [1] à Camillo,vel nulla,vel rara vestræ familiæ scribit secundos nosse cōcubitus:vt nō tā laudāda sis,si vidua perseueres,q̄ execranda si id Christiana non serues,quod p tāta secula gētiles fœminæ custodierūt. Taceo de Paula & Eustochio, stirpis vīræ floribꝰ, ne per occasionē exhortationis [tuę] illas laudare videar. Blesillāq; prætereo,quę maritum suū, tuū secuta germanū,in breui vitæ spatio tēpora virtutū multa cōpleuit. Atq; vtinam præconia fœminarū imitarent viri: & rugosa senectus redderet,qđ spōte offert adolescētia. Sciens & vidēs in flāmā mitto manū,adducent supcilia,extē dent brachiū,[2] Iratusq; Chremes tumido desæuiet ore,[3] Cōsurgēt pceres aduersus epistolā meā,[4] tur

ba pa-

A ba patritia detonabit,me magū,me ſeductorē clamitās,& [5] in terras vltimas deportandū. Addāt,ſi volunt, & Samaritē, vt [6] domini mei titulum recognoſcam. Certe filiam à parente nō diuido, nec
Matt.8. & Lucæ.9. dico illud de Euangelio: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. Viuit enim, quicūq; credit in Chri
1.Ioan.2. ſtum. Et qui in illum credit, debet vtiq; quomodo ille ambulauit,& ipſe ambulare: [7] Faceſſat inuidia,
† ſermo. quā nomini Chriſtiano maledicorū ſemper † genuinus infigit: vt dum probra metuūt, ad virtutes prouocētur. Exceptis epiſtolis, ignoramus alterutrum. Solaq; cauſa pietatis eſt, vbi nulla carnis noticia eſt. Honora patrem tuū, ſed ſi te à vero patre nō ſeparat. Tamdiu ſcito ſanguinis copulam, quādiu ille ſuū nouerit creatorē. Alioqui Da
Pſal.44. uid protinus tibi canet: Audi filia,& vide,& incli na aurem tuā,& obliuiſcere populū, & domū patris tui: & concupiſcet rex decorē tuū, quoniā ipſe eſt dominus tuus. Grande prę̄mium parentis obliti: Concupiſcet rex decorem tuū. Quia audiſti, quia vidiſti, quia inclinaſti aurē tuā,& populi tui,
B domusq; patris tui oblita es, idcirco concupiſcet
Cant.4. rex decorē tuū,& dicet tibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Quid pulchrius anima, quæ dei filia appellatur,& nullos extrinſecus quærit ornat9? † Credit in Chriſtū,& hac am
†amplex9. bitioe ldditata Jpgit ad ſpōſum, eundē habēs dominū, quē & virum. Quid anguſtiarū habeant nuptiæ, didiciſti in ipſis nuptijs: & quaſi [8] coturnicū carnibus vſq; ad nauſeam ſaturata es: amariſſimā cholerā tuę ſenſere fauces. Egeſſiſti9 aceſcentes & morbidos cibos: releuaſti ęſtuantem ſtomachum. Quid vis rurſum ingerere, quod tibi noxiū fuit?
2.Pet.2. Canis reuertens ad vomitum,& ſus lota, [10] ad volutabrū luti. Bruta quoq; animalia & vagæ aues, [11] in eaſdem pedicas rhetiaq; nō incidunt. An vereris, ne proles Furiana deficiat,& ex te parēs tu9
† nepotem nō habeat [12] puſionem: † qui reptet in pectore, & ceruicem eius ſtercore linat? [13] Quippe ni omnes habent filios, qui habuere matrimonia? & quibus nati ſunt liberi, ſuo generi reſponderunt? [14] Exhibuit Ciceronis filius patrem in eloquentia. [15] Cornelia veſtra, pudicitiæ ſimul & fœcūditatis exem
C plar, Gracchos ſe genuiſſe lætata eſt. [16] Ridiculum eſt ſperare pro certo, quod multos, & non habere videas,& cùm habuerint, perdidiſſe. Cui dimittes tantas diuitias? Chriſto, qui mori nō poteſt. Quē habebis hæredem? Ipſum, quem & dominū. Contriſtabitur pater, ſed lætabitur Chriſtus: lugebit familia, ſed angeli gratulabunt. Faciat pater quod vult de ſubſtātia ſua: non es eius [17] cui nata es, ſed cui renata: & q te grandi precio redemit, ſāguine
† rumigerulas. ſuo. Caue nutrices, & gerulas, † & iſtiuſmodi venenata animalia, quę [18] de corio tuo ſaturari ventrem ſuū cupiunt. Nō ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit. Et ſæpe illud obgāniunt: [19] Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta? Nec dulces natos, Veneris nec prę̄mia noris? Vbi pudicitię ſanctitas, ibi frugalitas eſt. Vbi frugalitas, ibi damna ſeruulorum. [20] Quicquid non tulerint, ſibi ablatum putant: nec conſiderant de quanto, ſed quantum accipiant. [21] Vbicūq; viderint Chriſtianum, ſtatim [22] illud de triuio, ὁ γλαικὸς ἐπιδέτης vocant impoſtorem, detrahunt: Hi rumores turpiſſimos ſerūt: & quod ab ipſis egreſſum eſt, id ab alijs au-

diſſe ſe ſimulant, ijdem autores & exaggeratores. D
[23] Exit fama † de mēdacio: quæ cùm ad matronas †infamia.
peruenerit, & earum linguis fuerit ventilata, [24] prouincias penetrat. Videas pleraſque rabido ore ſæuire,& tincta facie, [25] viperinis orbibus, [26] dentibus pumicatis carpere Chriſtianos. [27] Hic aliqua, cui circa humeros hiacynthina læna eſt, Rancidulum quiddam, balba de nare loquuta Perſtrepit, ac tenero ſupplantat verba palato. Omnis cō ſonat chorus,& latrant vniuerſa ſubſellia. [28] Iunguntur noſtri ordinis, qui & roduntur & rodunt. Aduerſus nos loquaces, pro ſe muti, quaſi & ipſi aliud ſint, quàm monachi: & non quicquid in monachos dicitur, redūdet in clericos, qui patres ſunt monachorum. Detrimentū pecoris, paſtoris ignominia eſt. Sicut è regione, illius monachi vita laudanda eſt, qui venerationi habet ſacerdotes Chriſti: & non detrahit gradui, per quē factus eſt Chriſtianus. Hæc loquutus ſum in Chriſto filia, non dubitans de propoſito tuo (nunquam enim exhortatorias literas poſtulares, ſi ambigeres de bono
E monogamiæ) ſed vt nequitiam ſeruulorum, qui tę venalem portant,& inſidias affinium, ac pium parentis errorem intelligeres: cui [29] vt amorem in te tribuam, amoris ſcientiam non concedo, dicens aliquid cum Apoſtolo: Confiteor, zelum dei ha- Rom.10.
bent, ſed non ſecundum ſciētiam. Imitare potius (crebrò enim id ipſum repetam) ſanctam matrem tuam, cuius ego quoties recordor, venit in mentē ardor in Chriſtum, pallor ex ieiunijs, eleemoſynę in pauperes, obſequiū in ſeruos dei, humilitas veſtium & cordis, atque in cunctis ſermo moderatus. Pater tuus, [30] (quem honoris cauſa nomino, non quia conſularis & patritius, ſed quia Chriſtianus eſt) [31] impleat nomen ſuū. Lætetur filiam genuiſſe Chriſto, non ſeculo. [32] Quin potius doleat, quòd & virginitatem fruſtra amiſeris,& fructus perdideris nuptiarum. Vbi eſt maritus quem tibi dedit? Etiā ſi amabilis, ſi bonus fuiſſet, mors rapuiſſet omnia: & copulam carnis ſoluiſſet interitus. Arripe, quæſo, occaſionem,& fac de neceſſitate virtutem. Non quæruntur in Chriſtianis initia, ſed finis. Paulus malè cœpit, ſed bene finiuit. Iudę laudantur exordia, ſed finis proditione dam
F natur. Lege Ezechielem: Iuſtitia iuſti non liberaEzech.33.
bit eum, in quacūque die peccauerit. Et impietas impij non nocebit ei, in quacunq; die cōuerſus fuerit ab impietate ſua. Iſta eſt ſcala Iacob: per quam Gen.28.
angeli conſcendunt & deſcendūt: cui dominus innititur, laſſis porrigens manum: & feſſos aſcendētiū gradus, ſui contemplatione ſuſtentans. Sed ſicut non vult mortem peccatoris tantū, quantū vt Ezech.18.
conuertat & viuat: ita tepidos odit,& citò ei nauſeam faciūt. Cui plus dimittitur plus diligit. Me- Apoc.3. Marc.2.
retrix illa in Euāgelio baptizata lachrymis ſuis, & crine, quo multos antè deceperat, pedes domini tergens, ſaluata eſt. [33] Non habuit criſpantes mitras, nec [34] ſtridentes calceolos, [35] nec orbes ſtibio fuliginatos. Quāto fœdior, tāto pulchrior. Quid faciat in facie Chriſtianæ, purpuriſſus & ceruſſa? Quorum alterum ruborem genarum labiorumq; mentitur: alterū cādorem oris & colli, ignis iuuenū, fomenta libidinum, impudicæ mētis indicia. Quomodo flere poteſt pro peccatis ſuis, [36] quę lachrymis cutē nudat,& ſulcos ducit ī facie? Ornatus

G tus iſte non domini eſt, velamen iſtud antichriſti eſt. Qua fiducia erigit ad cœlum vultus, quos conditor non agnoſcit? Fruſtra obtenditur adoleſcentia, & ætas puellaris aſſeritur. Vidua quæ marito placere deſiuit, & iuxta Apoſtolum verè vidua eſt, nihil habet neceſſariũ, niſi perſeuerantiã. Meminit priſtinæ voluptatis, ſcit quid amiſerit, quo delectata ſit. Ardentes diaboli ſagittæ, ieiuniorum & vigiliarum rigore † reſtinguẽdæ ſunt. Aut loquendũ nobis eſt, vt veſtiti ſumus: aut veſtiendum, vt loquimur. Quid aliud pollicemur, & aliud oſtẽdimus? Lingua perſonat caſtitatem, & totum corpus præfert impudicitiã. Hoc quantum ad habitum pertinet & ornatum. Cæterum vidua quæ in delicijs eſt (non eſt meum: ſed Apoſtoli) [37] viuens mortua eſt. Quid ſibi vult hoc quod ait: viuẽs mortua eſt? Viuere quidem videtur ignorantibus, & non eſſe peccato mortua, ſed Chriſto, quem ſecreta nõ fallunt, mortua eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. [38] Quorũdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedẽtia ad iudicium, quoſdam autem & ſubſequuntur. Similiter & facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt. Quod dicit iſtiuſmodi eſt: Quidam tam liberè & palàm peccant, vt poſtquam eos videris, ſtatim intelligas peccatores. Alios autem, qui callidè occultãt vitia ſua, ex ſequenti conuerſatione cognoſcimus. Similiter & bona apud aliquos in propatulo ſunt, in alijs lõgo vſu diſcimus. Quid ergo neceſſe eſt nos iactare pudicitiam, quæ ſine comitibus & appendicijs ſuis cõtinentia & parcitate, fidem ſui facere nõ poteſt? Apoſtolus macerat corpus ſuum, & animæ ſubijcit imperio: ne qđ alijs præcipit, ipſe non ſeruet: & adoleſcentula feruente cibis corpore, de caſtitate ſecura eſt? Neque vero hæc dicens condẽno cibos, quos deus creauit ad vtendũ cum gratiarũ actione, ſed iuuenibus & puellis [39] incentiua aufero † voluptatũ. Nõ [40] Aetnæi ignes, nõ [41] Vulcania tellus, [42] non Veſeuus [43] & Olympus tantis ardoribus æſtuãt, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ. Auaricia calcatur à pleriſq; & cum marſupio deponitur. Maledicam linguam, indictum emendat ſilentium. Cultus corporis & habitus veſtium, vnius horæ ſpatio commutatur. Omnia alia peccata extrinſecus ſunt: & quod foris eſt, facilè abijcitur. † Sola libido inſita à deo, ob liberorum procreationem: ſi fines ſuos egreſſa fuerit, redundat in vitiũ, & quadam lege naturę in coitum geſtit erumpere. Grãdis igitur virtutis eſt, & ſolicitæ diligẽtię, ſuperare quod nata ſis: in carne, nõ carnaliter viuere: tecum pugnare quotidie, & incluſum hoſtem [44] Argi (vt fabulę ferunt) cẽtum oculis obſeruare. Hoc eſt quod Apoſtolus verbis alijs loquebat: Omne peccatũ quod fecerit homo, extra corp⁹ eſt. Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Aiunt medici, & qui humanorum corporũ ſcripſere naturas, præcipueq; Galenus in libris, quorum titulus [45] περὶ ὑγιείης, puerorum & iuuenum, ac perfectæ ætatis virorũ mulierumq; corpora inſito calore feruere, & noxios illis eſſe cibos ætatibus, qui calorẽ augeãt, ſanitatiq; conducere frigida quæq; in eſu & potu ſumere. Sicut econtrario ſenibus, qui [46] pituita laborant & frigore, calidos cibos, & [47] vetera vina prodeſſe. Vnde & ſaluator: Attendite, inquit, vobis, ne fortè grauent corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis hui⁹ vitę. Et Apoſtolus. Vinum in quo eſt luxuria. Nec mirũ hoc figulũ ſenſiſſe de vaſculo quod ipſe fabricatus eſt, cùm etiam Comicus, [48] cuius finis eſt humanos mores noſſe, atque deſcribere, dixerit: [49] Sine Cerere & Libero friget Venus. Primùm igitur, ſi tamen ſtomachi firmitas patit, donec puellares annos tranſeas, aquam in potu ſume, quæ natura frigidiſſima eſt. Aut ſi hoc imbecillitas phibet, audi cum Timotheo: Vino modico vtere propter ſtomachum, & frequentes tuas infirmitates. Deinde in ipſis cibis calida quæq; deuita: non ſolum de carnibus loquor, ſuper quibus vas electionis profert ſententiam. [50] Bonum eſt vinum non bibere, & carnẽ non manducare, ſed etiã in ipſis leguminibus inflantia quæq; & grauia declinanda ſunt, nihilq; ita ſcias conducere Chriſtianis adoleſcentibus, vt eſum olerum. Vnde & in alio loco: Qui infirmus eſt, ait, olera mãducet: ardorq; corporum frigidioribus epulis temperandus eſt. Sic autem tres pueri & Daniel leguminibus veſcebãtur. Pueri erant, necdum ad ſartaginem venerãt, in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit. Nobis non corporis cultus, qui in illis (excepto priuilegio gratię dei) ex huiuſcemodi cibis enituerat, ſed animæ vigor quæritur, quę carnis infirmitate fit fortior. Inde eſt quod nonnulli vitam pudicã appetentium, in medio itinere corruunt, dum ſolam abſtinentiam carniũ putant: & leguminibus onerant ſtomachum, quæ moderatè parceq; ſumpta, innoxia ſunt. Et, vt quod ſentio loquar, nihil ſic inflammat corpora, & titillat membra genitalia, ſicut indigeſtus cibus, ructusq; conuulſus. [51] Malo apud te filia, verecundia parumper, quàm cauſa periclitari. Quicquid facit ſeminarium voluptatum, venenum puta. Parcus cibus, & venter ſemper eſuriens, triduanis ieiunijs præfertur. Et multo meli⁹ eſt quotidie parum, quàm raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terrã. Subitus & nimius imber in præceps, arua ſubuertit. Quãdo comedis, cogita quod ſtatim tibi orandum, ilico & legendũ ſit. De ſcripturis ſanctis habeto fixum verſuum numerũ, iſtud pẽſum domino tuo redde. Nec antè quieti membra concedas, q̃ calathũ pectoris tui, hoc [52] ſubtegmine impleueris. Poſt ſcripturas ſanctas, doctorũ hominum tractatus lege: eorũ dũtaxat, quorũ fides nota eſt. Non neceſſe habes aurum in luto quærere, multis margaritis vnam redime margaritam. [53] Sta, iuxta Hieremiã, in vijs pluribus, vt ad illã viã, quæ ad patrẽ ducit, peruenias, Amorẽ moniliũ atq; gẽmarũ, ſericarumq; veſtium, trãſfer ad ſcientiam ſcripturarum. Ingredere terram repromiſſionis, lacte & melle manantẽ. [54] Comede ſimilam & oleum: [55] veſtire cum Ioſeph varijs indumentis: [56] perforentur aures tuæ cum Hieruſalem ſermone dei, vt precioſa ex illis nouarũ ſegetũ grana depẽdeant: Habes ſanctũ Exuperiũ, probatę ætatis & fidei, qui te monitis ſuis frequẽter inſtituat. Fac tibi amicos de iniquo mãmona, qui te recipiãt in æterna tabernacula. Illis tribue diuitias tuas qui nõ Phaſides aues, ſed cibariũ panẽ† comedãt: q famẽ expellãt, nõ q augeãt luxuriam.

1.Cor.9. 1.Timo.4 1.Cor.6. Lucæ.21. Epheſ.5. 1.Timo.5. Roma.14 Danie.1. Danie.3. Lucæ.16.

† frigore. † aſſero eſſe. † vitatur. † coemãt: qui famem expellat, nõ qui augeat &c.

Comici finis.

I K L M

Psal. 40. riam. Intellige ſuper egenū & pauperē. Omni petenti te, da, ſed maxime domeſticis fidei: nudū veſti, eſurientē ciba, ęgrotantē viſita. Quotieſcunq; manū extendis, Chriſtum cogita. [57] Caue ne mendicante domino deo tuo, alienas diuitias augeas.

Lucæ. 6. Iuuenum fuge cōſortia. Comatulos, comptos, atq; laſciuos, domus tuæ tecta non videant. Cantor pellatur, vt noxius. Fidicinas & pſaltrias, & iſtiuſmodi chorum diaboli, quaſi mortifera Sirenarum carmina, proturba ex ædibus tuis. Noli ad publicum ſubinde procedere, &[58] ſpadonum exercitu præeunte, [59] viduarū circūferri libertate. Peſſimæ conſuetudinis eſt, cùm fragilis ſexus & imbecilla ætas ſuo arbitrio abutitur: & putat licere,

1. Cor. 6. quod libet. Omnia quidē licent, ſed nō omnia expediūt. Nec procurator calamiſtratus, nec formoſus [60] collactaneus, nec [61] candidulus & rubicundus aſſecla adhæreat lateri tuo. Interdum animus dominarum ex ancillarum habitu iudicatur. Sanctarum virginum & viduarum ſocietatē appete. Et ſi ſermocinandi cum viris incubuerit neceſſi-

B tas, arbitros ne deuites: tantaq; cōfabulandi fiducia ſit, vt intrante alio, nec paueas, nec erubeſcas. Speculum mentis eſt facies: & taciti oculi, cordis fatentur arcana. Vidimus nuper ignominioſum quendam per totum Orientem volitaſſe rumorē. Et ætas, & cultus, & habitus, & inceſſus, & indiſcreta ſocietas, exquiſitę epulę, regius [62] apparatus, Neronis & Sardanapali, [63] nuptias loquebantur.

« Aliorum vulnus, noſtra ſit cautio. Peſtilente fla-
« gellato, ſapiens ſapientior erit. Sanctus amor impatientiam non habet. Falſus rumor citò opprimitur: & vita poſterior iudicat de priore. Fieri quidem nō poteſt, vt abſq; morſu hominum, vitæ huius curricula quis pertranſeat: malorumq; ſolatium eſt, bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen citò ignis ſtipulæ conquieſcit: & exundans flamma, deficientibus nutrimētis, paulatim emoritur. Si anno pręterito fama mentita eſt, aut certe ſi verum dixit, ceſſet vitium, ceſſabit & rumor. Hæc dico, nō quòd de te ſiniſtrum quid metuam, ſed quòd pietatis affectu, etiam quę tuta ſunt, per-

C timeſcam. O ſi videres ſororē tuam, & illud ſacri oris eloquium coràm audire te contingeret, cerneres in paruulo corpuſculo ingentes animos. Audires totam veteris & noui teſtamenti ſupellectilem ex illius corde feruere. Ieiunia p ludo habet, orationem pro delitijs. Tenet tympanum in exemplum Mariæ, & Pharaone merſo, virginum

Exod. 15. choro præcinit. Cantemus domino, glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare. Has docet pſaltrias Chriſto, has fidicinas erudit ſaluatori. Sic dies, ſic nox ducitur: & oleo ad lampades præparato, ſponſi expectatur aduentus. Imitare ergo & tu conſanguineam tuam. Habeat Roma, quod anguſtior vrbe Romana poſſidet Bethlehem. Habes opes, facile tibi eſt indigētibus victus ſubſidia miniſtrare. Quod luxuriæ parabatur, virtus inſumat: nulla nuptias contemptura, timeat egeſtatem. Redime virgines, quas in cubiculum regis inducas. Suſcipe viduas, quas inter virginum lilia, & martyrum roſas, quaſi quaſdā violas miſceas: pro corona ſpinea, in qua Chriſtus mundi delicta portauit, talia ſerta compone.

Lætetur & adiuuetur nobiliſſimus pater tuus: diſcat à filia, quod didicerat ab vxore. Iam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadūt: & fronte [64] ob ſenium rugis arata, vicina eſt mors in foribus, deſignatur [65] rogus prope. Velimus, nolimus, ſeneſcimus. Paret ſibi viaticū, quod longo itineri neceſſarium eſt. Secū portet, quod inuitus dimiſſurus eſt, imò præmittat in cœlum. Quod ſi negauerit, terra ſumptura eſt. Solent adoleſcentulæ viduæ, quarum nonnullæ abierunt retro poſt Satanam, cùm luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubētes† dicere: Patrimoniolum meum quotidie perit: maiorū hæreditas diſſipatur: ſeruus contumelioſē loquutus eſt: imperium ancilla neglexit. Quis procedet ad publicum? quis reſpondebit pro agrorū tributis? Paruulos meos quis erudiet, & vernulas quis educabit? Et hanc, proh nefas, cauſam opponunt matrimonij, quæ vel ſōla debuit nuptias impedire. Superducit mater filijs, non nutritiū, †ſed hoſtem: non parentem, ſed tyrannum. Inflammata libidine, obliuiſcitur vteri ſui: & inter paruulos, ſuas miſerias neſcientes, lugens dudum, noua nupta componitur. Quid obtendis matrimonium? Quid ſuperbiam ſeruulorū? Confitere turpitudinem. Nulla idcirco maritum ducit, vt cum marito non dormiat. Aut ſi certe libido non ſtimulat: quæ tanta inſania eſt, in morem ſcortorū proſtituere caſtitatem, vt augeantur diuitiæ: & propter rem vilem atque perituram, pudicitia, quæ & preciosa & æterna eſt, polluatur? Si habes liberos, nuptias quid requiris? Si non habes, quare expertam non metuis ſterilitatem: & rem incertam, certo præfers pudori? Scribūtur tibi nunc ſponſales tabulæ, vt poſt paululum teſtamentum facere compellaris. [66] Simulabitur mariti infirmitas: & quod te moriturā facere volet, ipſe victurus faciet: aut ſi euenerit, vt ex ſecūdo marito habeas filios, domeſtica oritur pugna, inteſtinum prælium. Non licebit tibi amare liberos, nec æquis aſpicere oculis, quos genuiſti. Clàm porriges cibos, inuidebit mor tuo: & niſi oderis filios, adhuc eorum amare videberis patrem. Quod ſi de priore vxore ſobolē habens, domum te introduxerit: etiam ſi clementiſſima fueris, [67] omnes comœdi, & [68] mimographi, & F [69] communes rhetorum loci, in nouercam ſæuiſſimam [70] declamabunt. Si priuignus languerit, & cō doluerit caput, infamaberis [71] vt venefica. Si non dederis cibos, crudelis: [72] ſi dederis, malefica diceris. Oro te, quid habent tantum boni ſecundæ nuptiæ, vt hæc mala valeant compenſare? Volumus ſcire quales eſſe debeant viduæ? Legamus Euangelium ſecundum Lucam: Et erat, inquit, Anna Lucæ. 2. prophetiſſa, filia Phanuelis de tribu Aſer. Anna, interpretatur gratia. Phanuel, in lingua noſtra, reſonat vultū dei. Aſer, vel in beatitudinē, vel in diuitias, vertitur. Quia igitur ab adoleſcentia vſq; ad octogintaquatuor annos viduitatis onus ſuſtinuerat, & non recedebat de templo dei, diebus ac noctibus inſiſtens ieiunijs & obſecrationibus idcirco meruit gratiam ſpiritualem, & nuncupari filia vultus dei, & auui beatitudine diuitijsq; cenſeri. Recordemur viduæ Sareptanæ, quæ & ſuæ & filiorum ſaluti, Heliæ prætulit famem: vt in ipſa nocte moritura cum filio, [73] ſuperſtitem hoſpitem relinqueret: malens vitā perdere: quàm eleemoſynam: &

D

†ſubantes.

†vitricū.

E

G nam: & in pugillo farris, ſeminarium ſibi meſſis dominicæ præparauit. Farina ſeritur, & olei [74] ca
pſaces naſcit. In Iudæa frumẽti eſt penuria. [75] Gra
num enim tritici ibi mortuum fuerat, & ingentia
Iudith.8. & ſeq. viduæ olei fluenta manabãt. Legim⁹ in Iudith (ſi cui tamen placet volumen recipere) viduam con-
fectam ieiunijs, & habitu lugubri ſordidatã, quæ
non lugebat mortuum virum, ſed ſqualore corpo-
ris, ſponſi quærebat aduentum. Video armatam
gladio manum, cruentam dexteram. Recognoſco
Iudith.13. caput Holophernis, de medijs hoſtibus reporta-
tum. Vincit viros fœmina, & caſtitas truncat li-
bidinem: Habituq; repente mutato, ad victrices
ſordes redit, omnibus ſeculi cultibus mundiores.
Iudic.4. Quidam imperitè, & Deboram inter viduas nu-
merant, ducemq; Barach arbitrantur Deboræ fi-
lium, cùm aliud ſcriptura commemoret. Nobis ad
hoc nominabitur, quòd pphetiſſa fuerit, & in or-
dine iudicum ſupputetur. Et quia dicere poterat:
Pſal.118. Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua: ſuper mel
& fauum ori meo: Apis nomen accepit, ſcripturа-
rum floribus paſta, ſpiritus ſancti odore perfuſa,
H & dulces Ambroſię ſuccos prophetali ore compo
nẽs. Nocmi, [76] quæ nobis ſonat παρακεκλημένη, quã
interpretari poſſumus, cõſolatam: marito & libe-
ris peregrè mortuis, pudicitiam reportauit in pa-
triam, & hoc ſuſtentata viatico, nurum Moabiti-
Eſaię.16. dem tenuit. Vt illud Eſaię vaticinium compleretur: Emitte agnum domine dominatorem terræ,
de petra deſerti, ad montem filiæ Sion. Venio ad
Lucæ.21. viduam de euangelio: viduam pauperculam, om-
ni Iſraëlitico populo ditiorem, quæ accipiens gra
num ſinapis, & mittens fermentum in farinæ ſa-
tis tribus, patris & filij confeſſionem, ſpiritus ſan
cti gratia temperauit, & duo minuta miſit in Ga
zophylacium. Quicquid habere poterat in ſub-
ſtantia ſua, vniuerſasq; diuitias in vtroque fidei
ſuæ, obtulit teſtamento. Hæc ſunt duo ſeraphim
ter glorificantia trinitatem, & in theſauros Eccle
ſiæ condita. Vnde & forcipe vtriuſque teſtamen-
ti, ardens carbo comprehenſus, purgat labia pec-
catoris. Quid vetera repetam, & virtutes fœmi-
I narum de libris proferam, cùm poſſis multas an-
te oculos tibi proponere in vrbe qua viuis, quarũ
imitari exemplum debeas? Et ne videar adulatio-
ne per ſingulas currere, ſufficit tibi ſancta Marcel
la, quæ reſpõdens generi ſuo, aliquid nobis de euã-
Lucæ.2. gelio retulit. Anna ſeptem annis à virginitate vi-
xerat cum marito: iſta ſeptem mẽſibus. Illa Chri-
ſti expectabat aduentum: iſta tenet, quem illa ſu-
ſceperat. Illa vagientem cernebat: iſta prædicat
triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus,
qui expectabant redemptionem Iſraël: hæc cum
Pſal.48. redemptis gentibus clamitat: Frater non redimit,
Pſal.86. redimet homo. Et de alio pſalmo: Homo natus
eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus. Scio me
ante hoc fermè biennium, ædidiſſe libros contra
Iouinianum, quibus venientes econtrario quæ-
ſtiones, vbi Apoſtolus concedit ſecunda matri-
monia, ſcripturarum autoritate contriui. Et non
eſt neceſſe eadem ex integro ſcribere, cùm poſſis
inde quæ ſcripta ſunt mutuari. Hoc tantũ, ne mo
dum egrediar epiſtolæ, admonitam te volo: Co-
gita quotidie te eſſe morituram, & nunquam de
ſecundis nuptijs cogitabis.

SCHOLIA. K

A Camillo.) Apparet hanc à Camillo Romano duce 1
duxiſſe genus: cuius prænomen habet. Dictus eſt Camillus.
enim ille Furi⁹ Camillus. 2 Iratusq; Chremes.)
Feſtiuiter intertexuit carmen Horatianum ex ar-
te poëtica. 3 Conſurgent proceres.) Hemiſtichium eſt.
4 Patricia turba.) Nobiles Romæ, quique plebeij nõ eſ- Patricij.
ſent, patricij vocabantur. 5 In terras vltimas.) Erat olim
pœnæ genus, deportatio in inſulas deſertas. 6 Domini
mei titulum.) Nam Chriſtum Iudæi Samaritanum in euan-
gelio vocant, per contumeliam. 7 Faceſſat inuidia.) Inui- Inuidia.
diam hoc loco, non vſurpauit vulgato illo more, quo ſigni-
ficat dolorem ex aliena felicitate: ſed odium & atrocitatem,
qua premitur is qui malè audit. 8 Coturnicum carnib⁹.)
Alluſit ad hiſtoriam Exodi. 9 Aceſcentes.) Id enim acci-
dit in cruditate, cùm ſtomachus cibum acceptum non po-
teſt concoquere. 10 Ad volutabrum.) Recte reddidit Gr⁹
ca κύων ἐπιστρέφας ἐπὶ δ᾽ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη
εἰς κύλισμα βορβόρου, id eſt, Canis reuerſus ad proprium »
vomitum, & ſus lota ad volutabrum cœni. 11 In eaſdem
pedicas.) Hoc & Græco prouerbio teſtatum eſt οὐκ ἄυθις
ἀλώπηξ, id eſt, nõ iterum vulpes, ſubaudi, capitur. 12 Pu »
ſionẽ qui &c.) Miris modis rem verbis deiecit. 13 Quip-
pe ni.) Ironicè legendum eſt. Vt hoc aliquid ſit, dare patri
puerum, qui pectus illius ſtercore linat, nec omnibus id con L
tingit: Aut ſi contingit, non ſemper contingunt liberi ſimi-
les maiorum. 14 Exhibuit Ciceronis fili.) Cicero, filius Ciceronis
Ciceronis, nulla in re retulit patrem, præterquàm in face- filius.
tia, quemadmodum teſtatur Seneca in controuerſijs. Temu-
lentus erat, obliuioſus, infans, indoctus. Nihil cum laude geſ-
ſit, nullum ſuę virtutis monumentum reliquit. 15 Corne-
lia veſtra.) Paula duxit genus à Gracchis, vt teſtatur Hiero-
nymus in eius epitaphio, Gracchorum ſoboles Agamem-
nonis inclyta proles. Et Furiam Paulæ cognatam fuiſſe, te-
ſtatur in hac epiſtola: ob id addidit, veſtra. Legendus eſt &
hic locus per ironiam. Nam vterque Corneliæ filius, cala- Gracchi.
mitoſè perijt. Siquidem Tiberius Gracchus per tumultum
occiſus eſt: corpus in Tyberim abiectum. Caius item Grac-
chus cũ peteretur ad necem: ſua manu, aut certe ſerui, inte-
remptus eſt, vt mater non ſit gauiſa ſe tales genuiſſe, tã ſedi-
tioſos & reip. peſtilẽtes. 16 Ridiculũ eſt ſperare.) Vt ele-
ganter gradus conſtituit argumentorũ. Primus eſt: Nõ ma-
gnum ſi contingat puſio, qui ſtercore pect⁹ auitum collinat.
Secũdus: Nec hoc ipſum omnibus contingit. Tertius: Et ſi
contingit, plerunq; tales naſcuntur liberi, vt pœniteat fœcũ-
ditatis. Quartus: Vt maximè contingant quales optas, mors
eripit, & orbitas moleſta eſt. 17 Cui nata.) Feſtiuiſſima
προσυνομασία, in nata & renata. 18 De corio tuo.) Hoc M
eſt, tuo malo, tuoq; periculo. Eſt autem ſermo prouerbialis. »
19 Sola ne perpetua mœrens.) His verbis Anna impellit
Dido ſororẽ, vt aſſentiatur nouo cõiugio apud Vergilium,
Aeneidos quarto. 20 Quicqd nõ tulerint.) Tulerint, pro
impetrarint, ſiue acceperint poſuit. 21 Vbicunq; viderint
Chriſtianũ.) Locus qui ſequit, in omnib⁹ exẽplaribus depra
uatus eſt. Verũ coniecturis hinc, & hinc collatis: legendum
opinor: Vbicũq; viderint Chriſtianũ, ſtatim illud de triuio,
ὁ τραγικὸς θεοκρίνης, id eſt, Tragic⁹ Theocrines. Sic enim »
reperio in Græcorum adagiorum collectaneis. Addũt De-
moſthenem eo vſum aduerſus Aeſchynem. Theocrinẽ autẽ Theocri-
calumniatorem & Sycophantem fuiſſe. Vnde prouerbium nes.
quadrat in reprehenſorem faſtuoſum & magniloquũ. Sic au
tem vocabant per contumeliã Chriſtianũ, quòd ipſe malus,
tamen in aliorum vitia declamaret, ſimulatiõe ſanctimonię.
Niſi magis placet, ὁ τραγικὸς πίθηκος, Id eſt, Tragica ſimia,
quod in eadẽ oratione à Demoſthene dictum eſt in Aeſchy-
nem, quem ſimiam vocat, quòd ſimularet probum ciuẽ, cùm
non eſſet. Tragicum autem, quòd homo nihili, ſplendidis
verbis vteretur. Quidam non indoctus, aſſcripſerat hoc lo-
co, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης, id eſt, Græcus impoſtor, quod non
improbarim, ſi modo ἐπιθέτης in eo ſignificatu reperitur
apud Græcos. 22 Illud de triuio.) Subaudi, dicunt. De tri
uio ſumptum dicitur, quod eſt vulgari ſermone iactatum.

Vnde

Triuialia. Vnde & Triuialia dicuntur,vulgaria & protrita. Cæterum
A hæc verba,vocant impoſtorem,videntur adiecticia,nec habẽ
tur in vetuſtiſſimis exemplaribus. 23 Exit fama de mẽda
cio.)Alluſit ad illud Maronis: Tã ficti prauiq; tenax,quàm
nuncia veri. Nam aliquando vel de nihilo ingens oritur fa-
ma. 24 Prouincias penetrat.)Iuxta illud,Parua metũ pri
mò,mox ſeſe attollit in auras. 25 Viperinis coloribus.)
Nam pleriq; ſerpentes maculis picti ſunt. Quidam codices
habebãt,viperinis orbibus,vt de oculis intelligas. 26 Dẽ-
tibus pumicatis.)Id eſt,candidis ac politis. Nã pumice po-
liebant. Et hoc viperinũ,niueo denticulo lætale virus infun-
dere. 27 Hic aliqua cui.)Refert verba Perſij è ſatyra pri
Læna. ma,in effœminatum recitatorem. Læna genus eſt veſtis deli
catæ. Hiacynthina,id eſt,colore hiacynthi floris. Et venuſtè
addidit,Chorus,alludens ad choros Tragœdiarum, in qui-
bus multorum vna vox eſt. 28 Iungũtur noſtri ordinis.)
Id eſt,qui ſunt eiuſdem inſtituti. Sentit autem de clericis ac
monachis. Terentius: Mei loci atque ordinis hominem,idq;
Hieronymus non ſine alluſione dixiſſe videtur. 29 Vt a-
Vt. morem tribuam.)Vt,hoc loco concedentis eſt,poſitum pro
etſi,ſiue quãuis: ſic Iuuenalis: Serui vt taceant, iumenta lo-
quentur. 30 Quem honoris cauſa nomino.)Hoc ſolẽni-
ter addere ſolent oratores,ſi quem in publica concione no-
minaſſent. 31 Impleat nomen ſuum.) Apparet appellatũ
B fuiſſe Letũ. 32 Quin poti⁹ doleat.)Nihil hac correctio-
Mitra. ne feſtiuius. 33 Non habuit criſpantes.)Mitra, barbarum
capitis ornamentum. Vergilius: Mæonia mẽtum mitra cri
neḿq; madentem Subnixus. Criſpantes dixit, ob rugas arte
inductas mitræ. 34 Stridentes calceolos.) Vel ob orna-
menta addita,vel ob ſoleã ſubere ſuppactam,quod preſſum
Stibium. ſtridet. 35 Nec orbes.) Videlicet oculorũ. Stibium lapis
eſt,qui adhibetur dilatandis ac pingẽdis nigrore oculis. Vn
Fuligo. de fuliginatos dixit pro nigrifactos. Nam fuligo nigror eſt
adhærens è fumo. 36 Quæ lachrymis cutẽ.)Id enim vſu
venit fuco pictis,vt lachrymæ ſulcos faciãt p colores,faciẽq;
tectorio fuci incruſtatam aperiant. Vnde Iuuenalis: Tandẽ
aperit vultum,& tectoria prima reponit. 37 Viuẽs mor-
tua eſt.)Hic palàm diſtinxit hãc partẽ à ſuperioribus: vul-
gus enim ſic accipit: Vidua quæ in delitijs eſt viuens,ea mor
tua eſt: cùm ſit ſenſus, Vidua quæ delitioſè viuit, viuens nõ
viuit,ſicut in annotationib⁹ noſtris indicauim⁹. 38 Quo-
rũdã hominũ.) Locus eſt apud Paulũ in prima ad Timoth.
epiſtola cap.v. 39 Incẽtiua aufero.) κέντρωμ Græcè ſti-
mul⁹, & κεντέω ſtimulo. Inde Latini,maximè Chriſtiani,vo
cẽ hãc cõpoſuerũt,qua ſignificant iritamenta. Hic locus di-
uerſus habẽ in exẽplarib⁹. Nõnulli ſcriptũ habẽt,incentiua
aſſero voluptatũ. Nõnulli,incẽtiua aſſero eſſe. Ego planè le-
C gẽdũ cẽſeo,incẽtiua aufero voluptatũ. 40 Aetnæi ignes.)
Aetna. Aetna mons eſt Siciliæ,quondã perpetuo flagrans incendio.
De quo Plinius: Mons Aetna nocturnis mirus incendijs.
Multa ſup hoc Claudianus in raptu Proſerpinę. 41 Vul-
Therasia. cania tellus.)Therasiam ſignificat inſulam,quæ ſita eſt inter
Liparam & Siciliam. Cui poſtea mutatum eſt nomẽ,dictáq;
Hiera,id eſt,ſacra,quòd ſacra eſſet Vulcano: in ea collis eſt
nocturnas euomens flammas. Autor Plinius libro tertio.

Veſeuus. 42 Non Veſeuus & Olympus.)Iuxta hunc montẽ periit
Plinius maior,vt in epiſtola quadam huius nepos deſcribit.
Eſt autem in Campania haud procul à Nola,quondã Aetnæ
more flagrans,Nunc frigidus,quemadmodũ & Aetna. Hũc
quidam Veſuuium vocant. Vergilius: Vicina Veſeuo Ora
Olympus. iugo. 43 Et Olympus.)Fortè ſentit de mõte Olympo,qui
eſt ad mare rubrũ in Aethiopia,haud procul ab Heliopoli,
quem Boccatius tradit flãmas emittere ab exortu ſolis vſq;
ad horam dici quintam. Sunt enim huius nominis montes
Argus. quatuor. 44 Argi.)Hunc Iuno addidit cuſtodem vaccę,
in quam Iupiter verterat puellam. Et propter vigilantiam
dictus eſt habere centum oculos. 45 περὶ ὑγιεινῶμ.) Id eſt,
de ſalutaribus,hoc eſt,de tuenda corporis ſanitate. Id opus
Thomas Galeni adhuc extat,ac iam dudum in manibus eſt Thomę Li
Linacer. nacro medico Britãno,viro vndecunq; doctiſſimo, breui,vt
ſpero,Latinum proditurum. Eſt eodem titulo liber Pauli
Aeginetæ,quem Gulielmus Copus Baſilienſis traduxit. Eſt
& Plutarchi,quem nos nuper vertimus. 46 Pituita.) Hu Pituita.
mor eſt ſuperuacaneus, qui in ſenibus abundat ob inopiam D
caloris,qui huiuſmodi concoquere ſolet. 47 Vetera vi- Vetera vi-
na.)Quoniam ea maximè calefaciunt,etiam Varrone teſte. na.
48 Cuius finis eſt.)Comœdia ſpeculum eſt humanæ vi- Comœdia
tæ. Itaque Comicus hoc agit,vt ætatum,ſexus, conditionis
omnis,affectus & ingenium repræſentet. 49 Sine Cere-
re & Libero.) Id eſt, abſque cibo & potu. Eſt in Eunucho
Terentiana. 50 Bonum eſt vinum non bibere.)Hic locus
eſt in epiſtola Pauli ad Romanos,quanquã hunc diuus Hie-
ronymus, ſanctè quidem ac ſalubriter, ſed tamen violenter
detorſit aliorſum quàm Paulus ſcripſit. Sentit enĩ illic Apo
ſtolus per ſe non eſſe malum veſci carnibus,aut bibere vinũ,
ſed offendiculum vbique vitãdum. Similiter & eum locum,
qui ſequitur de eſu olerum,detorſit ad ſuũ vſum. Nec enim
Paulus illic loquitur de infirmitate,qua procliues ſumus ad
libidinem,ſed de opinione, qua putat aliquis ſibi non licere
veſci carnibus,cùm nefas non ſit. 51 Malo apud te &c.)
Malo videri parum verecundè loqui,quàm ea tacere,quę ad
rem neceſſaria ſunt. 52 Subtegmine impleueris.) Alluſit Subtegmẽ
ad penſum puellarum texentium. Nam telæ pars eſt ſubte-
gmen. Porrò penſum calatho imponebant. 53 Sta iuxta
Hiere.)Retulit quod eſt Hieremiæ cap.vj. State ſuper vias,
& videte,& interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bo-
na,& ambulate in ea,& inuenietis refrigerium animabus ve E
ſtris. 54 Comede ſimilam & oleum.) Alluſit ad locum,
qui eſt Exodi capite.xxix. Tolle vitulũ de armento, & arie-
tes duos,immaculatos,panéſque azymos,& cruſtulam abſq;
fermẽto,quæ conſperſa ſit oleo,lagana quoque azyma oleo
lita. 55 Veſtire cum Ioſeph.) Reſpexit ad id quod legi-
tur Geneſeos.xxxvij. Iſraël autem diligebat Ioſeph ſupra o-
mnes filios,eo quòd in ſenectute genuiſſet eũ,fecitq; ei tuni-
cam polymitam. Polymitam vocat veſtem verſicolorem, & Polymita.
pluribus textam licijs. Nam πολὺ Græcè multum ſignifi-
cat,& μίτος filum. 56 Perforentur aures tuæ.)Reſpe-
xit ad hoc,quod delicatæ matronæ ex auris⁹ perforatis ſuſ-
pendunt baccas & ſmaragdos. Iuuenalis: Et cùm auribus
exterſis magnos commiſit elẽchos. Videtur autem alluſiſſe
ad id quod ſcripſit Hieremias capite ſecundo: Vade,& cla-
ma in auribus Hieruſalem. Niſi mauis referre ad ſeruũ cu-
pientem vltro ſeruire: cuius aures iubentur perforari ſubu-
la. Exodi capite vigeſimoprimo. 57 Caue ne mendican-
te.) Admonet opes,non quibuſlibet elargiendas eſſe,ſed dũ-
taxat Chriſti pauperibus. Alioqui qui cognatis dant,cùm
non egeant,alienas opes augent,cùm Chriſtus in ſuis mem-
bris egeat. 58 Spadonum exercitu præeunte.) Spadones Spadones.
vocantur,quibus execti ſunt teſtes. Hi quõdam potentibus
matronis in delitijs erant. 59 Viduarum circunferri.) F
Vidua libera eſt ab imperio mariti. Ea libertate non de-
bet in hoc abuti,vt paſſim vagetur per vias. 60 Collacta-
neus.) Delicato verbo ſignificauit æqualem. 61 Candi-
dulus & rub.) Nam rubor cãdori mixtus, præcipua formæ
laus eſt. 62 Apparatus Neronis & Sard.)De luxu Nero- Nero.
nis multa Iuuenalis. Sardanapalus Aſſyriorũ rex fuit,volu Sardanapa
ptatũ ſtudio nobilitatus. 63 Nuptias loquebantur.)Aptè lus.
abuſus eſt verbo,loquebantur, pro indicabant. Vt Cicero:
Nequitiã clamitant. 64 Frõte obſcœna.) Obſcœna mihi
videtur à quopiã additũ: fortè pro obſcœna legendũ,ob ſe-
nium. 65 Rogus propè.)Rogus ignis,quo olim cadauera Rogus.
cõburebãtur. 66 Simulabitur marití.) Significat maritũ
hoc conſilio illam ducturũ,vt hæres illi ſit,idq; vti cõſequa-
tur,finget morbũ,& condito teſtamẽto,illam ſcribet hære-
dem,vt vxor prouocata exẽplo,idẽ faciat,ſi cõtingat ægro-
tare. Nam eſt & hoc captandarum hæreditatum genus.
67 Omne genus comœdiæ.) Nam plurima ſunt genera,
vt oſtendit Donatus in præfatione cõmentariorũ in Teren-
tium. 68 Mimographi.)Qui mimos ſcribunt,id eſt,ver- Mimogra
ſus agẽdos in ſcena. 69 Cõmunes rhetorũ loci.) Aliquã- phi.
do dicuntur loci cõmunes,qui tractantur per affectus, vt cõ
tra luxuriã,contra ſtuprũ,contra odiũ nouercale, de his ſen
tit hoc loco. 70 Declamabunt.)Sunt cõplures declama-
tiones hoc argumento, de priuigno & nouerca. 71 Vt
venefica.)

G venefica.)Quasi veneno dato,morbum feceris. 72 Si dederis,malefica.)Quasi venenum pro cibo dederis,si contingat eum mori. Nam maleficia dicūtur aliquando,quæ malis artibus fiūt,vt veneno aut incantamētis. 63 Superstitem hospitē.)Sētit Heliā prophetā. 74 Capsaces.)Vasis genꝰ olearij:quo verbo & alibi vsus est Hieronymus,& item Cyprianus. 75 Granū enim trit.ibi mor.)Alluſit ad euāgeliū:Nisi granū frumenti. Nā Christus in Iudæa fuit occisus. Viduā,intelligit gētilitatē. 76 Quę nobis sonat.)Nobis, id est,Grecè scientibus,παρακαλῶ cōsolor,vnde & paracletus.

Maleficia.

Capsaces.

Paracletus

ANTIDOTVS. In hac citat librum Iudith,& addit: Si cui tamen placet volumen recipere: quasi dubitans de autoritate huius voluminis,cùm id inter canonicas scripturas habeat ecclesia. Verum omnino liber hic apud Hebræos pondus olim non habebat,in his quæ venirent in contentionem: Chaldæo tamen sermone conscriptus,inter historias numerabatur. Denique in Nicena synodo in numero sanctarum scripturarū computatus est, vt testatur Hieronymus in huius præfatione. Apparet igitur ea ætate quosdam adhuc de eo dubitasse,nec illud Synodi decretū apud omnes vsu receptum fuisse. Deniq; an verè decretū fuerit,dubitare se subsignificat,cùm ait, legitur computasse. Et si maximè recepit Synodus opus illud, refert quo animo receperit,an vt pondus habeat in contentione, an vt esset exemplum viduitatis.

H

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Gerontiam viduam dehortatur à digamia,hoc est,secundis nuptijs:refellens eos, qui ex verbis diui Pauli probabant iteratas nuptias. Epistola est cum primis erudita,& eloquēs. Primam partem habet laudatoriam, veluti per excursum, quo ferè solet vti. In secunda tractat argumentis rem ipsam. In tertia rursum expatiatur in locum communem, de calamitatibus rerum humanarum. Sed mirum,quàm scitè vtrāque digressionem ad propositum argumentum accommodet,optimus artifex.

AD GERONTIAM viduam de Monogamia.

cc I

NVetere via, nouam semitam quærimus, & in antiqua detritaq; materia,rudem artis excogitamus elegātiam:vt nec eadem sint,& eadē sint. Vnum iter, & perueniendi quò cupias,multa cōpendia. Sæpe ad viduas scripsimus, & in exhortationem earum multa de scripturis sanctis exempla repetentes, varios testimoniorū flores,in vnam pudicitię coronā texuimus. Nunc [2] ad Gerontiam nobis sermo est,quæ quodam vaticinio futurorum, ac dei præsidentis auxilio,nomen accepit. Quam auię,matris,amitæq; probatarum in Christo fœminarum, nobilis turba circumstat. [3]Quarū auia Metronia, per quadraginta annos vidua perseuerans,Annam nobis filiam Phanuelis de euangelio retulit. Benigna mater, quartum & decimum viduitatis implens annum, centenario virginum choro cingitur. [4] Soror Celerini patris Gerontia:quæ paruulam nutriuit infantem,& in suo natam susćepit gremio, per annos viginti mariti solatio destituta, erudit neptē: docens [5] quod à matre didicit. Hęc breui sermone perstrinxi,vt ostendam adolescentulā meam non præstare monogamiam generi suo, sed reddere: nec tam laudādam esse si tribuat, quàm omnibus execrandam,si negare tentauerit, præsertim cùm [6]posthumus eius Simplicius,nomē patris referat, & nulla sit excusatio desertę ac sine hęredibus domus sub quorum patrocinio interdum sibi libido blanditur: vt quod propter intemperātiam suam faciunt,videantur facere desiderio liberorum. Sed quid ego quasi ad retrectantem loquor,cùm audiā eam multos palatij procos,Ecclesiæ vitare præsidio,quos certatim diabolus inflammat, vt viduæ nostræ castitatem probent, quam & nobilitas, & forma,& ætas,& opes faciunt cunctis appetibilē: vt quanto plura sunt,quæ impugnāt pudicitiam, tanto victricis maiora sint præmia? Et quia nobis de portu egrediētibus, quasi quidam scopulus opponitur,ne possimus ad pelagi tuta decurrere,& Apostoli Pauli scribentis ad Timotheum profertur autoritas,in qua de viduis disputās,ait: Volo autem iuniores nubere,filios procreare,matresfamiliās esse, nullam occasionem dare aduersario,maledicti gratia. Iam enim quædam abierūt retro post satanam: oportet primum sensum tractare præcepti,& omnem[7] loci huius continentiā discutere,atq; ita Apostolicis vestigijs insistentē, [8]ne transuersum quidem,vt dici solet,vnguem in partem alteram declinare. Supra scripserat qualis vidua esse deberet: vnius viri vxor, quæ liberos educauit,quę in bonis operib[9] habuit testimoniū, quę tribulatis de sua substantiola subministrauit: cuius spes deus est,& quę permanet in obsecratione,& orationibus nocte ac die. Post quę iungit cōtraria: Quæ autem in delitijs est, viuens mortua est. Statimq; infert, vt discipulū suum muniat omni arte doctrinę: Adolescentiores autem viduas deuita,quę cùm lasciuierint in Christo,nubere volunt: habētes damnationem quòd primam fidem irritam fecerunt: Propter has igitur, quæ fornicatæ sunt in iniuriam viri sui Christi([9] hoc enim καταστρηνιάσωσιν Græcꝰ sermo significat) vult Apostolus alterum matrimonium:prę ferens digamiā fornicationi:secundum indulgentiam duntaxat, non secundū imperium. Simulq; singula testimonij verba tractanda sunt. Volo,inquit,adolescētulas nubere. Cur quæso? quia nolo adolescentulas fornicari. Procreare filios. Quam ob causam? Ne metu partus ex adulterio filios necare cogantur. Matresfamiliās esse. Quare obsecro? Quia multo tolerabilius est digamam esse,q̄ scortum: & secundum habere virum,quàm plures adulteros. In altero enim miseriarum cōsolatio,in altero pœna peccati est. Sequitur: Nullam occasionē dare aduersario maledicti gratia: in quo breui accinctoq; præcepto, multa simul monita continentur. Ne propositum viduę exquisitior cultus infamet. Ne oculorū nutibus & hilaritate vultus, iuuenū post se greges trahat. Ne aliud verbo,aliud habitu polliceatur, & conueniat ei versiculus ille vulgatus: [10]Risit,& arguto quiddam promisit ocello.

K

L

M

Atq; vt omnes nubendi causas breui sermone concluderet, cur hoc præcepisset ostendit,dicens: Iam enim quædā abierunt retro post satanā. Ideo ergo secūda:&,si necesse est, tertia incontinentib[9] aperit matrimonia:vt à satana abstrahat: vt magis mulierem qualicunq; viro iunctam faciat esse, quàm diabolo. Sed & ad Corinthios tale quid loquitur: Dico autem innuptis & viduis:bonum est illis, si sic permanserint vt ego. Si autem non se continent,nubant: Melius enim est nubere,quàm vri. Cur Apostole? Statim intulit, quia peius est vri:

Lucæ.2.

1.Cor.7.

A vri: Alioquin absolutum bonum est, & sine comparatione peioris, esse quod Apostolus est: id est, solutum, non ligatum: nec seruum, sed liberū: cogitantē ea quæ dei sunt, non ea quæ vxoris. Et protinus in consequentibus: Mulier, inquit, alligata est viro, quamdiu vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, libera est: cui vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum consilium meum: Puto autē quòd & ego spiritum dei habeam: & in hoc idem sensus est, quia idem spiritus: Diuersæ epistolæ, sed vnus autor epistolarum. Viuente viro, mulier alligata est: & mortuo, soluta. Ergo matrimonium vinculū est, & viduitas solutio. Vxor alligata est viro, & vir vxori alligatus est: intantum, vt sui corporis non habeant potestatem, & alterutrum debitum reddāt. Nec possint habere pudicitiæ libertatem: qui seruiūt dominatui nuptiarum. Quodq; addidit, tantum in domino, amputat ethnicorum coniu-
2.Cor.6. gia. De quibus & in alio loco dixerat: Nolite iugū ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio
B iusticiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci cū tenebris? Quæ conuentio Christi cū Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui consensus templo dei cum idolis? Ne scilicet aremus[11] in boue & asino: [12]ne tunica nuptialis, vario sit texta subtegmine. Extemploq; tollit quod concesserat, & quasi pœniteat eum sententiæ suæ, retrahit: Beatior erit, si sic permanserit: suiq; hoc magis esse consilij. Quod ne contēnatur vt hominis: spiritus sancti autoritate confirmat, vt non indulgens homo fragilitati carnis humanę, sed in Apostolo spiritus sanctus præcipiens audiatur. Nec sibi in eo annorum puellarium debet vidua blandiri, quòd[13] non minus sexagenariam eligi præcipit: Neque enim innuptas, vel iuuenculas cogit, vt nubant, qui de nuptijs quoque loquitur: Tempus breue est: Superest, vt & qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant: sed de his viduis disputat, quæ suorum nutriuntur alimentis, quæ filiorum & nepotum ceruicibus imponuntur. Quibus imperat, vt discant domum suam colere: & remunerari parentes, sufficienter eis tribuere: vt non grauetur Ec-
C clesia: vt possit certis viduis ministrari. De quib⁹ scriptum est: Honora viduas, [14] quæ veræ viduæ sunt, hoc est, quę omni suorū auxilio destitutę, quę manib⁹ suis laborare nō possunt: quas paupertas debilitat: ætasq; conficit: quibus deus spes est, & omne opus oratio. Ex quo datur intelligi, adolescentulas viduas, exceptis his quas excusat infirmitas, vel suo labori, vel liberorum & propinquorum ministerio delegari. Honor autē impræsentiarum, vel pro eleemosyna, vel pro munere accipitur, vt est illud: Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Et in euangelio dominus differit mandatum legis, in quo dicitur: Honora patrem tuum, & matrem tuā: non in verborum sono, qui inopiā parentū, cassa potest adulatiōe frustrari, sed in victus necessarijs ministrandis debere intelligi. Iubente enim domino, vt filij alerent parentes pauperes, & redderent beneficia senibus, quæ paruuli acceperant: scribæ & pharisæi econtrario docebāt filios, vt parentibus responderent: [15] Corban, hoc est, donum quod altari pollicitus sum, & in templi
1.Timo.5.
Exod.20.

dona promisi: si tu à me acceperis cibos, vertetur D
in tuum refrigeriū. Atq; ita fiebat, vt egentibus patre & matre, sacrificium offerrent filij, quod sacerdotes scribæq; consumerent. Si ergo Apostol⁹ pauperes viduas (eas tamen quæ adolescentulæ sunt, & nulla debilitate franguntur) cogit suis manib⁹ laborare, ne grauetur Ecclesia, & possit anus viduas sustētare: qua excusatione vtetur, quę opibus mundi affluit, quæ potest etiā alijs ministrare, & de iniquo mammona sibi facere amicos, qui Lucæ.16.
possint eam in æterna tabernacula recipere? Simulq; considera, quòd vidua nō eligatur, nisi vni⁹ viri vxor, & nos putamus sacerdotum hoc tantū esse priuilegium: vt non admittatur ad altare, nisi qui vnam habuerit vxorem. Non solum enim ab officio sacerdotij digamus excluditur, sed & ab eleemosyna Ecclesiæ, dum indigna putatur stipe, quæ ad secunda cōiugia deuoluta est. Quāquam lege sacerdotali teneatur & laicus, qui talē prębere se debet, vt possit eligi in sacerdotiū. Non enim eligitur, si digamus fuerit. Porrò eliguntur ex laicis sacerdotes. Ergo & laicus tenetur mandato: p E
quod ad sacerdotiū peruenit. Aliud est quod vult Apostolus: aliud quod cogitur velle. Vt concedat secunda matrimonia meæ est incontinentiæ, non illius voluntatis. Vult omnes esse sicut seipsum, & ea cogitare quæ dei sunt, & solutos nequaquam vltra alligari. Sed si labentes, per incontinentiam ad barathrum stupri viderit peruenire: digamiæ porrigit manum, vt cum vna magis, quàm cū pluribus volutentur. Quod nequaquam vt amarē dictum, & contra Apostoli regulam, secundus nuptiator exaudiat. Duę enim sunt Apostoli volūtates. Vna qua præcepit: Dico autem innuptis & viduis: bonū est illis si sic permanserint, sicut ego. Altera qua indulget: Si autem non se cōtinēt, nubant. Melius est enim nubere, quàm vri. Primùm quid velit: deinde quid cogatur velle, demōstrat. Vult nos permanere post nuptias, sicut seipsum: Et propositæ beatitudinis, Apostolicum ponit exemplum. Sin autem nos viderit nolle quod ipse vult: incontinentiæ nostrę tribuit indulgentiam. Quam è duabus eligimus voluntatem, quod ma
gis vult, & quod per se bonum est: an quod mali F
comparatione fit leuius, & quodam modo nec bonum est, quia præfertur malo? Ergo si eligimus, quod Apostolus non vult: sed velle compellitur, imò acquiescit deteriora cupientibus: non Apostoli, sed nostram facimus voluntatem. Legimus in veteri testamento: Semel maritatas filias sacerdotū, si viduę fuerint, vesci debere de sacerdotalib⁹ cibis, †mortuisq;, sic à patre exhibēdū[16] inferia- †mortuisque, sicut
rū officiū. Sin autē alios viros acceperint: alienas patri &
eas, & à patre & à sacrificijs fieri, & inter externas matri sic
debere deputari. Quod quidē obseruat & gentilitas, in condēnationem nostri, si hoc non exhibeat exhibendum &c.
veritas Christo, quod tribuit mendaciū diabolo: qui &[17] castitatem reperit perditricē. [18] Hierophāta apud Athenas [19] euiratur, & æterna debilitate fit castus. [20] Flamen vnius vxoris ad sacerdotium admittitur: Flaminea quoq; vnius mariti eligitur vxor. Ad [21] tauri Aegyptij sacra semel marit⁹ assumit. Vt omittā [22] virgines Vestæ & [23] Apollinis [24] Iunonisq; Achiuę & Dianę ac Mineruę, quę perpetua sacerdotij virginitate marcescunt: Stringam

G gam breuiter[25] reginam Carthaginis,quæ magis ardere voluit,q̃ Hiarbę regi nubere: Et[26] Hasdrubalis vxorem,quę apprehensis vtraq; manu liberis,in subiectum se præcipitauit incendium, ne pudicitiæ damna sentiret: Et Lucretiam,quæ amissa gloria castitatis,noluit pollutæ conscientiæ superuiuere. Ac ne multa longo sermone cõtexam, quæ potes de primo contra Iouinianum volumine ad ædificationem tuam sumere: vnum tãtum, quod in patria tua gestũ est,repetã: vt scias pudicitiã etiã barbaris ac feris & sanguinarijs gẽtib9 esse venerabilem.[27] Gens Theutonum ex vltimis ϑ Gallorũ ϑ Oceani atq; Germaniæ ꝓfecta littoribus,omnẽ Galliã inundauit: sępiusq; cęsis Romanis exercitib9,apud aquas Sextias Mario pugnãte,supata est. Quorũ trecentę matronę,cũm alijs se viris captiuitatis conditione tradendas esse didicissent,primùm consulem deprecatæ sunt,vt tẽplo[28] Cereris ac Veneris in seruitium traderent. Quod cùm non impetrarent,submouente eas lictore,paruulis cęsis liberis: manè mortuę sunt repertæ: suffocatis laqueo faucibus, & mutuis com-
H plexibus se tenentes. Quod igitur Barbaræ castitati nõ potuit inferre captiuitas,hoc matrona nobilis faciet? & experietur alterũ virum,quæ priorem aut bonum perdidit,aut malũ experta est, vt rursum cõtra iudiciũ dei facere nitatur? Quid si
†societur & tertio? statim secũdum perdiderit,sortietur & tertium? † & si ille dormierit, in quartum quintumq; procedet,vt nihil sit quo à meretricibus differat? Omni ratione viduæ prouidendum est: ne castitatis primos excedat limites. Quos si excesserit, & verecũdiam ruperit matronalem,in omnẽ debacchabitur luxuriam,ita vt propheram mereatur audi
Hiere. 5. re dicẽtem,Facies meretricis facta est tibi: Impudorata es tu. Quid igitur? Dãnamus secunda matrimonia? Minimè,sed prima laudamus. Abijcimus de Ecclesia digamos? Absit: Sed monoga-
Gene.6. mos ad continentiam prouocamus. In arca Noë non solum munda,sed & immunda fuerunt ani-
2.Timo.2 malia. Habuit homines,habuit & serpẽtes. In domo quoque magna,vasa diuersa sunt: alia in ho-
I norem,alia in contumeliam. Est crater ad bibendum,est & matula ad secretiora naturæ. Nã cùm in semente terræ bonæ, centesimum & sexagesimum & trigesimum fructũ, Euãgelia doceant: & cẽtenarius pro virginitatis corona,primum gradum teneat: sexagenarius pro labore viduarũ, in secũdo sit numero: tricenarius fœdera nuptiarũ,[29] ipsa digitorum coniunctione testetur: digamia in quo erit numero? Imò extra numerum. Certè in bona terra nõ oritur,sed in vepribus,& spinetis vulpium,quæ[30] Herodi impijssimo comparãtur,vt in eo se putet esse laudabilẽ, si scortis melior sit: si[31] publicarũ libidinũ victimas superet, si vni sit prostituta,nõ plurib9. Rẽ dicturus sum incredibilem,sed multorum testimonijs approbabo.[32] Ante annos plurimos,cùm in chartis Ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanæ vrbis episcopum,& Oriẽtis atque Occidẽtis synodicis cõsultationibus respondерem: vidi duo inter se paria,vilissimorũ è plebe hominum cõparata, vnũ qui viginti sepelisset vxores, alteram quæ vicesimumsecundum habuisset maritum: extremo sibi vt ipsi putabant,matrimonio copulatos. Summa omnium expectatio,virorum pariter ac fœminarum:[33] post tantos rudes,quis[34] quem prius efferret. Vicit maritus,& totius vrbis populo cõfluẽte,coronatus & palmam tenens adoreãq;,per singulos sibi acclamantes,vxoris multinubę feretrũ præcedebat. Quid dicemus tali mulieri? Nẽpe illud,quod dominus Samaritanæ: Viginti duos habuisti maritos,& iste à quo sepelieris,nõ est tuus. Ioan. 4.
Itaque obsecro te religiosa in Christo filia, vt testimonia ista non noueris,quibus incontinẽtibus & miseris subuenitur,sed illa potius lectites, quibus pudicitia coronat. Sufficit tibi quòd primũ perdidisti virginitatis gradũ, & ꝑ tertiũ venisti ad secũdũ, id est, ꝑ officiũ cõiugale,ad viduitatis cõtinentiã. Extrema,imò abiecta, ne cogites: nec aliena & longè posita exempla perquiras. Habes auiam,matrem,& amitam.[35] Quarum tibi abundans imitatio atque doctrina, & pręcepta viuendi,norma virtutum est. Si enim multæ in coniugio,viuentibus adhuc viris,intelligũt illud Apo
stoli: Omnia licent,sed non omnia expediũt: & ca 1.Cor.10.
strant se propter regna cœlorum,vel a secũda na- L
tiuitate post lauacrũ ex consensu,vel post nuptias ex ardore fidei,cur vidua quæ iudicio dei,virũ habere desijt: non illud lætabũda cõgeminet: Do- Iob.1.
minus dedit, dominus abstulit: & oblatã occasionem arripiat libertatis,vt sui corporis habeat potestatem,nec rursum ancilla fiat hominis? Et certè multo laboriosius est,non frui eo quod habeas, quàm desiderare quod amiseris. Vnde & virginitas[36] in eo facilior est,quòd carnis incentiua non nouit: & viduitas in eo solicitior, quòd præteritas animo recolit voluptates: maximè si se virum putet perdidisse, nõ præmisisse: quorum alterum doloris,alterũ gaudij est. Primi hominis creatura nos doceat,plures nuptias refutare. Vnus Adam & vna Eua,imò vna ex eo costa, separatur in fœminam. Rursumq; quod diuisum fuerat, nuptijs copulatur,dicente scriptura:[37] Erunt duo in car- Gen.2.&
nem vnã: non in duas,nec in treis. Propter quod 1.Cor.6.
relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: certe nõ vxoribus. Quod testimoniũ
Paulus ediserens, ad Christũ refert & ad Eccle- M
siã: vt primus Adam in carne,& secundus in spiritu monogamus sit. Sit vna Eua,mater cunctorum viuentium,& vna Ecclesia parens omnium Christianorum. Sicut illam maledictus Lamech Gene.4.
in duas diuisit vxores,sic hanc hæretici in plures Ecclesias lacerant, quæ iuxta Apocalypsim Ioãnis,synagogæ magis diaboli appellandę sunt,[38] q̃ Christi cõciliabula. Legimus in carminum libro, Cantic.6.
sexaginta sunt reginę,& octoginta concubinæ,& adolescentulæ, quarũ non est numerus. Vna est colũba mea,perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Ad quã scribit idẽ Ioãnes epi- 2.epist.
stola: Senior electæ dominę,& filijs eius. Sed & in Ioannis.
Arcã quã Petr9 Apostolus sub typo interpretat 1.Petri.3.
Ecclesię: Noë cum tribus filijs,singulas, nõ binas Gene.6.
vxores introduxit. Etiã de immũdis animalibus bina sumuntur,masculus & fœmina: vt ne in bestijs quidem,serpentibúsque, crocodilis,ac lacertis,digamia habeat locum. Quòd si de mundis septena ponuntur,id est,imparia: & in hoc virginitatis ac pudicitię palma monstratur. Egressus enim de arca Noë: deo victimas immolauit: non

vtiq;

A vtique de pari,ſed de impari numero, quia alterū fœtibus atque coniugio,alterum ſacrificio præparatum eſt. Et patriarchæ non ſingulas habuerūt vxores,imò & concubinas habuere plurimas. Et, ne hoc parum ſit,Dauid multas, & Solomon habuit innumerabiles. Iudas ad Thamar, quaſi ad ſcortum ingreditur. Et iuxta occidẽtem literam, Oſee propheta non ſolum meretrici,ſed etiã adulteræ copulatur. Quod ſi & nobis iure cõceditur: adhinniamus ad omnes fœminas, & in exemplũ Sodomæ & Gomorræ,ab vltimo die deprehendamur vendentes & ementes,nubẽtes & nuptui tradentes,& tunc ſit finis coniugij,quãdo terminus vitæ. Quod & ſi poſt diluuium,& ante diluuium viguit iſta ſentẽtia:Creſcite & multiplicamini,& replete terram:quid ad nos, in quos fines ſeculorum decurrerunt,quibus dicitur: Tempus breue eſt,& iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt, quæ ſyluam legis & nuptiarum,Euãgelica caſtitate ſuccidat? Tempus amplexandi,& tempus lõgè fieri ab amplexibus. [39] Hieremias captiuitate
B propinqua,vxorẽ prohibetur accipere. Ezechiel in Babylone: [40] mortua eſt,inquit, vxor mea:& apertum eſt os meũ. [41] Nec ducturus vxorẽ, nec ille qui duxerat,poſſunt in opere coniugali liberè prophetare. Olim gloriæ erat illum audirẽ verſiculum: Filij tui ſicut nouellę oliuarum,in circuitu menſæ tuæ: & videas filios filiorum tuorum. Nunc de continentibus dicitur: Qui adhæret domino,vnꝰ ſpiritus eſt. Et,adheſit anima mea poſt te:me ſuſcepit dextera tua. Tũc oculum pro oculo:nunc verberanti maxillam, præbemus & alteram. Illo tempore bellatoribus dicebatur: Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſime:
[42] modo audit Petrus:Conde gladium tuũ in vaginam. Qui enim gladio percutit,gladio morietꝰ. Hæc dicimus,non ſeparantes legẽ & Euangeliũ, vt [43] Marcion calũniatur,ſed vnum atque eundẽ ſuſcipientes deum:qui pro varietate temporũ atque cauſarum [44] principium & finis:ſerit,vt metat:plantat,vt habeat quod ſuccidat. Iacit fundamentum:vt ædificationi,cõſummato ſeculo, culC mẽ imponat. Alioqui ſi ad ſacramẽta veniamus, & futurorum typos,nõ noſtro arbitrio,ſed Apoſtolo diſſerente: Agar & Sara, vel mons Sina & Sion,duo teſtamenta ſignificãt. Lia lippientibus oculis,& Rachel quam Iacob amabat plurimum, ſynagogam Eccleſiamq; teſtãtur. Vnde & Anna prius ſterilis, [45] Fenennę vbertate fœcundior eſt. [46] Licet & Monogamia nos Iſaac & Rebecca pręceſſerit: [47] cuius ſolius partꝰ domini reuelatio eſt. Nec vlla alia fœminarum deum per ſeipſam conſulit. Quid loquar de Thamar: [48] quæ Eſron, & Phares geminos fudit infantes? In quorum natiuitate diuiſa maceria,duos populos ſeparauit: Et ligata manus coccino,conſcientiam Iudęorũ iam tunc Chriſti paſſione reſperſit. Ac [49] de ſcorto pphetico:cuiusſimilitudo vel Eccleſiam ſignificat de gentibus congregatam:vel(quod ipſi loco magis conuenit)ſynagogam primùm aſſumptam de idololatris per Abrahã & Moyſen: Deinde poſt adulterium,& negationem ſaluatoris:ſedentẽ plurimo tempore ſine altari:ſacerdotibus ac prophetis, & viri priſtini conſortium præſtolantem: vt poſtquam ſubintrauerit plenitudo gentium: tũc omnis Iſaaël ſaluus fiat. Quaſi in breui tabel- D
la latiſſimos terrarũ ſitus oſtendere volui,vt pergam ad alias quæſtiunculas: quarum prima [50] de Annæ conſilio eſt: Sola ne perpetua mœrens carpère iuuẽta? Nec dulceis natos, Veneris nec præmia noris? Id cinerem,aut manes credis curare ſepultos? Cui breuiter reſpondeat ipſa quę paſſa eſt: Tu lachrymis euicta meis: tu prima furentem His germana malis oneras,atq; obijcis hoſti. Nõ licuit thalami expertem ſine crimine vitam Degere more feræ,taleis nec tãgere curas. Nõ ſeruata fides cineri [51] promiſſa Sicheo. Proponis mihi gaudia nuptiarũ: ego tibi opponam, [52] pyram,gladium,& incendiũ. Non tantum boni eſt in nuptijs quod ſperamus,quantum mali,quod accidere poteſt & timendum eſt. Libido tranſacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem,nunquã ſatiatur:& extincta redaccenditur. Vſu creſcit,& deficit:nec rationi paret,quæ impetu ducitur. Sed dices: Amplæ opes & diſpenſatio rei familiaris egẽt autoritate viri. Scilicet perierunt dom9 cœlibum,& niſi cum ſeruulis tuis ipſa E
ſeruieris,familiæ tuę imperare non poteris. Auia tua,mater & amita,nónne autoritatis priſtinę,honorisq; maioris ſunt,dum eas & tota prouincia,& Eccleſiarum principes ſuſpiciunt? Ergo milites & peregrinantes,ſine vxoribus ſua hoſpitiola nõ regunt? & nec inuitant ad conuiuia, nec inuitantur? Quaſi non poſſis probatæ ætatis habere famulos,vel libertos:in quorũ nutrita es manibus: qui præſint domui,ad publicum reſpondeant, tributa perſoluant:quin te ſuſpiciant,vt patronam diligant,vt alumnam:veneretur vt ſanctã. Quę-
re primùm regnum dei,& hæc omnia adijcientur Matt.6.
tibi. Si de veſte cogitaueris: lilia tibi de Euange- Matt.6.
lio proponũtur. Si de cibo,remitteris ad aues quę nõ ſerunt,neque metũt,& pater tuus cœleſtis paſcit illas. Quantæ virgines & viduæ abſque vlla ſorde rumoris,ſuam ſubſtantiolã gubernarũt? Caue ne iungaris adoleſcẽtulis:ne his adhęreas,propter quas Apoſtolus concedit ſecunda matrimonia,& ſuſtineas in media trãquillitate naufragiũ.
[53] Si Timotheo dicitur: Adoleſcẽtiores viduas de- F
uita. Et iterum: Ama anus,vt matres: adoleſcentulas,vt ſorores cum omni caſtitate: quare tu me cõmonentem non audias? Fuge perſonas, in quibus poteſt malæ conuerſationis eſſe ſuſpitio, nec paratum habeas illud è triuio: ſufficit mihi conſcientia mea:non curo quid de me loquantur homines. Et certè Apoſtolus prouidebat bona: non Roma.12.
tantum coram deo, ſed etiam coram hominibus, ne per illum nomen dei blaſphemaretur in genti Roma.2.
bus. Habebat vtique poteſtatem [54] ſororem mulierem circũducendi,ſed nolebat ſe iudicari ab infideli cõſcientia. Et cùm poſſet de euãgelio viuere:diebus ac noctibus laborabat manibus ſuis,ne 1.Cor.4.
quem grauaret credentium. Si ſcãdalizat,inquit, 1.Cor.8.
eſca fratrem:in æternũ carnẽ nõ manducabo. Dicamus & nos:Si ſcandalizat ſoror,vel frater: non vnum & alterũ,ſed totã Eccleſiam: nec ſororẽ videbo,nec fratrem. Melius eſt rem familiarem minui,quàm ſalutem animæ perire. Melius eſt amittere:quod(velimus,nolimus)aliquãdo periturum eſt. Melius eſt ſponte dimittere: quàm id amittere,pro quo omnia dimittenda ſunt. Quis noſtrũ,

1.Reg.per totũ. &.3. Reg.11. Gene.38. Oſeæ.1. Matt. 24. Gene.1. 1.Cor.7. Eccl's.3. Pſal.127. Ibidem. 1.Cor.6. Pſal.62. Exo.21. Matt.5. Pſal.44. Roma.11. Gala.4. Gene.29.

Matt.6. non dicam cubitū, quod enorme eſt, ſed [55] vnius
G vnciolæ decimam partē adijcere poteſt ad ſtatu-
Ibidem. ram ſuam? Et ſoliciti ſumus quid manducemus,
aut quid bibam9? Ne cogitemus ergo de craſtino.
Gene.28. Sufficit diei [56] malitia ſua. Iacob fratrē fugiēs, ma-
gnis in patris domo diuitijs derelictis, nudus per-
git in Meſopotamiā, & vt nobis fortitudinis prę-
beret exemplū: lapide capiti ſuppoſito, vidit ſca-
lam ad cœlum vſq; ſubrectam, & dominū innitē-
tem ſuper eā: per quam aſcendebant angeli, & de-
ſcendebant: vt nec peccator deſperet ſalutem, nec
iuſtus de ſua virtute ſecurus ſit. Atque, vt multa
præteream (neq; enim tempus eſt, vt aſſumpti te-
ſtimonij omnia ediſſeram) poſt annos viginti di-
ues dominus, & pater ditior: qui dudū Iordanem
Gene.30. in baculo trāſierat, cum tribus turmis gregum in
patriam reuertitur. Apoſtoli toto orbe peregrini:
non æs in zona, nō virgam in manu, non caligas
2.Cor.6. habuere in pedibus, & tamen dicere poterant: Ni-
hil habentes, & omnia poſſidentes. Et, aurū &
Acto.3. argentum non eſt nobis, quod autem habemus, hoc
tibi dam9: [57] in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſur
H ge & ambula. Non enim erant diuitiarum ſarcina
prægrauati. Et ideo ſtantes cum Helia in foramī-
ne petræ, per anguſtias acus tranſire poterant, &
poſteriora domini contēplari. Nos vero ardemus
auaricia, & cōtra pecunias diſputantes, auro ſinū
expandimus: nihilq; nobis ſatis eſt. Et illud, quod
[58] de Megarenſibus dicitur, iure miſeris coapta-
« ri poteſt: Aedificant quaſi ſemper victuri: viuunt
quaſi altera die morituri. Et hæc facimus, quia do
mini verbis nō credimus, & qa ætas optata cūctis
nō viciniā mortis, quę debeť mortalibus lege natu
rę: ſed caſſa ſpe, annorū nobis ſpatia pollicet. Ne-
mo eni tā fractis viribus, & ſic decrepitę ſenectu-
tis eſt, vt non putet ſe vnū adhuc annū eſſe victu-
rū. Vnde ſubrepit obliuio coditiōis ſuæ, vt terre-
num animal, & iam iamq; ſoluendum erigatur in
ſuperbiam, & animo cœlum teneat. Verū quid
« ago? Fracta naui de mercib9 diſputo. [59] Qui tene-
I bat, de medio fit, & non intelligimus Antichriſtū
2.Theſſ.2 appropinquare, quem domin9 Ieſus Chriſtus in-
Marc.13. terficiet ſpiritu oris ſui. Væh prægnātibus, & nu-
Lucæ.21. triētibus in illa die: quorum vtrunq; de fructibus
nuptiarum eſt. Præſentium miſeriarū pauca per-
currā. Quod rari hucuſq; [60] reſidemus: nō noſtri
meriti, ſed domini miſericordiæ eſt. Innumerabi-
les & ferociſſimæ nationes, vniuerſas Gallias oc-
cuparūt. Quicquid [61] inter alpes & Pyrenæū eſt,
quod Oceano & Rheno includit: [62] Quad9, Vuan
dalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones,
Burgundiones, Alemāni [63] & (ō lugenda reſpubli
ca) hoſtes Pannonij vaſtarunt. [64] Eteni Aſſur ve-
Magūtia- nit cum illis. [65] Maguntiacū nobilis quondam ci-
cum, & fi- uitas, capta atque ſubuerſa eſt, & in Eccleſia mul
nitimæ ta hominum milia trucidata. [66] Vangiones longa
Rheni vr- obſidione deleti. Remorum vrbs præpotēs, Am-
bes. biani, Attrebatę, [67] extremiq; hominum Morini,
[68] Tornacus, [69] Nemetę, [70] Argētoratus: trāſlati in
Germaniam. Aquitaniæ, [71] nouemq; populorum
Lugdunenſis, & Narbonenſis prouinciæ: Præter
paucas vrbes populata ſunt cūcta. Quas & ipſas
foris gladius, intus vaſtat fames. Non poſſum
abſq; lachrymis Toloſæ facere mentionem, quę
vt hucuſque non rueret, ſancti epiſcopi Exuperij
merita præſtiterunt. Ipſæ Hiſpaniæ iam iamq; K
perituræ, quotidie cōtremiſcunt, recordantes [72] ir-
ruptionis Cimbricæ, & quicquid alij ſemel paſſi
ſunt, illæ ſemper timore patiuntur. Cætera taceo,
ne videar de dei deſperare clemētia. [73] Olim à ma-
ri Pontico, vſque ad alpes Iulias, nō erant noſtra,
quæ noſtra ſunt. Et per annos triginta, fracto
Danubij limite, in medijs Romani imperij regio-
nibus pugnabať. [74] Aruerūt vetuſtate lachrymę.
Præter paucos ſenes, omnes in captiuitate, & ob-
ſidione generati, non deſiderabant, quam non no-
uerant libertatem. Quis hoc credet? Quæ di-
gno ſermone hiſtoriæ comprehendent? Romam
in gremio ſuo: non pro gloria, ſed pro ſalute pu-
gnare? Imo ne pugnare quidem, ſed auro & cun-
cta ſupellectile vitam redimere? Quod non vitio
principum qui vel religioſiſſimi ſunt, ſed ſcelere
[75] ſemibarbari accidit proditoris: q noſtris contra
nos opibus armauit inimicos. Aeterno quondam
dedecore Romanum laborabat imperium, quod
Gallis cuncta vaſtantibus: fuſoq; apud Italiam† †Alliam.
exercitu, [76] Romā Brennus intrauit. Nec priſtinā Brennus.
poterat abolere ignominiam, donec & Gallias ge- L
nitale Gallorum ſolum, & [77] Gallogræciam, in qua
cōſederāt Orientis Occidentisq; victores, ſuo im-
perio ſubiugaſſet. [78] Hannibal de Hiſpaniæ finib9 Hannibal.
orta tempeſtas, cùm vaſtaſſet Italiam: vidit vrbē,
nec auſus eſt obſidere. [79] Pyrrhū tanta tenuit Ro- Pyrrhus.
mani nominis reuerentia, vt deletis omnibus, è
propinquo recederet loco: nec audebat victor aſpi
cere, quam regum didicerat ciuitatem. Et tamen
pro hac iniuria (nō enim dicā ſuperbia) quæ [80] bo-
nos exitus habuit: [81] alter toto orbe fugitiuus: tan-
dem Bithyniæ mortem veneno reperit: Alter re-
uerſus in patriam, in ſuo regno occubuit. Et vtri-
uſque prouinciæ, populi Romani vectigales ſunt.
Nunc vt omnia proſpero fine eueniant: prēter no
ſtra quæ amiſimus, non habemus quod victis ho-
ſtibus auferamus. Potentiā Romanæ vrbis, [82] ar-
dens poēta deſcribens, ait: Quid ſatis eſt, ſi Ro »
ma parum eſt? Quod nos alio mutemus elogio.
Quid ſaluum eſt, ſi Roma perit? [83] Non mihi ſi
linguæ centum ſint, oraq; centum: Ferrea vox, M
omnes captorum dicere pœnas: Omnia cæſo-
rum percurrere nomina poſſim. Et hæc ipſa
quæ dixi, periculoſa ſunt, tam loquentibus, quàm
audientibus: vt ne gemitus quidem liber ſit: no-
lentibus, imò nec audientibus nobis flere, quæ pa
timur. Reſpōde mihi chariſſima in Chriſto filia,
inter iſta nuptura es? Quem acceptura virum,
cedo? [84] fugiturū, an pugnaturum? Quid vtrunq;
ſequatur intelligis. Et [85] pro Feſcennino carmine:
terribilis tibi rauco ſonitu buccina cōcrepabit: vt
quas habes pronubas, habeas forte lugentes. Aut
quibus delicijs affluas: quæ poſſeſſionum tuarum
redditus perdidiſti, quæ obſeſſam familiolam tuā,
morbo & fame cernis contabeſcere? Sed abſit, vt
de te talia ſentiam, vt ſiniſtrum quippiam ſuſpi-
cer de ea, quę ſuam domino animam conſecrauit.
Non tam tibi, quàm ſub tuo nomine alijs ſum lo-
quutus: [86] quę ocioſæ, & curioſę, atque verboſę do-
mos circūeunt matronarum: quarum deus venter Philipp.3.
eſt, & gloria in confuſione earum, quæ nihil aliud
de ſcripturis, niſi digamiæ præcepta nouerunt:
quæ in alieno corpore, ſua deſideria conſolantur,

vt

A vt quod ipſæ fecerunt, alias facere videant,& malarum ſocietate palpentur. Quarum cùm impudentiam & propoſitiones, apoſtolicarum ſententiarum interpretatione cõtrieris: legito quomodo tibi in viduitate ſeruanda viuendum ſit, librum ad Euſtochium de virginitate ſeruanda, & alios ad Furiam atque Saluinam: Quarum altera Probi quondã conſulis nurus, altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia eſt. Hic libellus de monogamia ſub nomine tuo, titulum poſſidebit.

SCHOLIA.

1 IN vetere via.) Id ſignificat, quod in arte poëtica præcipit Horatius, vt vulgatum & à multis tractatum argumẽtum, ita tractemus, vt nouum reddatur. Publica materies, priuati iuris erit &c.

Via publica. Via publica eſt, quam Græci vocant λεωφόρον, quòd populus per eam ambulet. nam λεὼς Atticis populus eſt. Semita via eſt anguſtior, & à publica diuertens. 2 Ad Gerontiã.) Nomen huius fœminę variè ſcriptum reperitur in omnibus exemplaribus. Quædam habent Geruntiam, quædam Gerutiam, quædam Aggerochiam, alia Acheruſiam. Nec magno

B pere pertinebat ad rem, quo nomine vocaretur, niſi quòd mox ſubijcit: Quæ quodam vaticinio futurorũ, ac dei præſidentis auxilio, nomen accepit. Fortaſſe legendum, Gyrutiã, propter id quod mox ſequitur: Quam matris, auiæ, amitæq; probatarum in Chriſto fœminarũ, nobilis in Chriſto turba circunſtat. Gyrus enim circulus eſt. Aut Gerutiã, vt à Græco ſermone ducatur, γέρας enim Græcè honorem ac præmium ſignificat. Aut certe Ageruſiã, à Græco verbo ἀγείρω, quod eſt congrego, & conſilio. Inuenio & apud Oroſium, Gerontium quendam, à quo Conſtans Conſtantini filius interfectus eſt. Vnde Gerontia dicta videri poteſt, ab honore: à quo veteres dixere γέροντα. Honorificum autem tot egregijs fœminis cingi. 3 Quarum auia.) Ne intelligas hanc eſſe auiã earum, quas modo nominauit: ſed, quarum, poſuit diſtributiuè, pro inter quas, ſiue ex quibus: veluti cùm dicimus, quorum fuit Plato, id eſt, de quorum numero fuit. 4 Soror Celerini patris.) Et hic locus in omnibus, quæ quidem viderim exemplaribus deprauatus habetur. Verum non obſcurum eſt, quo modo reſtituẽdus ſit. Nimirum vt legas, ſoror Celerini patris, quæ Gerontiam nutriuit infantem, & in ſuo natam ſuſcepit gremio, per annos viginti, mariti ſolatio deſtituta: erudit neptem, quod à matre didicit. Siquidem auia Gerontiæ, Metronia vocabatur, mater Benigna, Pater Cele-

C rinus: amita, hoc eſt, ſoror patris, educauit neptẽ Gerontiã. Niſi quòd opinor aſſcriptũ fuiſſe nomẽ amitę, quę Agerontia, aut ſimile quippiam, dicta videtur. 5 Quod à matre.) Incertum an à matre Gerontiæ, an à ſua, ſed veriſimilius eſt hanc à ſorore didiciſſe, quod neptem doceret ſuã. 6 Poſt-

Poſthumi humus.) Poſthumi vocantur, qui patre defuncto naſcuntur. Maritus igitur Gerontiæ Simplicius eſt dictus: quod nomen inditum eſt filio, vt patrem referret etiam nomine: nec videretur perdidiſſe ſuum Simplicium mater. 7 Loci huius continentiam.) Continentiam vocat, non materiam, vt

Cõtinẽtia. vulgus loquitur indoctum: ſed contiguitatem: continens enim dicitur, quod adhæret & contingit. Sentit autem ſe velle explicare, quę locum hunc proximè præcedunt & quæ ſequuntur, quòd melius intelligatur. 8 Ne tranſuerſum quidem.) Vnguem latum intelligit, quod prouerbio ſolet dici, pro mnimo ſpatio. 9 Hoc enim κατασφιϊάσωσι, Græcus ſ.ſ.) σφιϊᾶμ eſt licentius & immoderatius agere: quod mihi videtur commodiſſimè reddi poſſe, ſi dixerimus laſciuire. Vocem compoſitam putant, πρὸ δ' σειρεῖμ, quod eſt auferre & ἡνία, id eſt, habenæ: vt tranſlatum ſit ab animantibus brutis, quæ freno, vel habenis reuulſis, ſuo feruntur arbitrio, & paſtu ferocientia non obtemperant habenis. Siue à σφιόν, quod eſt durum, propter ea, quòd iam intractabiles

Prepoſitio πρὸ ſint, nec regi poſſint. Deinde prepoſitio πρὸ addita in compoſitione, ſignificat incommodum aliquod eius qui appo-

D nitur in genitiuo. Siquidem hæc præpoſitio, quoties hunc aſciſcit caſum, reddit verbum relatiuum, & ferè ſignificat in malam partem, vt καταφρονῶ & καταφήφιζομαι, id eſt, ſentio in contemptum alicuius, & fero ſuffragium aduerſus hunc aut illum. Ita καταστρηνιᾶμ τῷ Χριστῷ, eſt laſciuire in cõtumeliam & iniuriam Chriſti, ſeu ferocire aduerſus Chriſtum, cuius prætextu alitæ ſunt vſque ad intemperantiam. Ambroſius vtitur huiuſmodi tranſlatione: Cùm enim in delitijs egerint in Chriſto, nubere volunt. Proinde miror, vnde inuaſerit hoc verbũ, fornicatæ fuerint. Magis quadrat, quod habetur in æditione vulgata, luxuriatæ. Aliud enim luxuria, Luxuria.
aliud libido. Sed de his copioſius diſſeruimus in Annotatio- Libido.
nibus noſtris in nouum teſtamentum æditis. 10 Riſit & arguto.) Verſus eſt ex Elegijs amatorijs Ouidij. 11 In boue & aſino.) Hoc Iudæis erat prohibitum, ne ararent in boue & aſino, vt patet Deuteronomij cap. 20. Quem locum diuus Hieronymus traxit ad allegoriam imparis matrimonij, ſic enim vocauit ſuperius, quod fidelem copulat cum infideli. 12 Ne tunica nuptialis.) Eſt in eodem capite: ne fas eſſet vti veſte, partim ex lana, partim ex lino contexta. 13 Non minus ſexagenariam.) Paulus in epiſtola ad Timotheũ prima cap. v. vetat ne qua vidua recipiatur in miniſterium Eccleſię, minor ſexaginta annis. 14 Quę verè viduæ ſũt.) Reſpexit ad etymologiam verbi, nam Latinis priſcis, viduare Viduare.
erat ſpoliare & orbare. Vnde & viduertatem, calamitatem E
appellant. Et Græcis χύρα dicitur, à χωρῶ, quod eſt ſeparo, aut à χαρὰ quòd eſt gaudium, καταντίφρασιμ, quaſi ſit omnibus oblectamentis orbata. 15 Corban.) In Euangelio Matthæi cap. xv. δῶρον legitur, id eſt, donum. Hieronymus hic Hebraicam addidit vocem קָרְבָּן, quòd ea ſignificet, non quoduis donum, ſed propriè quod templo dicatur. Vnde & locũ in quo dona huiuſmodi ſeruabantur, corbanam vocabant. 16 Inferiarum officium.) Inferias paren Corban.
talia vocant, ab inferendo vltimum illum honorem, quem cognati exhibent defunctis. Vetat autẽ lex Moſaica ſacerdotem contaminari vllius funere, niſi vxoris, matris, filiæ & ſororis, ſi virgo fuerit. 17 Caſtitatẽ repperit perditricẽ.) Vel quia debilitato corpore, vel quia impia ſit, & nihil cõferens ad ſalutem. 18 Hierophanta.) Græcè ἱεροφάντης dicitur, Inferiæ.
qui oſtendit & ordinat myſteria ſacrorum, ab ἱερὸν ſacrum, & φαίνω oſtendo. Ponitur & pro ſacrificio, nonnunquam pro æditio. 19 Euirat virum.) Ita quidem conſentiunt exemplaria. Ego tamen legendum arbitror, euiratur: vt intelligas hierophantam, hoc eſt, ſacerdotem apud Athenienſes caſtrari, & execari, ne libidine contaminetur: cuiuſmodi ſunt Galli Cybelis ſacerdotes. At nunc nõ admittuntur, niſi hac quoque parte integri. 20 Flamen.) Flamines erant ſa Flamines.
cerdotes quidam Romæ, ſic dicti, quaſi filamines, quòd in F
ſummo vertice lanea fila geſtarẽt. Alij putãt à pileo dictos. quaſi pileamines. 21 Tauri Aegyptij.) Apim bouem intel Apis.
lige, quem olim Aegyptij numinis loco colebant. De quo permulta Herodotus in Thalia. 22 Virgines Veſtę.) Ve- Veſtales.
ſtales vocãtur quæ æternum ignem ſeruabant, harum ſi qua inceſtus conuicta fuiſſet, viua defodiebatur. De quibus copioſiſſimè Plutarchus in vita Numæ. De ſacerdote lex extat apud Senecam: Sacerdos pura ſit è puris, caſta è caſtis.

23 Apollinis.) De Apolline & Diana teſtatur Horatius in Odis. Dianam tenerę dicite virgines. Intonſum pueri dicite Cinthium. 24 Iunonisq; Achiuæ.) Opinor legendum, Argiuæ pro Achiuæ: cuius mentionem facit & Vergilius. 25 Reginam Carthaginis.) Didonem intelli- Dido.
git, quæ cùm procum Hiarbam ſpreuiſſet, & ab Aenea deſereretur, gladium adegit pectori, mori malens, quàm procos cõtemptos rurſum ſequi, corpus exanime rogo impoſitum, quem ipſa extruxerat. Narrat Vergilius in. iiij. Aeneidos.

26 Haſdrubalis vxorem.) Huius meminit L. Florus in Haſdrubalis vxor.
librum T. Liuij. lj. præterea Valerius Maximus libro tertio capi. ij. Carthagine, inquit, capta, vxor Haſdrubalis exprobrata ei impietate, quòd à Scipione ſoli ſibi impetrare vitã contentus fuiſſet, dextra læuáq; treis communes filios mortem non recuſantes trahens, incendio ſe flagrantis patriæ obiecit. Cæterum Lucretiæ fabula, quæ ſibi ſua manu necem

G conſciuit,notior eſt,quàm vt hic ſit recenſenda. 27 Gens Theutonum.)Hæc hiſtoria narratur à Valerio Maximo,libro memorabilium ſexto,capite de pudicitia, ſed paulo diuerſius quàm Hieronymus. Ait enim vxores Cimbrorum à victore petiſſe,vt virginibus veſtalibus dono mitterent, nec minus caſtè,quàm illas ſe victuras. Id cùm eſſet negatũ,mortis conſilium cœperunt. Refert Plutarchus in vita Marij, & Florus in epitoma Liuianę hiſtoriæ,libro.lxviij.ſi quis fortè plenius de his edoceri cupiet. 28 Cereris ac Veneris.) Suſpicor hic ſubeſſe mendum, etiãſi ad hunc modũ conſtanter habẽt exemplaria. Arbitror pro Veneris ſcriptũ fuiſſe, Veſtæ,quam vocem cùm ſciolus ille quiſquis fuit,in ſuo Catholico non reperiſſet,Veſtem mutauit in Venerem. Siquidem Cereri quoque à puris mulieribus ſacra fiebãt,adeo vt nefas eſſet viros intereſſe. 29 Ipſa digitorum cõiunctione.) Vt nunc calculis,ita quondam digitorum notis ſupputabãt,vt teſtatur Iuuenalis,Plinius & Donatus in Adelphos Terentij,hoc eſt,explicitis aut contractis digitis, numerum quem volebant,ſignificabant. Quæ ratio computãdi manet hodie quoque,ſed diuerſa. Porrò veteres molliter coniunctis digitis,triginta ſignificabãt:reliquis digitis vno ſuperiore preſſis,ſexaginta. Porrò poſt nonaginta nouem,à ſiniſtra ad dextram tranſferebatur ſupputatio,iſdemq; digitis, ſed
H nõ eadem manu, velut in circulum computatio recurrebat. Hæc ad hunc locum intelligẽdum ſatis ſunt. Qui plura volet cognoſcere,legat noſtra in primum aduerſus Iouinianũ librum ſcholia. 30 Herodi impiſſimo.) Chriſtus apud Lucam admonitus vt ſecederet,quòd Herodes eum pararet occidere. Ite,inquit,& dicite vulpi illi:Ecce eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras. Vulpes autẽ habent ſuas latebras in ſpinetis. Vnde,vulpes foueas habent. Mundi amatores neglecto ſermone diuino, in diuitijs acquieſcunt.

31 Publicarum libidinum victimas.) Iiſdem verbis & ſuperius ſignificauit paſſim proſtitutam pudicitiã. 32 Ante annos plurimos.) Ex hoc loco apparet diuum Hieronymũ aliquando Damaſo à ſacris libellis fuiſſe,quem nunc ſecretarium vocant,in his quæ pertinent ad conſultationes Synodicas. 33 Poſt tãtas rudes.)Niſi locus deprauatus eſt,ſentit toties libertatem redditam,mortua vxore ſeu marito. Nam rudis,virga, qua gladiatores miſſionem accipiebant à ſanguinario ludo. Vnde & milites abonere militię dimiſſi, rudiarij vocãtur. Fit autem liber maritus,ſi moriatur vxor, & quaſi rude donatur. 34 Quem quis prior efferret.) Elegãtius erat,vter vtrum efferret,ſiue vter alterum efferret. Quãquam & hæc loquendi forma reperitur apud autores ſecus quàm præcepit Laurentius Vala. Nouum eſt & illud,quòd quum de viro & fœmina loquitur, dixerit, quem quis. Cæterum efferret,pro ſepeliret,elegãtiſſimè dixit. Ve
l rum totus hic locus in exemplaribus habebatur confuſiſſimus,nec vno modo deprauatus. Nos collatis ac penſiculatis diligenter omnibus,ita legendum cenſemus. Poſt tantas rudes,quem quis prior efferret, vicit maritus,& totius vrbis populo confluente,coronatus,& palmam tenens adoriamq;, per ſingulos ſibi acclamantes, vxoris multinubæ feretrum præcedebat. Nam veteres gloriam ſeu victoriam, adoriã vocabant. Quo verbo vſus eſt & in Odis Horatius:ab ador,qđ illi far dicebant,& palma victoris inſigne erat. Porrò victori in triumpho incedẽti,acclamabatur vndiq;:Io triumphe. Huc lepidè alluſit Hieronymus. Feſtiuiter autem nouauit compoſitionem huius verbi multinubæ, Græcos imitatus, πολυγάμας:ſicut ſuperius nouam vocem finxit, nuptiator: cùm ea nuſquam ſit apud autores,quod equidem memini.

35 Quarum tibi abundans.) Si liceret ab exemplaribus conſentientibus diſſentire, malim, abunde legi. 36 In eo facilior eſt.) Nonnulli codices habebant, in eo felicior: vtraque lectio tolerabilis. 37 Erunt duo in carnẽ vnam.) Vides Hieronymum non ita citare hunc locum, vt habetur in vulgatis exemplaribus: Erunt duo in carne vna,ſed in carnem vnam. Sic enim ſcribendum eſſe, ſatis declarat quod ſequitur: Et non in duas nec in treis. Et Græca reſpondẽt,καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν,vt intelligas è duobus,velut vnum hominem fieri matrimonio. Quanquã hunc locũ nonnihil torquet Hieronym⁹. 38 Quàm Chriſti conciliabula.)Quid ad hunc locum dicent, qui conciliabulum interpretantur diaboli concilium,quaſi per contemptum dicatur conciliabulum? 39 Hieremias captiuitate prod.) Hoc legitur apud hunc prophetam capit.xvj. 40 Mortua eſt,inquit.)Et hunc locum nõnihil torquet Hieronymus. Eſt autem apud ipſum prophetã cap.xxiiij. Loquut⁹ ſum ergo ad populum manè,& mortua eſt vxor mea veſpere &c. 41 Nec ducturus vxorem.) Hieremias ducturus erat,niſi fuiſſet prohibitus. Ezechiel duxerat, ſed liberatus eſt,vt explicaret ænigma. 42 Modo audit Petr⁹.) Ex hoc loco diuus Hieronymus videtur in hac fuiſſe ſententia, vt putaret Chriſtianis non licere bellare: quod vtinam omnib⁹ perſuaſum eſſet, certe minus inſanirem⁹ huiuſmodi tumultibus,quorum nullus eſt finis, quum omnes ferè naſcãtur ex ambitione principum. 43 Marcion calumniatur.)Hic hę reſiarcha fuit Cerdonis dogmata ſequutus. Is duo principia inter ſe pugnãtia finxit:eum qui deus eſt legis ac prophetarum,negauit patrem eſſe Chriſti:quòd Chriſti pater bonus eſſet,ille iuſtus eſſet,non bonus: atque ita ſeparauit legem & Euangelium,quaſi nec ab eodem profecta: & illa eſſet iuſtitiæ,hoc bonitatis. Autor Auguſtinus in libro de hæreſibus ad Quotuultdeum. 44 Principio & fine.)Magis arridet quod in ſcriptis inuenio codicibus,principiũ & finis: vt eundem deum dicat principium & finem, alpha & ω. Principiũ in lege Moſaica,finem in Euangelio. 45 Feruente fœcunditate.)Ita habebant exemplaria quæ viderim. Verum dubium non eſt,quin legendum ſit,Fenennæ. Helcana duas habuit vxores,Annam,& Fenennam. Anna poſt diutinum tædium ſterilitatis,tandem peperit Samuelem tantum virum. Hiſtoria eſt in primo Regũ libro,cap.j. 46 Licet & monogamia,nos.) Μόνος Græcè ſolus, γάμος coniugium ſignificat:inde monogami,qui ſemel & vni dũtaxat nubunt. Nec enim Iſaac aliam habuit vxorem,nec Rebecca alium virum.

47 Cuius ſolius partus.) Nulli contigit grauidæ, vt dominus prædiceret,quid eſſet futurum: Duo, inquit, populi ex vtero tuo diuidentur, & minor ſuperabit maiorem. Et ſola Rebecca per ſe conſuluit dominũ, quid eſſet quòd ſentiret infantes in vtero concertantes. 48 Quæ Eſron & Phares.) Videtur in cõtextu Hieronymi manifeſtus error, in Eſrom pro Zaram. Conſtat enim quod iuxta Matthæum cap.j. Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar. Expendãt hoc eruditi. 49 De ſcorto prophetico.) Eſt in Oſee de vxore fornicaria & filijs fornicationis. 50 De Annæ conſilio.)Intelligit inutile & pernicioſum conſilium. Anna ſoror Didûs,apud Verg.in quarto libro Aeneidos,eam impulit in amorem Aeneæ,prætextu coniugij. 51 Promiſſa Sicheo.)Sic habebant omnia exemplaria,verum Seruius admonet legẽdum,Sicheio pro Sicheo,vt ſit adiectiuum. Hoc admonui,ne quis ſtatim deprauet hunc locum. 52 Pyram, gladium & incendium.)Pyram,id eſt,rogũ quem Dido domi extruxerat ad exurenda monumenta Aeneę. Gladium,ab illo relictum quo ſe confodit. Et incendium, hoc ex hiſtoria,vt opinor, addidit Hieronymus. Nam Vergilius aliter rem narrat. 53 Si Timotheo dicitur.) Et huic loco nonnullã vim facit diuus Hieronymus. Nec enim illic agit Paulus de periculo quod immineat pudicitiæ Timothei, ſed de viduis,quæ ſint ſuſcipiendæ in curam Eccleſiæ, & Eccleſiaſtica ſtipe ſuſtinendæ:nec eſt Græcè, deuita, ſed παραιτῆ, id eſt,reijce ac refuta,ſiue ne admittas. 54 Sororem mulierem.)Hoc ſcribit Paulus primo ad Corinthios,cap.ix.quòd cùm Cephas, reliquiq; Apoſtoli, circunducerent mulieres, quæ ſumptus ad Euangelium ſubminiſtrabant, ipſe tamen noluerit idem facere, vt purè prædicaret Chriſtum abſque vlla quæſtus ſuſpicione. 55 Vnius vnciolæ.) Aſſis vncia, & cætera huiuſmodi nomina, communia ſunt ad pondera, menſuras & numeros. 56 Malitia ſua.)κακία,quod miſeriam quoque ſignificat. Malum apud Latinos aliquando ſignificat non vitium, ſed incommodum. Malitia non item. At κακία apud Græcos vtrunque: & magis conueniebat hic miſeria. Iubet enim, ne ſolicitudine futuri ſimus miſeri ante tempus, & calamitatem vitæ duplicemus. 57 In nomine

Veterum ſupputatio.

Damaſus.

Rudis.

Efferre.

Adoria.

Multinuba.

Nuptiator

K Conciliabulum.

Marcion.

L Helcana.

Monogamia.

M Aſſis & vncia.

Malum.

Malitia.

A mine Ieſu.)Verba ſunt Petri ad claudum: Actuum capit. iij.

Megarenſes. 58 De Megarenſibus.)Megara Græca ciuitas, media inter Peloponneſum, Atticam & Boœtiam. Hi quondam malè audiebant, id quod declarat & prouerbium, quo dictum « eſt: Megarenſes neque tertios eſſe, neque quartos, nec in vllo numero. Dictum eſt autem hoc in eos, quòd ædificarent magnificè, & ijdem viuerent vitam voluptariam: ita fruentes gaudijs vitæ, quaſi poſtridie è vita migraturi. Auidius enim fruimur ijs, quibus mox carituri ſumus. 59 Qui tenebat de medio.)Refert Pauli verba ex epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes, capit. ij. Tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Hoc quidam de Nerone dictũ accipiunt, Hieronymus alió videtur deflectere. 60 Reſidemus.)Di

Reſidere. xit pro reſidui ſeu reliqui ſumus: vnde & reſidem dicimus.

61 Inter alpes & Pyrenæum.) Nam Galliarum finis eſt

Galliæ. mons Pyrenæus, quà ſpectant Hiſpaniam. Alpibus ab Italia diuiduntur, Rheno à Germania. Et altero latere Tuſcum pelagus attingunt, altero Oceanum, vt refert Pomponius Mela. Sentit igitur vniuerſam Galliam. 62 Quadus, Vuan-

Vuandali. dalus.) Et de nominibus harum gentium, & vnde venerint, magna apud ſcriptores diſſenſio eſt. Satis conſtat ex vltimis Germaniæ Galliarúmque finibus exortos: non ſolum Gallias, verumetiam Italiam, Pannonias, Hiſpaniam, Græciam peruaſiſſe. De quibus qui plenius volet cognoſcere, legat ſe-

B ptimum Oroſianæ hiſtoriæ librum. Scholijs breuitas conuenit. 63 Et ô lugenda reſpublica.)Hic interpoſuit exclamationem, quòd ipſe Pãnonijs finitimus eſſet, vt teſtatur in

Hieronymi patria. Catalogo ſuorum operum, Stridonis oppidum, in quo natꝰ fuit, Pannoniæ Dalmatiæq; confinium fuiſſe, ſubuerſum à Gothis. Quanquam hic locus mihi nõ videtur vacare mendo. Suſpicor legendum: & ô lugenda res, ac publica, additum fuiſſe à ſcriptore parũ erudito. Porrò quod hoſtes hìc addidit, quaſi illi hoſtẽs non fuerint, ad emphaſim facit, eos hoſtes eſſe, quos conueniebat eſſe amicos, vtpote Romano ſubditos imperio. 64 Etenim Aſſur venit.) Retulit locũ ex pſalmo octogeſimoſecundo, vbi commemoratis multis hoſtium nominibus, Idumæis, Iſmahelitis, Moabitis, Agarenis, Gebalitis, Ammonitis, Amalechitis, Alienigenis, Tyrijs, ad ſummam velut acerrimum hoſtem ſubiecit. Etenim Aſſur, inquit, venit cum illis. Facti ſunt in adiutorium filijs Lot.

Magontiacum. Ita dolet Pannonios adiunctos fuiſſe barbaris. 65 Magontiacum.) Extat hodiernis quoque temporibus inclyta ciuitas Magontia, ſiue Magontiacum (vtrũque enim apud Oroſium legitur) cum plurimis alijs inſignis dotibus, tum verò archiepiſcopali ſede præminens, celebri bonarum literarum Gymnaſio nobilis, ac multis adhuc antiquitatis viſenda monumentis. Poſtremo non ſolum veterum, hoc eſt, alienis claris literis, ſed & ſuis ingenijs illuſtrata: quippe quæ cũ alios

C permultos omni doctrinæ genere præſtantes viros ædidit, tum verò præcipuè Theodoricum Greſmundum, hominem ab ipſa natura ad humanitatem, ad bonas literas, ad eloquentiam illam verè Atticam, ſculptũ ac factum. Huic vrbi om-

Typographiæ inuẽtio. nes bonarum literarum ſtudioſi, non parum debent, ob egregium illud ac penè diuinum inuentum, ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant. Gens olim annumerata Gallijs, vtpote citeriorem Rheni ripam incolens, nunc & ditione, & cultu, & lingua: denique (quod eſt præcipuum) morum quoque humanitate, modeſtia, fide ſic Germana, vt non alia Germanior. 66 Vangiones.) Hos plerique

Morini. Vuormacienſes videri volunt. 67 Extremiq; hominum Morini.) Maronis hemiſtichiũ retulit ex octauo Aeneidos. Hos Solinꝰ ad Gallicum Oceanum extremos orbis facit, niſi ſequeretur inſula Britannia, velut alter orbis. Extat, imò extabat hoc nomine in Picardia ciuitas epiſcopalis, quam vulgus Terrouanam vocat. Ea cùm hæc ſcriberemus, magna vi oppugnabatur à duobus regibus, Henrico octauo Britanniæ principe, & Maximiliano imperatore, adiuuantibus & Burgũdionibus noſtratibus. Deditio facta eſt: dimiſſi mi-

Tornacus. lites incolumes: poſtea noſtris, opinor, agentibus, oppidum indignè deletum eſt. 68 Tornacus.)Hæc ciuitas, vt in hoc catalogo ſuccedit Morinis, ita in calamitate ſucceſſit. Mox enim à Morinis deletis, Tornacum opulentiſſimum ac florentiſſimum oppidum obſideri cœptum. Et quoniam pa- D
rum conueniebat inter plæbeios & nobiles, deditio facta eſt, vt omnibus ſaluis, in ditionem Britannorum venirent, ciuitas alioqui liberaicuiuſmodi ſunt aliquot in confinijs Franciæ ditionis, & Burgundicæ. Sed quoniam videbantur ſemper in Gallos propenſiores fuiſſe, quàm in noſtros, & quia bellum oppidum, bello tentatum eſt, non euerſum. Tenetur etiamnum ab Anglis. Atque vtinam Chriſtiani principes, quos maximè conueniebat autores pacis eſſe, ſi modo verè Chriſto adhærerent, vel decimam partem earum pecuniarum, ſolicitudinum, laborum, periculorum inſumerent ad pacem tuendam, ad Rempublicam bene adminiſtrandam, quæ nunc in teterrimum bellum inſumunt, nimirum aut nulla eſſent bella, aut certe paucíſſima. Nemo neſcit, Morinum alterum minoris extrui potuiſſe, quàm obſeſſum fuit: & tamen vix duos menſes ea durauit obſidio. Nec vnquam ad manus ventum eſt, neque enim vnicum illud prælium, quo proceres aliquot Gallorum in Britanniam abducti ſunt, nominatim eximius iuuenis, dux Longeuillenſis, & præfectus Claremontanus, prælium appellari poteſt. Verum hæc aliâs deplorabimus, nunc ſcholiorum meminiſſe præſtiterit. 69 Nemetæ.) Hos nunc Spirenſes eſſe, Nemetæ.
doctorũ conſenſus eſt. Vrbs hodie inter Germanicas haudquaquam poſtremi nominis: neque ſolũ epiſcopali ſede in- E
ſignis, verumetiam templo admirandæ ſtructuræ, & regum Germaniæ ſepultura nobilitata. 70 Argentoratus.)Hæc Argentoratus.
ciuitas hodie inter Germanicas vel florentiſſima eſt, non ſolum opibus, ac non Rheno tantum præterfluente, libertate perpetua, diuturna pace, qua iam olim ſub clementiſſimo Cæſare Maximiliano ſemper Auguſto, fruũtur: verum multo magis ciuium moribus, magiſtratuum prudentia, ſimul & integritate: quorum opera fit, vt quemadmodum olim à Maſſilienſium, ita nunc ab Argentoratorum republica, vniuerſa virtutum & rectè inſtitutæ ciuitatis exempla petere poſſis. Ad hæc, quod ego ſanè vel in prima nobilitatis parte poſuerim, in nulla gente plus honoris habetur, vel egregiæ virtuti, vel excellentibus ingenijs. Vnde fit, vt non alia magis abundet ſummis viris, in quibus & eruditionem commendat morum integritas, & morum integritatem ornat eruditio. Vulgò nunc Strasburgum appellant, nonnulli Argentinam: cui ſi quis ex re nomen commutare velit, non abs re dixerit Aurentinam. Huius nunquam ſatis laudatæ vrbis, laudibus diutius immorari liberet, niſi vererer, ne quis me dicat Scholiorum oblitum, ſcribere Panegyricum.

71 Nouémque populorum.) At Plinius plures etiam commemorat Lugdunenſis Galliæ populos. 72 Irruptionis Cimbricæ.) De qua ſuperius dictum eſt, cùm de Theutonibus loqueremur à Mario deuictis. 73 Olim à mari Pon-
tico.)Locus hic nonnihil videtur deprauatus, quanuis con- F
ſentiunt exemplaria, quæ quidem viderim. Arbitror ita fuiſſe ſcriptum à Hieronymo, Olim à mari Pontico, vſque ad Alpes Iulias, non ſunt noſtra, quæ noſtra ſunt: & per annos triginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani imperij regionibus pugnatur. 74 Aruerunt &c.) Oſtendit enim hoc malum tam diutinum eſſe ac vetus, vt exhauſtæ ſint lachrymæ longo fletu. 75 Semibarbari proditoris.) Niſi fallor, intelligit Rufinum, aut certe Stiliconẽ, de quo ſuperius dictum eſt. Eundem notauit in epiſtola ad Demetriadem. 76 Romam Brennus.) Brennus dux erat Gallorũ, Brennus.
à quibus olim Roma capta fuit. Sed hos Camillus, dum aurum quod erat pactum appenderetur, expulit vrbe. Narrat Plutarchus in vita Camilli, & Liuius primæ Decadis libro quinto. 77 Gallograeciam.) Quam alio nomine Galatiã Gallogre-
vocant, Græciæ pars eſt, quã Galli occuparant. 78 Han- cia.
nibal de Hiſpaniæ finibus.) Primùm enim tranſito contra Hannibal.
fœdus Ibero flumine, Saguntum Hiſpaniæ oppidum, Romanis ſocietate iunctum, expugnauit. Cæterum ipſum Hannibalem tempeſtatem vocat. Quod autem hìc narrat Hieronymus, id accidit poſt Cannenſem pugnam, in qua ceciderunt Romanorum quadragintaquinque milia. Tantáque Romæ conſternatio fuit, vt ſi Hannibal Maharbalis conſilium ſequutus, cum victore exercitu rectà Romam, quæ iam

G ſn conſpectu erat,perrexiſſet, actum fuiſſet de imperio Romano. Vnde cùm pœniteret Hannibalem,quòd ea non eſſet
« vſus occaſione, dictum eſt illud: Vincere ſcis Hannibal, victoria vti neſcis . Aut potius cùm via Appia profectus ad Anienem fluuium , tertio ab vrbe miliario conſedit , magna omnium conſternatione . Sed religione quadam abſtinuit, quòd diceret , capiendæ vrbis modo non dari voluntatem, modo non dari facultatẽ:vt teſtatur & Oroſius. 79 Pyrrhum tanta.)Hic rex fuit Epirotarum , longo bello conflictatus cum Romanis:qui ad vigeſimum ab vrbe lapidem caſtra poſuit. 80 Bonos exitus.)Id eſt, iuſtos. Nam Hannibal crudelis malè perijt:alter ob reuerentiam Romanæ vrbi habitam , in regno occubuit . Aut bonos,id eſt,felices : quia neuter vicit Romam. Nam hoc explicant quæ ſequuntur:Et vtriuſque prouinciæ Romani populi vectigales ſunt. 81 Alter toto orbe.) Hannibalem intellige , qui apud Pruſiam Bithynię regem veneno ſe peremit,cùm depoſceretur à Romanis. 82 Ardens poëta.) Id eſt,Lucanus,quòd ſit concitatus & vehemens. 83 Non mihi ſi linguæ centum.) Maronis carmen,mutatis aliquot verbis, ad ſuã accommodauit ſententiã. 84 Fugiturũ an pugna.)Elegãs dilemma,quanq̃ id quod inferendum erat,cogitationi relinquit , vt ſit atrocius . Eſt enim & hoc rhetorici ſchematis genus. 85 Pro feſcennino.)Id eſt,pro nuptiali carmine: de quo ſuperius di
H ctum eſt. 86 Quæ ocioſæ & curioſæ.)His verbis deſcribit Paulus viduas , quæ nõ ſunt verè viduæ. 87 Malarum ſocietate palpentur.)Id eſt , demulceantur. Vnde & palpones vocamus adulatores,quòd adulantes caput demulceant, & eodem modo blandimur equis . Subeſt autem ſententia,
« quæ vulgò tritiſſima eſt,miſerum eſſe ſolatij genus, ſocium
« habere miſeriæ.

Pyrrhus.

Palpones.

ANTIDOTVS. In hac epiſtola duriuſculè ac penè cõtumelioſè inſectatur digamiam,cùm eam extra numerum ponit,negans illã in terra bona naſci,ſed in ſpinetis : nec per ſe bonas videri vult ſecundas nuptias , etiamſi turpioribus anteponuntur . Illud fortaſſe videbitur contumelioſius : Si ſcortis melior ſit:ſi publicarum libidinum victimas ſuperet: ſi vni proſtituta ſit,non pluribus . Et in fine epiſtolæ palàm malas vocat digamas:Et malarum,inquit,ſocietate palpentur. Nam Eccleſia nunc tantum honorem habet etiam ſecundis ac tertijs nuptijs , vt ſacramentum vocet . Verum diuus Hieronymus ardentiſſimo quodam amore pudicitiæ , nonnunquam iniquior eſt matrimonio , potiſſimum ſi iteretur. Et haud ſcio an illa ætate Eccleſia matrimonium numerarit inter ſacramenta. Certe Dionyſius , cùm ex profeſſo de his tractet,matrimonij nullam facit mentionem . Præterea neceſſe erat Hieronymum in hanc partem eſſe vehemẽtiorem,
I quòd ad libidinem ſatis ipſi ferimur:& exoriebantur illa tẽpeſtate , qui matrimonium penè anteponerent cœlibatui. Quin hodie quoque theologi quidam plus ſatis, meo quidẽ iudicio,laxant habenas coniugatis, cùm Hieronymus interpretetur cubile immaculatum, quoties vir & vxor ſtudio caſtitatis,in matrimonio virginitatem imitantur.

ALIVD. In eadem apparet in hac fuiſſe ſententia , vt exiſtimaret in lege Moſaica licuiſſe belligerari , in Euangelica non idem permitti,cùm Chriſtus iuſſerit Petrum recõdere gladium. Quod vtinam ſimpliciter Chriſtianis omnibus eſſet perſuaſum,vt nulla purgatione ſit opus quibus hodie nimium placet bellum . Nam hæc Chriſti mens omnino fuiſſe videtur , vt tolerentia ſuperent Chriſtiani,non armis.

ALIVD. In eadem ſcribit , laicos eadem lege teneri, qua ſacerdotem, nempe monogamiæ. Quod non accipi debet veluti decretum , ſed velut ab argumentante dictum ad præſentem vtilitatem cauſæ.

ALIVD. In Paulo duas ponit voluntates. Alterã, qua voluit id quod verè probauit,hoc eſt,monogamiam. Alterã, qua nolens voluit , hoc eſt,permiſit quod non probauit , ne quid deterius accideret,vt digamiã. Sed hiſce de rebus plura dicemus in libros aduerſus Iouinianum.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Ad preces amici Gaudentij,docet quibus rudimentis imbuenda ſit rudis ætas puellæ, virginitati deſtinatæ , prius q̃ boni maliq; diſcrimen nouerit. K

HIERONYMVS AD GAVdentium , De Pacatulæ infantulæ educatione.

QAuſa[1] difficilis paruulæ ſcribere, quę non intelligit quid loquaris:cuius animum neſcias:de cuius voluntate periculoſè promittas:vt ſecundum præclari[2] oratoris exordium: ſpes in ea magis laudanda ſit , quàm res . Quid
» enim horteris ad continentiã,[3] quę placentas deſiderat?quæ in ſinu matris garrula voce balbutit? cui dulciora ſunt mella,quàm verba? Audiat profunda Apoſtoli,quæ anilibus magis fabulis delectatur? Prophetarum ænigmata ſentiat,quam triſtior gerulę vultus exagitat? Euangelij intelligat maieſtatem,ad cuius fulgura omnis mortaliũ ſenſus hebetatur? Vt parenti ſubijciatur horter, quæ manu tenera ridentem verberat matrem? Itaque L
Pacatula noſtra[4] hoc epiſtoliũ poſt lectura ſuſcipiat.[5] Interim modo literarũ elemẽta cognoſcat: iungat ſyllabas,diſcat nomina , verba conſocietatque vt voce tinnula iſta meditetur, proponantur ei[6] cruſtula,[7] mulſa præmia , & quicquid guſtu ſuaue eſt:quod vernat in floribꝰ, quod rutilat in gemmis,[8] quod blanditur in puppis,acceptura feſtinet. Interim & tenero tentet pollice fila ducere:rũpat ſæpe ſtamina, vt aliquando nõ rumpat: poſt laborẽ luſibꝰ geſtiat , de matris pẽdeat collo, rapiat oſcula propinquorũ , pſalmos mercede decantet:amet quod cogitur diſcere,vt non opus ſit, ſed delectatio:non neceſſitas,ſed voluntas. Solent quædam , cùm futuram virginem ſpoponderint, pulla tunica eam induere, &[9] fuluo operire pallio,[10] auferre linteamina:nihil in collo,nihil in capite auri ſinere:reuera bono conſilio,ne habere diſcat in tenero,quod poſtea ponere compellatur. Alijs vero econtra videtur. Quid enim,aiunt, ſi ipſa non habuerit , habentes alias non videbit? [11] M
φιλόκοσμον genus fœmineũ eſt,multasq; etiã inſignis pudicitiæ,quãuis nulli virorum , tamen ſibi ſcimus libenter ornari. Quin potius habendo ſatietur:& cernat laudari alias, quæ iſta nõ habeãt. Meliusq; eſt,vt ſatiata contẽnat,quàm non habẽdo habere deſideret. Tale vero quid & Iſraëlitico feciſſe populo dominum , vt cupientibus Aegyptias carnes,vſque ad nauſeam & vomitum pręberet examina coturnicum:multosq; ſeculi prius homines,facilius carere experta corporis voluptate,quàm eos qui à pueritia libidinem neſciãt. Ab alijs enim nota calcari,ab alijs ignota appeti.[12] Illos vitare pœnitendo ſuauitatis inſidias,quas fugerũt. Hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandientęis,dum mella putant, venena noxia reperire. Mel enim diſtillare labia meretricis, Prouerb.5
quod ad tempus impinguat veſcentium fauces,& poſtea felle amarius inuenitur. Vnde & in domini ſacrificijs,mel non offerunt,ceraq; contempta, Leuiti.2.
quæ mellis hoſpitium eſt,oleum accenditur in tẽplo dei : quod de amaritudine exprimitur oliuarũ . Paſcha quoque cum amaritudinibus comedi Exodi.12.
in azymis

1.Cor.5. in azymis ſynceritatis & veritatis: quas qui ha-
2.Timo.3 buerit,in ſeculo perſecutionem ſuſtinebit. Vnde
Threno.3. & propheta myſticè cantat: Sedebam ſolus,quia
Baruch.4 amaritudine repletus ſum. Quid igitur? Luxu-
A riandum eſt in adoleſcẽtia,vt poſtea luxuria for-
1.Cor.7. tius contẽnatur? Abſit vero,inquiũt. Vnuſquiſq; enim in qua vocatione vocatus eſt, in ea perma-
neat. Circũciſus quis,id eſt,virgo vocatus eſt, nõ adducat præputium:hoc eſt,non quærat pelliceas
Gene.3. tunicas nuptiarum, quibus Adam eiectus de paradiſo virginitatis,indutus eſt. In præputio quis vocatus eſt,hoc eſt,habens vxorem, & matrimonij pelle circundatus,non quærat virginitatis & æternæ pudicitiæ nuditatem,quam ſemel habere
1.Theſ.4. deſiuit,ſed vtaĩ vaſe ſuo in ſanctificatione & pu-
Prouer.5. dicitia,bibatq; de fontibus ſuis,& nõ quærat [13] ciſternas luparum diſſipatas,quę puriſſimas aquas pudicitiæ continere nõ poſſunt. Vnde & idẽ Paulus in eodẽ capitulo,de virginitate & nuptijs diſputans,ſeruos carnis vocat in matrimonio cõſtitutos. Liberos eos, qui abſque iugo nuptiarũ, tota domino ſeruiũt libertate. Quod loquimur nõ
B in vniuerſum loquimur, ſed in parte tractamus: nec de omnibus,ſed de quibuſdam dicimus. Ad vtrũque enim ſexum,nõ ſolum ad vas infirmum noſter ſermo dirigitur. [14] Virgo es,quid te mulieris delectat ſocietas? Quid fragilem & ſutilem ratem magnis committis fluctibus,& grande periculum nauigationis incertę ſecurus aſcendis? Neſcis quid deſideres,& tamen ſic eis iungeris,quaſi aut antè deſideraueris,aut(vt leuiſſimè dicã)poſt ea deſideraturus ſis. Sed ad miniſterium iſte ſexꝰ eſt aptior. Elige ergo anum deformem,elige probatæ in domino continentiæ. Quid te adoleſcentula,quid pulchra,quid luxurioſa delectat? Vteris balneis,cute nitida,rubicundis genis incedis,carnibus veſceris,affluis diuitijs, precioſa veſte circundaris,& iuxta ſerpentem mortiferum ſecurè dormire te credis? At non habitas in eodẽ hoſpitio. In nocte duntaxat. Cæterum totos dies in huius confabulatione conſumis. Quare ſolus cum ſola,& non cum arbitris ſedes: vt cũ ipſe non pec
ces,alijs peccare videaris:vt exemplo ſis miſeris,
C qui nominis tui autoritate delinquant? Tu quoque virgo vel vidua, cur tam longo ſermone viri retineris? Cur cum ſolo relicta non metuis? Saltẽ alui te,& veſicæ cogat neceſſitas, vt exeas foras: vt deferas in hac re eum,cum quo licẽtius, quàm cum germano:multo inuerecũdius,quàm cũ marito egiſti. Sed de ſcripturis ſanctis aliquid interrogas: Interroga publicè, audiant pediſſequæ,audiant comites tuæ. Omne quod manifeſtatur,lux eſt. Bonus ſermo ſecreta non quærit,quin potius delectatur laudibus ſuis, & teſtimonio plurimorũ. Magiſter egregius contẽnit viros,deſpicit fratres,& in vnius mulierculę ſecreta eruditione deſudat. Declinaui parumper de mea diſputatione, aliorum occaſione:& dum infantem Pacatulã inſtituo,imò & nutrio,multarum ſubitò mihi malè pacatarum bella ſuſcepi. Reuertar ad propoſitũ. Sexus fœmineus ſuo iungatur ſexui:neſciat,imò timeat cum pueris ludere. Nullum impudicũ verbum nouerit. Et ſi fortè in tumultu familiæ diſcurrentis aliquid audiat,nõ intelligat. Matris nutũ pro verbis ac monitis,& pro imperio habeat.

Amet vt parentem,ſubijciatur vt dominæ,time- D
at vt magiſtram. Cùm autem virgunculam rudẽ & edentulam,ſeptimus ætatis annus exceperit,& cœperit erubeſcere,ſcire quid taceat, dubitare qd dicat:diſcat memoriter pſalteriũ, & vſque ad annos pubertatis libros Solomonis,Euãgelia,Apoſtolos & prophetas ſui cordis theſaurum faciat. Nec liberius procedat ad publicũ,nec ſemper Eccleſiarum quærat celebritatẽ. In cubiculo ſuo totas delitias habeat. Nũquam iuuenculos,nunquã cincinnatos videat,vocis dulcedines per aurẽ animam vulnerãtes,puellarumq; laſciuia repellatur. Quæ quanto liceẽtius adeunt,tãto difficilius euitantur:& quod didicerunt,ſecretò docent,[15] inclu
ſamq; Danaen vulgi ſermonibus violant. Sit ei magiſtra comes,pędagoga cuſtos: Non multo vi- 1.Tímo.3.
no dedita:non,iuxta Apoſtolũ,ocioſa atque ver- &.5.
boſa,ſed ſobria,grauis,lanifica: & ea tãtũ loquẽs, ad Titũ.2.
quæ animum puellarem ad virtutem inſtituant. Vt enim [16] aqua in areola digitum ſequitur præcedentem,ita ætas mollis & tenera in vtrãq; partem flexibilis eſt,& quocunque duxeris,trahitur. Solent laſciui & comptuli iuuenes blandimentis, E
affabilitate,munuſculis, aditum ſibi per nutrices aut alumnas quærere. [17] Et cùm clementer intraverint,de ſcintillis incendia cõcitare, paulatimq; proficere ad impudentiam: & nequaquam poſſe prohiberi, illo in ſe verſiculo comprobato:
[18] Aegrè reprehendas,quod ſinis conſueſcere, „
Pudet dicere:& tamẽ dicendũ eſt:Nobiles fœminæ,quę nobiliores [19] habuere neglectui procos,viliſſimę cõditionis hominibus & ſeruulis copulantur,ac ſub nomine religionis & vmbra continentiæ,interdum [20] deſerunt viros Helenæ, ſequuntur Alexandros, Menelaos pertimeſcunt. Videntur hæc,planguntur,& nõ vindicantur: quia multitudo peccantium,peccandi licentiam ſubminiſtrat. Proh nefas,orbis terrarũ ruit,in nobis peccata non ruunt. Vrbs inclyta & Romani imperij caput,vno hauſta eſt incẽdio. Nulla eſt regio,quę non exules Romanos habeat. In cineres ac fauillas ſacræ quondam Eccleſiæ cõciderunt, & tamẽ ſtudemus auariciæ. [21] Viuimꝰ quaſi altera die morituri, & ædificamus quaſi ſemper in hoc ſeculo F
victuri. Auro parietes, auro laquearia,auro fulgẽt capita columnarum, & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. Legimus Aaron pontificem iſſe obuiam furenti Nume.16.
bus flammis,& accenſo thuribulo,dei iram cohibuiſſe. Stetit inter mortem & vitam ſacerdos magnus, nec vltra veſtigia eiꝰ ignis procedere auſus eſt. Moyſi loquitur deus: Dimitte me,& delebo Exod.32.
populum iſtum. Quando dicit:dimitte me,oſtendit ſe teneri poſſe,ne faciat quod minatꝰ eſt. Dei enim potentiam,ſerui preces impediebant. Quis putas ille ſub cœlo eſt,qui nunc iræ dei poſſit occurrere? qui obuiare flãmis? & cũ Apoſtolo dicere:Optabã ego anathema eſſe pro fratribꝰ meis? Roma.9.
Pereunt cum paſtoribus greges, quia ſicut popu- Oſee.4.
lus,ſic ſacerdos. Moyſes cõpaſſionis loquebatur affectu:Si dimittis populo huic,dimitte:ſin autẽ, Exo.32.
dele me de libro tuo. Vult perire cũ pereuntibus, nec propria ſalute cõtentus eſt. Gloria quippe re Prou.14.
gis,multitudo populi. His Pacatula noſtra nata eſt temporibus. Inter hæc crepũdia primã carpit

G ætatem,antè lachrymas ſcitura,quàm riſum: pri⁹ fletum ſenſura, quàm gaudium. Necdum introitus,iam exitus. Talem ſemper putet fuiſſe mundum: Neſciat præterita,fugiat præſentia, futura deſideret. Hęc vt tumultuario ſermone dictarem, & poſt neces amicorũ,luctumq; perpetuũ,infanti ſenex lõgo poſtliminio ſcribere,tua Gaudenti fra ter impulit charitas: maluiq; parum, quàm nihil omnino poſcenti dare: quia in altero volũtas oppreſſa luctu,in altero amicitię diſſimulatio eſt.

SCHOLIA.

Cauſa. CAuſa difficilis.)Cauſam pro re, ſiue negocio poſuit. 2 Oratoris exordium.)Ita vocat ſententiã celebratam: ſumpta metaphora à cantoribus. 3 Quæ placentas deſiderat.) Infantulis placentula, cruſtulóve blandiri mos erat. Nec is cibus faciebat ad continẽtiam. 4 Hoc epiſtolium.)Diminuit,ſicut Pacatula diminutiuum eſt nomen. 5 Interim modo.)Modo,pro tantummodo dixit. 6 Cruſtula.)Panis genus erat. Sic & Horatius: Vt pueris quondã dant cruſtula blãdi Doctores,elementa velint vt diſcere prima. 7 Mulſa præmia.) Quidã codices habẽt,mulſiprema, vt intelligas offulas mulſo intinctas,quanquam mulſo quoque puellis blandiebãtur.

Modo.

Cruſtula.

H

Puppæ. 8 Quod blanditur in puppis.)Puppæ factitiæ quędã erãt ſimagunculæ puellarum,quibus oblectatur ætas prima puellarũ. Perſius: Nempe id quod Veneri donatæ à virgine puppæ. 9 Furuo operire pallio.)Furuum nigrum eſt, ſiue fuſcum,vt & pullum. 10 Auferre linteamina.) Et hic vides linteorũ vſum olim in delitijs fuiſſe: ſicut admonuimus alibi. 11 φιλόκοσμον genus fœmineum.) κόσμ@ ornat⁹, ſiue mundus repoſitus,& φιλῶ amo. Hinc φιλόκοσμος,ſtudioſus & auidus ornat⁹. 12 Illos vitare pœnitendo.) Quí guſtauerũt voluptatem,dum pœnitet guſtaſſe, magis vitant inſidioſam dulcedinẽ. 13 Ciſternas luparum.)Lupas meretrices & proſtibulas appellat. 14 Virgo es.)Iuxta Pauli ſententiam diſtinguit vocabulum virginis & mulieris: Diuiſa eſt mulier & virgo. 15 Incluſamq; Danaën.) Danaën puellam ne violaretur,pater Acriſius æreæ turri incluſerat. Hanc Iuppiter per impluuium illapſus, ſpecie imbris aurei corrupit. Hieronymus accommodat fabulam ad virginem, quæ domi incluſa alitur. 16 Aqua in areola.)Sentit de areolis hortorum,in quibus ſulco facto,digiti ductu ſequitur quò velis aqua. 17 Et cùm clementer.)Id eſt,blandè & comiter. 18 Aegrè reprehẽdas.)Trimeter eſt iambicus, quo vſus eſt & alibi. 19 Habuere neglectui procos.)Quædam exemplaria habebant,nobiliores habituræ procos: vtraq; lectio probè quadrat. 20 Deſerunt viros Helenę.)Helenas vocat,quæ illius Græcæ Helenæ exẽplo, Menelaum,hoc eſt, propriũ maritum deſerentes, Alexandrum ſiue Paridẽ,hoc eſt, adulterum ſequuntur. 21 Viuimus quaſi altera die.) Hoc dictum eſt in gentem quandam: ſic auidè rapiunt occaſionem voluptatũ,quaſi poſtridiè his carituri: ſic ædificant, quaſi ſemper victuri.

φιλόκοσμος.

Lupæ.

Danaë.

I

Helena.

ARGVMENTVM EPISTOLæ ſequentis.

Paulinus iuuenis eloquens,& monachus, vt tum quidem erant monachi, Hieronymum literis, cum alijs nonnullis, tum his præcipuè laudarat, quòd ſenex in ſanctis ageret locis. Miſerat vnà librum,quem in defenſionem Theodoſij imperatoris ſcripſerat: rogans vt ſibi præſcriberet, quam vitæ formam potiſſimum ſequi deberet. Hunc igitur collaudatũ ob inſignem eloquẽtiam, hortatur vt arcanarum literarum ſcientiam adiungat. Hic Paulinus,Paulæ,ni fallor,cognatus, poſtea Nolanæ ciuitatis epiſcop⁹ fuit: vt teſtatur Gẽnadius. Puto diuerſum ab eo,quem diuus Hieronymus in epitaphio Marcellæ,teſtatur Antiochenæ in Syria epiſcopum fuiſſe: à quo Romam cum Epiphanio retractus eſt,cuius meminit & in epitaphio Paulæ.

HIERONYMVS AD PAVLINVM, de inſtitutione monachi.

BOnus homo, de bono cordis theſauro profert ea quæ bona ſunt: & ex fructib⁹ arbor cognoſcitur. Metiris nos virtutib⁹ tuis, & paruos magn⁹ extollis,vltimamq; partem conuiuij occupas, vt patriſſamiliâs iudicio proueharis. Quid enim in nobis,aut quantulum eſt,vt doctæ vocis mereamur prędonium? Vt illo ore² quo religioſiſſim⁹ princeps defenditur, humiles modicíq; laudemur? Noli igitur ³ frater chariſſime,annorũ nos ęſtimare numero: nec ſapiẽtiam canos† reputes,ſed canos ſapiẽtiam,Solomone teſtante: Cani hominis prudentia eius. Nam & Moyſes ſeptuaginta presbyteros iubetur eligere,⁴ quos ipſe ſciret eſſe presbyteros: vtiq; non æuo,ſed prudentia iudicãdos. Et Daniel adhuc puer, longæuos iudicat, atq; impudicos ſenes ætas laſciua cõdemnat. Noli,inquam,fidem penſare temporibus: nec me idcirco meliorem putes,quòd prior in Chriſti exercitu cœperim militare. Paulus Apoſtol⁹,& vas electionis de perſequutore mutatus, nouiſſimus in ordine,primus in meritis eſt: quia extremus licẽt,plus omnibus laborauit. Iudas, qui quondam audierat: Tu autem homo, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos,dux meus & notus meus,in domo dei ambulauimus cum cõſenſu: proditor amici & magiſtri, Saluatoris arguitur voce,⁵ & nodũ informis lœti,trabe nectit ab alta. Econtrario latro crucẽ mutat paradiſo,& facit homicidij pœnã martyrium. Quanti hodie diu viuendo portant funera ſua,& quaſi ſepulchra dealbata,plena ſunt oſſibus mortuorum? Subitus calor, longum vincit teporem. Denique & tu, audita ſententia Saluatoris: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me: verba vertis in opera, & nudam crucem nudus ſequens, expeditior & leuior ſcandis ſcalam Iacob. Tunicam mutas cum animo, nec pleno marſupio, glorioſas ſordes appetis: ſed puris manibus & candido pectore,pauperem te & ſpiritu & operibus gloriaris. Nihil eſt enim grande, triſti & lurida facie, vel ſimulare,vel oſtentare ieiunia,poſſeſſionum redditibus abundare, & vile iactare palliolũ. Crates ille Theban⁹,homo quondam ditiſſimus,cùm ad philoſophãdum Athenas pergeret,magnum auri pondus abiecit. Nec putauit ſe ſimul poſſe & virtutes & diuitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro,Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ, priſtinis opib⁹ incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere,qui noſtra timidè reſeruamus? Plenus venter facile de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe,ſed Hieroſolymis bene vixiſſe, laudandum eſt. Illa expetenda illa laudanda eſt ciuitas, non quæ occidit prophetas,& Chriſti ſanguinem fudit, ſed quam fluminis impetus lætificat: quæ in monte ſita, cælari non poteſt: quam matrem ſanctorum Apoſtolus clamitat: ⁶ In qua ſe municipatum cum iuſtis lętatur habere. Neq; vero hoc dicens,memetipſum inconſtantię redarguo,damnóque quod facio: vt fruſtra videar ad exemplum Abraham,& meos & patriam reliquiſſe: ſed non audeo dei omnipotentiam anguſto fine concludere,& coartare paruo terrę loco,quẽ non capit cœlum. Singuli quique credentium,non locorum diuerſitatibus,

Matt. 7.
K
Ibidem.
Lucæ. 14.
† canſs.
Sap. 4.
Nume. 11.
Danſel. 13.
Act. 9.
Act. 7.
& 9.
1. Cor. 15.
Pſal. 54.
L
Matt. 26.
Marc. 14.
Matt. 27.
Lucæ. 23.
Matt. 23.
Matt. 19.
Gene. 28.
Crates.
M
»
»
Matt. 23.
Pſal. 45.
Matt. 5.
Gal. 4.
Gene. 12. & 20.
Eſa. 66.

A uersitatibus,sed fidei merito ponderantur. Et ve-
Ioan.4. ri adoratores,neque Hierosolymis,[7] neque in mō
te Gazarim adorant patrem: quia deus spiritus
est,& adoratores eius in spiritu & veritate adora-
Ioan.3. re oportet. Spirit⁹ spirat vbi vult. Domini est ter
Psal.23. ra & plenitudo eius. Postquā [8] siccato Iudææ vel-
Iudicū.6. lere, vniuersus orbis cœlesti rore perfusus est, &
Matt.8. multi de Oriente & Occidente venientes, recubue
Psal.75. runt in sinu Abrahæ: desijt notus esse tantum in
Iudæa deus,& in Israël magnum nomē ei⁹: sed in
Psal.18. omnem terram exiuit sonus Apostolorum, & in
fines orbis terræ verba eorum. Saluator ad disci-
pulos loquēs cùm esset in templo: Surgite, inquit,
Matt.23. abeamus hinc. Et ad Iudęos: Relinquetur vobis
Luc.21. domus vestra deserta. Si cœlū & terra transibūt,
vtique transibūt omnia quæ terrena sunt. Et cru
cis igit & resurrectionis loca prosunt his,qui por-
tant crucem suam: & cum Christo resurgūt quo-
tidie,qui dignos se tanto exhibēt habitaculo. Cæ
terum qui dicunt: ⁹ Templum domini, templū do
2.Cor.6. mini,audiant ab Apostolo: Vos estis templū do-
mini,& spiritus sanctus habitat in vobis. [10] Et de
B Hierosolymis & de Britannia æqualiter patet au
Lucæ.17. la cœlestis: Regnum enim dei intra vos est. Anto
Monacho- nius,& cuncta Aegypti,& Mesopotamiæ,Ponti,
rū examina. Cappadociæ,& Armeniæ examina monachorū,
nō viderūt Hierosolymam: & patet illis absq; hac
Hilarion. vrbe paradisi ianua. Beatus Hilarion,cùm Palæ-
stinus esset,& in Palęstina viueret,[11] vno tantum
die vidit Hierosolymam,vt nec contemnere loca
sancta propter viciniam,nec rursus dominum lo
Hadrian⁹. co claudere videretur. Ab Hadriani temporibus
Cōstātin⁹. vsq; ad imperium Cōstantini, per annos circiter
centum octoginta, in loco resurrectionis simula-
crum Iouis: in crucis rupe,statua ex marmore Ve
neris à gentibus posita colebatur,existimantibus
persequutionis autoribus,quòd tollerent nobis fi
dem resurrectionis & crucis,si loca sancta per ido
Bethlehē. la polluissent. Bethlehē nūc nostrā,& angustissi-
Psal.84. mū † orbis locū,de quo Psalmista canit: Veritas
†augustis- de terra orta est,lucus inumbrabat [12] Thamus, id
simum. est,Adonidis: & in specu, vbi quondam Christus
Adonis. paruulus vagijt, Veneris amasius plangebatur.
C Quorsum,inquies,hæc tam longo repetita prin-
cipio? Videlicet ne quicquam fidei tuæ deesse pu-
tes,quia Hierosolymam non vidisti: nec nos idcir
co meliores existimes,quòd huius loci habitaculo
fruimur: sed siue hìc,siue alibi,æqualē te pro ope-
ribus tuis apud dominum nostrū habere merce-
dem. Reuera,vt simpliciter motus mentis meę fa
tear,cōsiderans & propositum tuum, & ardorem
quo seculo renunciasti: differentias in locis arbi-
tror,si vrbibus & frequentia vrbium derelicta, in
Marci.1. agello habites,& Christum quæras in solitudine,
Lucæ.4. & ores solus in monte cum Iesu,sanctorumq; tan
Marci.6. tum locorum vicinitatib⁹ perfruaris,id est, vt &
Lucæ:6. &.22. vrbe careas, & propositum monachi nō amittas,
Quod loquor,non de episcopis,non de presbyte-
ris,non de clericis loquor,quorum aliud officium
est: sed de monacho, & monacho quondam apud
seculum nobili: qui idcirco precium possessio-
Actor.4. num suarum ad pedes Apostolorum posuit, do-
cens pecuniam esse calcandā, vt humiliter & se-
cretò victitans,semper contēnat quod semel con-
tempsit. Si crucis & resurrectionis loca nō essent
[13] in vrbe celeberrima,in qua curia, in qua aula mi D
litū,in qua scorta,mimi,scurrę,& omnia sunt,quę
solent in cæteris vrbibus: vel si monachorum tur
bis solūmodo frequentaretur, expetēdum re vera
huiusce modi cunctis monachis esset habitaculū.
Nunc vero summæ stultitiæ est renunciare secu-
lo,dimittere patriam,vrbes deserere, monachum
profiteri,& inter maiores populos peregrè viuere
q̄ eras victurus in patria. De toto huc orbe cōcur
ritur. Plena est ciuitas vniuersi generis hominū:
& tanta vtriusq; sexus constipatio, vt quod alibi
ex parte fugiebas, hìc totum sustinere cogaris.
Quia igit [14] fraternè † interrogas, per quam viā † frater
incedere debeas,reuelata tecū facie loquar. Si of- me.
ficium vis exercere presbyteri, si episcopatus te,
vel opus,vel honor † fortè delectat, viue in vrbib⁹ † onus.
& castellis,& aliorū salutē, fac lucrū animæ tuæ.
Sin autē cupis esse,quod diceris monachus,id est,
solus: quid facis in vrbibus,quæ vtiq; non sunt so
lorum habitacula, sed multorum? Habet vnum- E
quodq; propositū principes suos. Romani duces Romani
imitentur [15] Camillos,Fabritios,Regulos,Scipio- duces.
nes. Philosophi proponant sibi Pythagoram,So- Philoso-
cratem,Platonem,Aristotelem. Poëtæ æmulētur phi.
Homerum,Vergilium,Menandrum,Terentium. Poëtæ.
Historici,Thucydidem,Salustium, Herodotum, Historici.
Liuium. Oratores,Lysiam,Gracchos,Demosthe Oratores.
nem,Tullium. Et vt ad nostra veniamus, episco-
pi & presbyteri habeant in exemplū Apostolos,
& apostolicos viros: quorum honorem possiden-
tes,habere nitantur & meritum. Nos autē habea- Monachi.
mus propositi nostri principes, Paulos & Anto-
nios,Iulianos,Hilarionē,Macarios. Et vt ad scri-
pturarum autoritatem redeam, noster princeps
Helias,noster Heliseus,nostri duces filij prophe-
tarum, [16] qui habitabant in agris & solitudinibus,
& faciebant sibi tabernacula prope † fluēta Iorda † propter.
nis. De his sunt & illi [16] filij Rechab,qui vinum Filij Re-
& siceram nō bibebant, qui morabantur in tēto- chab.
rijs,qui dei per Hieremiam voce laudātur,& pro-
mittitur eis, quòd non deficiat de stirpe eorum
vir stās † coram domino. Hoc reor & septuagesi- † vir san-
mi psalmi titulū significare: [17] Filiorū Ionadab, ctus stans.
& eorum qui primi in captiuitatem ducti sunt. F
[18] Iste est Ionadab filius Rechab, qui in regnorū
libro scribitur currū ascendisse cum Hieu. Et hu
ius filij sunt,qui in tabernaculis semper habitan-
tes,ad extremum propter irruptionem Chaldai-
ci exercitus,Hierosolymam intrare cōpulsi,hanc
primi captiuitatē sustinuisse dicuntur,quòd post
solitudinis libertatem, vrbe quasi carcere sunt re-
clusi. Obsecro itaq; te,vt quoniam sanctæ sororis
tuæ ligatus es vinculo, & non penitus expedito
pergis gradu,siue hìc,siue ibi,multitudines homi
num,& officia,& salutationes,& conuiuia, veluti
quasdam catenas fugias voluptatum. Sit vilis
& vespertinus cibus, olera & legumina: [19] inter-
dumq; piscículos,pro summis ducas delitijs Qui
Christum desiderat,& illo pane vescitur: nō quę-
rit magnopere de quàm precijs cibis stercus
conficiat. Quicquid post gulam non sentitur,
idem tibi sit quod panis & legumina. Habes
aduersus Iouinianum libros † de contemptu ven- † librū &c.
tris & gutturis plenius differentes. Semper in differentē.
manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum

flexo

G flexo corpore,mens erigenda ad dominū.Crebræ vigiliæ & ventre vacuo ſæpius dormiendum.Rumuſculos & gloriolas & palpātes adulatores,quaſi hoſtes fuge.Pauperibus & fratribus, refrigeria ſumptuum manu propria diſtribue. Rara eſt in hominibus fides. Non credis verum eſſe quod di-
Io.12.& 13 co? Cogita Iudæ loculos. Humilitatem veſtium tumenti animo non appetas.Secularium, & ma-
†cōuiuia. ximè potentium conſortium†deuita. Quid tibi neceſſe eſt ea videre crebrius,quorum contemptu monachus eſſe cœpiſti?Soror præcipuè tua, ma-
†colloqa. tronarum declinet cōſortia.†Nec inter ſericas veſtes & gemmas circunſedentium fœminarum ſordidatam, aut doleat,aut miretur:quia alterum propoſiti pœnitentia, alterum iactantiæ ſeminarium eſt. Caue ne quaſi [20] fidelis & famoſus tuorum quondam diſpenſator, alienam pecuniam diſtribuendam accipias.Intelligis quid loquar. Dedit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Habeto ſimplicitatem columbæ,ne cuiquam machineris dolos: & ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris inſidijs. Non multum diſtat in vi-
H tio, vel decipere poſſe, vel decipi Chriſtianum. Quē ſenſeris tibi aut ſemper aut crebrò de nummis loquentem, excepta eleemoſyna,quæ indifferenter omnibus patet,[21]inſtitorem potius habeto, quàm monachum. Præter victum & veſtitum & manifeſtas neceſſitates,nihil cuiquam tribuas: ne filiorum panem canes comedant.[22]Verum Chriſti templū anima credētis eſt:illam exorna,illam veſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe. Quæ vtilitas eſt parietes fulgere gēmis,& Chriſtum in paupere fame periclitari? Iam non ſunt tua quæ poſſides, ſed diſpenſatio tibi credita eſt.
Actor.5. Memento Ananiæ & Saphirę.Illi ſua timidè ſeruauerunt:tu cōſidera,ne Chriſti ſubſtantiam imprudenter effundas,id eſt,ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus,& ſecundum dictum prudentiſſimi viri,[23] liberalitate liberalitas pereat. Noli [24] reſpicere ad phaleras &
« nomina vana Catonum.[25] Ego te,inquit,intus &
« in cute noui. Eſſe Chriſtianum grande eſt, non
I videri. Et neſcio quomodo plus placent mundo, qui Chriſto diſplicent. Hæc non, ſicut aiunt. [26]
« Sus Mineruam,ſed [27] ingredientem pelagus,amicus amicum monui, malens à te[28]facultatem meā requiri, quàm voluntatem: vt in quo ego lapſus ſum, tu firmo pergeres gradu. Librum tuum, quem [29] pro Theodoſio principe prudenter ornatę compoſitum tranſmiſiſti,libenter legi,& præcipuè mihi in eo [30] ſubdiuiſio placuit. Cunctę in primis partibus vincas alios, in penultimis teipſum ſuperas.[31] Sed & ipſum genus eloquij [32] preſſum eſt & nitidum: & cùm Tulliana luceat puritate,crebrum eſt in ſententijs.[33] Iacet enim(vt ait quidam)oratio, in qua tantum verba laudantur. Præterea[34]magna eſt rerum conſequentia,& alterum pendet ex altero.Quicquid aſſumpſeris, vel finis ſuperiorum,vel initium ſequentium eſt. Felix Theodoſius, qui à tali Chriſti oratore defenditur.Illuſtraſti purpuras eius, & vtilitatem legū futuris ſeculis conſecraſti.Macte virtute,qui talia habes rudimenta,qualis exercitatus miles eris?O ſi mihi liceret iſtiuſmodi ingeniū non per Aonios montes & Heliconis vertices, vt poëtæ canunt, ſed[35]per † Sion & Itabirium,& Sina excelſa ducere.Si contingeret docere quæ didici:& quaſi [36] per manus myſteria tradere ſcripturarū,† naſceretur nobis aliquid [37] quod docta Græcia non haberet.

Audi ergo mi conſerue,amice,germane,auſcul ta pauliſper,quo in ſcripturis ſanctis calle gradiaris. Totum quod legimus in diuinis libris, nitet quidem, & fulget etiam in cortice, ſed dulcius in medulla eſt.[38] Qui edere vult nucleū,frangat nucem.Reuela,inquit Dauid, oculos meos,& conſiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ confitetur, qua nos putas paruulos, & penè lactentes inſcitiæ nocte circundari?Hoc autē velamen non ſolum in facie Moyſi, ſed & in Euangeliſtis & in Apoſtolis poſitum eſt. Turbis ſaluator in parabolis loquebatur, & conteſtans myſticum eſſe quod dicebatur,aiebat: Qui habet aures audiēdi,audiat.Niſi aperta fuerint vniuerſa quæ ſcripta ſunt ab eo, qui habet clauē Dauid:qui aperit,& nemo claudit: claudit, & nemo aperit:nullo alio referante pandentur. Si haberes hoc fundamentum, imò ſi quaſi [39] extrema manus operi tuo induceretur,nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihilq; Latinius tuis haberemus voluminibus. Tertullianus creber eſt in ſententijs, ſed difficilis in loquēdo.Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus:& cùm totus ſit in exercitatione†virtutum,occupatus perſequutionum anguſtijs,de ſcripturis diuinis nequaquam diſſeruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus,quod intelligit, eloqui non poteſt. Lactantius quaſi quidam fluuius eloquentiæ Tullianæ, vtinam tam noſtra confirmare potuiſſet,quàm facilè aliena deſtruxit. Arnobius inæqualis & nimius, & abſque operis ſui partitione confuſus. Sanctus Hilarius Gallicano cothurno attollitur: & cùm Græcię floribus adornetur,longis interdum periodis inuoluitur,& à lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt. Taceo de cæteris,vel defunctis,vel etiam adhuc viuentibus, ſuper quibus in vtrāque partem poſt nos alij iudicabunt.Ad teipſum veniam[40]Symmyſten,ſodalem meum & amicum: amicum,inquam meū, M antequam notum: & precabor,ne aſſentationē in neceſſitudine ſuſpiceris:quin potius vel errare me exiſtimato,vel amore labi, quàm amicum adulatione decipere.Magnum habes ingenium,& infinitam ſermonis ſupellectilem:& facilè loqueris & purè, facilitasq; ipſa & puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippe ſano, omnes ſenſus vigent. Huic prudentiæ & eloquentiæ ſi accederet vel ſtudium,vel intelligentia ſcripturarum, viderem te breui[41]arcem tenere noſtrorum:& aſcendentem[42] cū Iacob†tectū Sion,[43]canere in domatibus,quod †Ioab. in cubilibus cognouiſſes. Accingere quæſo te,ac- 1.Para.11. cingere.[44] Nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus. Nobilem te Eccleſia habeat,vt prius ſenatus habuit.Præpara tibi diuitias,quas quotidie eroges:& nunquam deficiant,dum viget ætas: dum nondum canis ſpargitur caput,[45] antequam ſubeant morbi,triſtisq; ſenectus.Et labor,& diræ rapiat inclementia mortis. Nihil in te mediocre eſſe cōtentus ſum:totū ſummum,totum perfectū deſidero. Sanctum Vigilātium presbyterum qua auiditate ſuſceperim, melius eſt vt ipſius verbis,

K † Sion, & Thabriū, & Sinā,& excelſa du cere ſcripturarū. Si &c. † prophetarum. Pſal.118. Exod. 34. 2.Cor.3. Lucæ.8. Apoc.3. L Tertullianus. Cyprianꝰ. †exhortatione. Victorinꝰ Lactātius. Arnobius. Hilarius.

quàm

A quàm meis diſcas literis: qui cur tam cito à nobis profectus ſit,& nos reliquerit,non poſſum dicere, ne lædere quempiam videar. Tamen quaſi præ-
†tenui. tereuntem & feſtinantem paululũ retinui,† & guſtum ei noſtræ amicitiæ dedi, vt per eum diſcas,
†minus. quid in nobis non † deſideres. Sanctã conſeruam tuam, & tecum domino militantem, per te ſalutari volo.

SCHOLIA.

1 VLtimamq; partem conuiuij.) Alluſit ad Euangelicam admonitionem:Cùm fueris inuitatus,accũbe in extremo &c. 2 Quo religioſiſſimus princeps.) Scripſit enim Panegyricũ ad Theodoſium imperatorem,vti teſtatur Gennadius. 3 Frater chariſſime.)Fratrem vocat monach⁹ monachum, ſed nondum epiſcopum. 4 Quos ipſe ſciret eſſe presbyteros.)Ita legis in Numeris,capite vndecimo: Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſeniorib⁹ Iſraël,quos tu noſti quòd ſenes populi ſunt.

5 Et nodum informis lœti.)Verſus eſt Maronis ex libro duodecimo. 6 In qua ſe municipatũ.)Reſpexit huc, quòd Paulus municeps eſſet Romanæ ciuitatis: vt ipſe teſtatur in Actis. At idem vocat Hieruſalem matrẽ fidelium. Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt,quæ eſt mater noſtra.

Gazarim. 7 Neque in monte Gazarim.)Mons eſt Iudææ, & reſpexit
B ad id quod in Euangelio Ioannis,Chriſtus dixit mulieri Samaritanæ. 8 Siccato Iudææ vellere.) Quod legimus de vellere Gedeonis,ad allegoriam traxit. 9 Templum domini.) Apud Hieremiam capite ſeptimo, dominus reiecit eos,qui fiderent ceremonijs & ſanctimoniæ locorum, dicentes:Templum domini, templum domini, templum domini, cùm interim impiè viuerent. 10 Et de Hieroſolymis.)Ap
Britannia. paret illis temporibus admodum barbaram fuiſſe habitam, cùm diuus Hieronymus Hieroſolymis loco ſanctiſſimo Britanniam opponat,ceu regionem maximè profanam, & Hieroſolymis diſſimillimam. Nec vno in loco nominat hãc inſulam,ſed quoties de barbaricis eſt mentio. Nunc Gallorum & Germanorum incurſionibus,mediocriter culta eſt. 11
Peregrinatio terræ ſanctę. Vno tantum die.) At hodie complures,etiam ex eorum numero qui videntur ſapere,ab extremis mũdi finibus, ſummo ſumptu,ſummo vitæ diſcrimine, nõnunquam & morum,ad ea currunt loca,liberis & vxore domi relictis: præſertim cũ omnia Chriſtianæ vitæ veſtigia, aut prorſus hìc deleta ſint, aut commenticia quædam incertaq; mõſtrentur. Et mirum quæ religio ſit,ab hoc voto tam grauatim abſoluere Romanos pontifices,cùm multi ſic eant, vt magis pium ſit nõ iſſe. Alioqui ſi tam pium eſt viſere Hieroſolymam, parum pius
C Hilarion,qui vicinus ſemel dũtaxat adijt:& id non religionis cauſa,ſed ne loca ſancta contẽnere videretur. 12 Thamus.)Hieronymus exponens octauum caput Ezechielis, in-
Thamus. dicat Hebræo Syroq; ſermone תַּמּוּז Thamus dici,quem nos vocamus Adonidem.Quo nomine illi menſem etiam Iuliũ vocent, quòd in hoc putent extinctum Adonidem Veneris amaſium. Fabula notior eſt,quàm vt hìc ſit referenda. 13
Hieroſolyma. In vrbe celeberrima.)Mirum eſt tum quoq; Hieroſolymam adeò celebrem fuiſſe,cùm eſſet à Romanis principibus funditus euerſa.Sed Hadrianus reſtituit. 14 Fraternè interrogas.)Id eſt,amicè:ob id apertè tecum agam & liberè,quod verbis Paulinis dixit, reuelata facie. 15 Camillos, Fabricios.)Feſtiuiter commutauit numerum vnitatis in numerũ multitudinis. 16 Filij Rechab.)De his legis Hieremiæ capit.xxxv.ſicut indicauimus in ſuperiorib⁹ ſcholijs. 17 Filiorum Rechab.)Hic eſt titulus ſeptuageſimi pſalmi, in quo laborat diuus Auguſtinus,quòd nuſquam filij Rechab legantur ducti in captiuitatem. 18 Iſte eſt Ionadab filius.) Locus eſt libro Regum quarto,capite decimo:quemadmodum Hieu Ionadab filium Rechab fortè obuium, data dextra in currum ſuum ſuſtulerit,habiturus eum zeli ſui & teſtem & adiutorem. 19 Interdumq; piſciculos.)Quoniam re eandem alijs explicat verbis, ſuccurrit in epiſtola ad Lætam, cuius initium: Apoſtolus Paulus: vbi coniiciebamus ſcribi poſſe, è ſimila garoq; piſciculi,magis eſſe legendum ad hunc D
modum: Cibus eius oluſculum ſit & ſimila, raróque piſciculi: vt intelligas comedi piſciculos ceu delitias, & raro ſumendos. 20 Fidelis & famoſus tuorum.) Hic famoſus in Famoſus.
bonam accepit partem,vt & alibi famoſa quæſtio. 21 Inſtitorem.)Id eſt, negociatorem ſeu mercatorem. 22 Ve- Inſtitor.
rum Chriſti templũ.) Rurſum extenuat illorum pietatem, qui ſuas opes in templorum ſtructuras,aut ornamenta,conferunt. 23 Liberalitas liberalitate.)Ciceronẽ virum pru- Cicero.
dentiſſimum appellat, quoniam ſanctum vocare nõ potuit. Is enim in ſecundo de officijs libro ſcripſit in hunc modũ: Itaque benignitas benignitate tollitur. Eleganter autem interpretatus eſt hanc vocem,benignitas, quæ propriè ad be- Benignitas.
ne faciendi largiendiq; promptitudinem pertinet, cùm illiterati putent eſſe clementiam & humanitatem. 24 Reſpicere ad phaleras.)Retulit carmen è ſatyra. 25 Ego te intus & in cute noui.) Perſianum hemiſtichium,quod complu ſculis infulſit locis. Significat idem quod intus & foris.

26 Sus Mineruam.)Id eſt,indoctus doctum,prouerbium »
eſt,vt in Chiliadibus indicauimus. 27 Ingredientem pelagus.)Et hac ſimilitudine Ciceronis ſubinde gaudet vti, de eo qui defunctus nauigatione,monet ingreſſurum mare. Ita ſenex admonet iuuenem. 28 Facultatem meam requiri.) Requiri.
Requiri poſuit, pro deſiderari, quod idem facit M. Tulli⁹. Deſideraſ-
Deſideramus autem quod ſignificam⁹ deeſſe.Senſus hic eſt: re.
Si non ſcripſiſſem rogatus, putaſſes mihi voluntatem defuiſſe. Nunc cùm vtcunque ſcribo, intelligis me non potuiſſe E
præſtare potius, quàm noluiſſe id quod rogaſti. 29 Pro Theodoſio.) Apparet non tam Panegyricum fuiſſe, quàm Apologiam aduerſus calumnias. Id & ſuperius ſignificauit, cùm ait:In ore,quo religioſiſſimus princeps defenditur.

30 Subdiuiſio placuit.) Difficillimum eſt, aptè diuidere. Siquidẽ niſi propoſitiones ſcitè repertæ fuerint, nullo modo rectè partiri potes. Iam illis repertis,eſt aliquid aptè collocare.Et ne ſtatim nimis anxia ſectione moleſtus ſis, quædam poſtea ſuo loco rurſus ſunt diuidenda,quod hìc appellat ſubdiuiſionem. 31 Sed & ipſum genus eloquij.) Legãt
hæc barbari iſti, balbi & infantes theologi, quantopere vir ſanctiſſimus in monacho quoque laudet eloquentiã, & Tullianam eloquentiam. 32 Preſſum eſt & nitidum.) Quod
erat Atticorum,cùm Cicero nonnihil habeat Aſiaticũ. Dif- cave credas Erasmo; Erasficile eſt autẽ hæc duo cõiungere,preſſum illud quod vocat, mus eſt;Ciceroni non satis & perſpicuitatẽ. 33 Iacet enim oratio.) Iacere dicit,quod Iacere. amicus.
friget, quodq; caret actu,vitaq;,& vigore. Horati⁹ huiuſmodi ſcripta nugas appellat canoras. 34 Magna eſt rerũ cõſequẽtia.)Hoc præſtat apta diſpoſitio, vt aliud ex alio ſequa Oratio parum ſibi
tur:quam virtutem Caligula deſiderabat in Seneca: Cuius cohærens.
orationem ſolitus eſt vocare,arenam ſine calce.Cicero oratorem parum ſibi cohærentem, ſcopas diſſolutas appellat. F
35 Per Sion,& Itabirium,& Sina.)Montes ſunt Iudææ,q Iudææ mõ
in diuinis literis ſignificant aſcenſum ad culmen veræ pietatis. tes.
Cæterum modeſtè ſignificat Paulino,alioqui facundiſſimo, Paulini do
defuiſſe ſcientiam arcanæ ſcripturæ, quam ſibi vindicat, ctrina.
& optimo iure vindicat Hieronymus. 36 Per manus myſteria tradere.)Prouerbiali figura dictũ eſt: per manus tra- Per man⁹
dere,id eſt,quod ab alijs didici,viciſſim docere. 37 Quod tradere.
docta Græcia.)Significat Græcis nullum fuiſſe temporibus illis,qui inſignem eloquentiam cum inſigni diuinarũ literarum cognitione coniunxiſſet. 38 Qui edere vult nucleũ.)
Mirè Plautinũ dictũ ad rẽ ſacram accõmodauit. 39 Extrema man⁹.)Id eſt,pfectio. 40 Symmyſtẽ.)Symmyſtę di Symmyſtę
cunt iſdẽ initiati ſacris ac myſterijs, vt Chriſtian⁹ Chriſtiano,ſacerdos ſacerdoti, monachus monacho Symmyſtes eſt.

41 Arcem tenere noſtrorũ.)Id eſt,Latinorum. Porrò ar Arcẽ tecem dixit,pro principatu,ſiue ſummo loco:nec id ſine pro- nere.
uerbiali figura. 42 Cũ Iacob.)Alluſit ad duo, ad ſcalã Iacob,& ad cœnaculũ Sion,in quod diſcipuli leguntur aſcendiſſe poſt aſcenſionẽ. 43 Canere in domatib⁹.)Alluſit ad Euangelicum illud:Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. 44 Nihil ſine magno.) Carmen eſt Horatianum è ſermonibus. 45 Antequam ſubeant morbi.)Et hos verſus aſſuit ex Vergilij Georgicis ſumptos.

In epiſtolam

G IN EPISTOLAM SEQUENTEM CENSURA.

CElantiæ matronę,quomodo se debeat erga maritum & familiam gerere,præscribit: illud admonens,in matrimonio perpetuæ cotinentię votum non esse suscipiendum, nisi ex vtriusq; consensu. Epistola cum primis eloquens & erudita, verum ab Hieronymiano stilo plurimũ discrepans. Coniecturis aliquot huc adducor ,vt existimem esse Paulini. Primùm,quòd talis huius dicendi character sit,qualem illius in superiori epistola depinxit Hieronymus. Deinde,quòd inter Paulini lucubrationes,epistolarum quas de mundi contemptu scripserit ad sororem,meminit Gēnadius. Sunt & aliæ quædam,quas stilus arguit eiusdem esse autoris. Admixtas autem Hieronymianis fuisse consentaneum est:vel quòd eloquentiam illius propemodũ æquent,vel quòd consimilia tractent argumēta,velut æmulante præceptorem Hieronymum Paulino:vel quòd ob familiaritatē,quæ illi cum diuo Hieronymo summa fuit,conuenire visum sit,vt adiungerentur. Atque vtinã omnes quæ diui Hieronymi titulo circũferuntur,huiusmodi sint. Hanc vnam hoc loco inserēdam duximus,partim ob affinitatē argumenti,partim,vt si fortè lector requirat,spe-
H cimen aliquod habeat eloquentiæ Paulinianæ, tontopere ab eloquētissimo Hieronymo laudatæ. Cæteræ,quas huius esse suspicamur,suum habebunt tomum. Quandoquidē animus est,nihil eorum prorsus amputare,quę falsò,licet Hieronymi titulo,recepta sunt. Eruditis ac mediocribus,suus dabitur locus. Porrò quæ,nescio quis data opera suppositit,blateramenta verius,quàm libros aut epistolas,si quis fortè requiret,& hæc in suo reperiet ordine. Qui fuerit,incertum. Illud certum,prodigiosum rabulam & impostorem fuisse, cui præcipuum studium ac libido fuisse videtur:vt quemadmodum Coccyx oua sua in nidos subdit alienos,ita suas nænias non minus ineptas & infantes,quàm ineruditas, Hieronymi,Augustini,Ambrosij scriptis admisceret. Nam eundē esse,flos videlicet ac lepos sermonis arguit. Proinde si cui tantum erit ocij,aut certe hoc animi, vt impostoris indocta blateramēta,quàm eruditas sanctorum lucubrationes legere malit:age,nec hunc sua fraudabimus voluptate. Dabitur
e sua Cyprio boui merenda. Reperiet huius epistolas aliquot perbellas,reperiet monacharum regulam,reperiet Hieronymi miracula,Cyrilli,Augustini, & Eusebij titulo ψευδεπίγραφα. His affatim expleat sese, cui tales placent delitiæ. Quòd si qui stomachabuntur in me,qui pristinos titulos ausus iim conuellere,hi,si libet,eosdē auro bracteatis reponāt
I literis. Quod si parum videtur hoc quoque, diui Lucæ aut Pauli titulos reponant,si blateronis ineptias cupiunt magni nominis vmbra commendare stultis. Certe nō dubito,quin eruditis ac non omnino deploratis ingenijs,suo loco sim satisfacturus. Efficiam enim,vt intelligant me non animi mei somnia,sed multas ac certissimas coniecturas hac in re sequutum fuisse,cùm isti nihil habeant nisi titulum:quasi vero magni negocij sit,nomē quoduis asscribere libro. Quàm multa passim in omni scriptorum genere,falsis notata titulis,stili dūtaxat indicio reijciuntur? Inter eloquentes etiam Hieronymus libros quosdam vindicat ab ijs, quorum habebant inscriptionem,& proprijs dominis asserit. Librū Pamphili,quem alij negabant esse Pamphili,vnico dūtaxat argumento confirmat illius esse. Vnde,inquit,sciam quòd Pamphili sit? Videlicet stilus & saliua docere me poterunt. Tot hominū milia,faciei discerniculo dignoscis,voce distinguis. At pauciora sunt vultus & vocis discrimina,quàm ingeniorum. Nec perinde facies hominis relucet in speculo, vt ingenij vis in stilo. Tu formosum à formoso oris lineamētis diiudicas,& nobis in scriptis palàm diuersis, omne iudicandi ius adimis,nec vis simiam,hominis inscriptam titulo,ab homine dignoscere? Hieronymus stili saliuam sequutus, eloquentem ab eloquente,velut à luscinia luscinia, eruditum discernit ab erudito:& tu negas vllis notis distingui posse à luscinia Coccycem, infantem ab eloquētissimo,rabulam ab expolito,indoctum ab eruditissimo:denique à viro sanctissi K
mo nebulonem? Nam quo potius appelles nomine tam perfrictę frontis histrionem,vt planè barbarus & infans,viri omnium doctissimi simul & eloquentissimi titulum sibi non veritus sit imponere,Cumanum etiam asinum, de quo est in prouerbijs,superans ? Et sub huius nomine mentitur se raptum vltra tertium cœlū:& plus vidisse, quàm vnquam viderit Paulus. Vsqueadeo putauit neminem mortalium futurum,cui quicquam esset emunctæ naris. De hac epistola cuius sit,nolim pronunciare:illud interim certissimū est,Hieronymi non esse. Candidior est sermo quàm Hieronymianus,non minus lucidus,sed facilior,ac lenius fluens:ille multo ardentior,tum densior in inculcandis remotioribus diuinæ scripturę locis:ad hoc salsior,& satyricum quiddam referens. Postremo nō perinde æquus, atque hic est, matrimonio Hieronymus. Verum notulas, quibus Hieronymi lucubrationes ab aliorū scriptis ceu lydio lapide dignosci queant,suo loco diligentissimè demonstrabimus. Nunc Christianum Ciceronem audiamus.

AD CELANTIAM MATRONAM, De ratione piè viuendi, fortè Paulini Nolani episcopi epistola. L

VEtus scripturæ celebrata sententia est:esse pudorē,quo gloria inueniatur & gratia: & esse rursus pudorē, qui soleat parere peccatum. Cuius dicti veritas, quanquam satis ad omniū intelligentiā ipsa sui luceat claritate, mihi tamē,nescio quomodo in præsenti causa,propius innotuit. Prouocatus enim ad scribendum literis tuis:quæ miris hoc à me obsecrationibus flagitabant,diu fateor de responsione dubitaui:silētium mihi imperante verecundia. Cui tamen fortissimè resistebat,& vim faciebat,precum tuarum fidelis ambitio. Pugnabatq; acriter cum hæsitatione mea humilitas obsecrantis, & magna quadam fidei violentia,oris claustra pulsabat. Cūq; sic animum vtroque nutantē,cogitatio diuersa libraret:penè pudor excluſit officiū. Sed me illa,quam supra posui,sapientis sententia,armauit ad depellendam inutilem verecundiā,& damnosum silentium resoluendum,cùm vtiq; ipsam scribēdi causam,tam honestam viderem esse, tā sanctā:vt peccare me crederem,si tacerem: illud mecū scripturæ reputans:Tempus tacendi,& tēpus loquendi. Eccl's.3.
Et iterum: Ne retineas verbum in tempore salutis. Eccli.4.
Et illud Petri: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem. 1.Petri.3.
Petis nanque & solicitè ac violenter petis,vt tibi certam ex scripturis sanctis præfiniamus regulam, ad quam ordines cursum vitæ tuæ,vt cognita domini voluntate,inter honores seculi & diuitiarum illecebras morum magis diligas supellectilē,atque vt possis in coniugio constituta,non solum coniugi placere,sed etiam ei qui indulsit coniugium. Cui tam sanctæ petitioni,támque pio desiderio,non satisfacere:quid aliud est,quàm profectū alterius non amare? Parebo igitur precibus tuis, teq; paratam ad implendam domini voluntatem, ipsius nitar incitare sententijs. Idem enim verus omnium dominus ac magister: qui nos placere sibi iubet,etiam docet quomodo placere possimus. Ipse itaque te informet, ipse te doceat, qui interroganti in Euāgelio adolescēti, quid faceret vt me- Matt.19.
reretur

A reretur vitam æternam: diuina continuo mandata proponit, ostendens nobis eius voluntatem esse faciendam, à quo speramus & præmia. Propter
Matt.7. quod alio testatur loco: Nō omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū cœlorū: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Quo manifeste illud ostenditur, nos non sola dei confessione tanti præmij magnitudinem promereri: nisi fidei & iustitiæ opera coniuncta sint. Qualis enim est illa confessio, quę sic deo credit, vt pro nihilo eius ducat imperiū? Aut quomodo ex animo, ac verè dicimus, domine, domine, si eius, quem dominū cōfitemur, præcepta cōtemnimus? Vnde ipse in Euā-
Lucæ.6. gelio dicit: Quid autē vocatis me domine domi-
Esaiæ.29. ne, & nō facitis quę dico? Et iterū: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū longè est à me. Et
Malach.1. rursum loquitur per prophetā: Filius honorificat patrem, & seruus dominum suum timet. Et si pater ego sum: vbi est honor meus? & si dominus ego sum: vbi est timor meus? Ex quo apparet, nec ho-
B norari ab eis dominum, nec timeri, qui eius præcepta nō faciunt. Et ad Dauid expressius dicitur, qui peccatum admiserat: Et pro nihilo duxisti
1.Reg.2. deum, & ad Heli fit sermo domini: Qui honorificat me, honorificabo eum, qui autē pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur. Et nos securo ac bono animo sumus: qui per singula quæq; præcepta, inhonorantes deum clementissimum, ad iracundiam prouocamus, eiusq; imperiū superbissimè contemnendo, in tantæ maiestatis imus iniuriam? Quid enim vnquam tam superbū, quid vero tam ingratū videri potest, quàm aduersus eius viuere voluntatem, à quo ipsum viuere acceperis? quàm illius præcepta despicere, qui ideo aliquid imperat, vt causas habeat remunerandi? Neque enim obsequij nostri deus indiget, sed nos illius in-
Psal.18. digemus imperio. Mandata eius desiderabilia super aurum & lapidem preciosum nimis, & dulciora super mel & fauum: quoniam in custodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis irascitur, idcirco magis illa immensa dei bonitas offenditur,
C quia eam per tanti etiam pręmij detrimenta contemnimus: nec solū imperata, sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. Vnde sępe, imo semper,
Matt.19. illa nobis domini reuoluenda sententia: Si vis ad vitam venire, serua mādata: Hoc enim tota nobiscum lege agitur, Hoc prophetæ, hoc Apostoli doce-
2.Cor.5. nt: hoc à nobis, & vox Christi & sanguis efflagitat: Qui ideo pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, iam nō sibi viuāt, sed ei, qui pro illis mortuus est. Viuere autem illi: nō est aliud, quàm eius prȩcepta seruare, quæ nobis ille quasi certū quoddam dilectionis suę pignus, seruada mandauit. Si
Ioan.14. diligitis, inquit, me: mandata mea seruate. Et qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit
Ibidem. me. Ac rursus: Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Grandem vim obtinet vera dilectio. Et qui perfectè amatur, totam sibi amantis vendicat voluntatē.
" Nihil est imperiosius charitate. Nos si verè Christum diligimus: si eius nos redemptos sanguine recordamur, nihil magis velle, nihil omnino debemus agere, quàm quod illum velle cognoscim⁹, D
Duo autem sunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iustitia. Prohibendi vnum est, iubendi alterū. Vt enim mala prohibentur: ita prȩcipiuntur bona. Ibi ocium operatur, hic studium. Ibi coërcetur animus, hic incitatur. Hic feciſſe, illic non feciſſe, culpabile est. Vnde & propheta dicit: Quis est homo qui vult vitam, & cupit vide- Psal.33.
re dies bonos? Prohibe linguā tuam à malo, & labia tua ne loquātur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Et beatus Apostolus: Odientes malum, Roma.12.
adhærentes bono. Hoc itaque duplex diuersumq; præceptū, prohibendi scilicet & imperandi, æquo omnibus iure mandatum est. Non virgo, non vidua, non nupta, ab hoc imperio libera est. In quouis proposito, in quouis gradu: æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere. Neq; vero eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligūt, quæ potissimum dei mandata contemnant, quæve quasi vilia ac parua despiciant: Nec
metuunt, ne secūdum diuinam sententiā, minima E
contemnendo, paulatim decidant. Stoicorum qui- Stoicorū,
dem est peccatorum tollere differentiam, & deli- de peccatis, opinio.
cta omnia paria iudicare: nec vllum inter scelus
& erratū discrimen facere. Nos vero etsi multum inter peccata distare credimus, quia & legimus: tamen satis prodesse ad cautionem dicimus, etiam minima pro maximis cauere. Tāto enim facilius abstinemus à quocunq; delicto: quāto illud magis metuimus. Nec citò ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat. Et sanè nescio, an possim⁹ leue aliquod peccatū dicere, quod in dei contemptum admittitur. Estq; prudentissimus: qui non tam considerat quod iussum sit, quàm illum qui iusserit: nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatē. Aedificanti itaq; tibi spiritualē domum: non super leuitatē arenæ, sed super soliditatem petrę, innocentiæ in primis fundamentū ponatur, super quod facilius possis arduum culmen iustitię erigere. Maximā enim partē æquitatis impleuit, qui nulli nocuit. Beatusq; est qui potest cum sancto Iob dicere: Nulli nocui hominū: iustè vixi cum omnibus. Vnde audēter & simpli- F
citer loquebatur ad dominum: Quis est ille qui iudicetur mecum: id est, quis tuum aduersum me potest implorare iudicium, vt se læsum à me conuincat? Purissimæ conscientiæ est, securè canere
cum propheta: Perambulabā in innocētia cordis Psal.100.
mei: in medio domus tuæ. Vnde idem alibi dicit:
Non fraudauit eos deus bonis, qui ambulāt in in- Psal.83.
nocētia. Itaq; maliciam, odium atq; inuidiam, quę vel maxima, vel sola semina sunt nocendi, Christiana à se propellat anima: neq; manu tantū, aut lingua, sed corde quoq; custodiat innocentiā: nec opere modo, sed voto etiā nocere formidet. Quātum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit & qui nocere dispoſuit. Multi nomen illud absolute atque integrè definiunt, innocētem: qui ne in eo quidē vlli noceat quo prodesse desistat. Quod si est verum, tum demum lætare dei innocentiæ conscientia, si cùm potes adiuuare non desinas. Si vero diuisa inter se ista atque distincta sunt: aliudq; est non nocere quod semper potes, aliud prodesse cùm possis, aliud malum nō facere, aliud operari bonum: illud tibi rursum occurrat: non

sufficere

G ſufficere Chriſtiano, ſi partem vnam iuſticię impleat: cui vtrunque prȩcipitur. Neque enim debemus ad multitudinis exempla reſpicere: quæ nullam harum diſciplinam ſequens, nullum viuendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quàm quodam impetu fertur. Nec imitandi nobis illi ſunt, qui ſub Chriſtiano nomine gentilem vitam agunt, & aliud profeſſione, aliud cõuerſatione teſtantur: atq; vt Apoſtolus ait, deum cõfitentur ſe
Tit.1. noſſe, factis autem negant. Inter Chriſtianum & gentilem, non fides tantum debet, ſed etiam vita diſtiguere: & diuerſam religionẽ, per diuerſa opera monſtrare. Nolite, ait Apoſtolus, iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quę autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem cõſenſus templo dei cum idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima ſeparatio. Diſiungitur certo diſcrimine error & veritas. Illi terrena ſapiant, qui cœleſtia promiſſa non habent. Illi breui huic vi-
H tæ ſe totos implicẽt, qui æterna neſciunt. Illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant. Illi ſeruiant vitijs, qui non ſperant futura præmia virtutum, Nos verò qui puriſſima confitemur fide: omnem hominem manifeſtandum eſſe ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque
Rom.14. 2.Cor.5. propria corporis ſui, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum: procul eſſe debemus à vitijs, dicente
Gal.5. Apoſtolo: Qui enim Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Nec turbam ſequantur errantem, qui ſe veritatis diſcipulos cõfitentur. Duas certe conuerſationis vias, & diſtincta in diuerſum itinera viuendi, ſaluator
Matt.7. in Euangelio oſtẽdit. Quàm, inquit, ſpacioſa via, quæ ducit ad mortẽ, & multi ſunt qui intrant per eam. Et rurſum: Quàm arcta via & anguſta eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eã. Vide quanta inter has vias ſeparatio ſit, quãtumq; diſcrimen. Illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. Illa celebratur & teritur à multis, hęc vix inuenitur à paucis. Illa enim vitijs per conſuetudinem, quaſi decliuior ac mollior, & velut quibuſ-
I dam amœna floribus voluptatum, facilè ad ſe rapit commeantium multitudinem: Hæc verò inſueto calle virtutum triſtior atque horridior: ab his tantum eligitur, quibus nõ tam delectatio itineris cordi eſt, quàm vtilitas mãſionis. Aſperam enim nobis, & inſuauẽ virtutum viam, nimia facit vitiorum conſuetudo, quæ ſi in partem alterã
Prou.4. Eſaię.26. trãſferatur: inuenietur, ſicut ſcriptura dicit, ſemita iuſticię leuis. Ponamus ergo iam rationem vitæ noſtræ, & per quam potiſſimum gradiamur viã, conſcientia teſte diſcamus. Omne enim quod agimus: omne quod loquimur, aut de lata, aut de anguſta via eſt. Si cum paucis anguſtum iter & ſubtilem quandam ſemitam inuenimus, ad vitam tendimus. Si verò multorũ comitamur viam, ſecundũ domini ſentẽtiã, imus ad mortem. Si ergo odio atq; inuidia poſſidemur, ſi cupiditati & auariciæ cedimus, ſi præſentia cõmoda futuris prȩferimus: per ſpacioſam viam incedimus. Habemus enim ad hæc comitũ multitudinẽ, & latè ſimiliũ ſtipamur agminibus. Si iracundiam libidinemq; explere volumus, ſi iniuriã vindicamus, ſi maledicenti remaledicimus, & aduerſum inimicũ inimi- K
co animo ſumus, æque cum pluribus ferimur. Si vel adulamur ipſi, vel adulantem libenter audimus, ſi verũ dicere gratia impedimur, & magis offendere animos hominum timemus, quàm nõ ex animo loqui, de multorum item via ſumus. Tot noſtri ſunt ſocij: quot extranei veritatis. At è contrario, ſi ab omnibus vitijs ſumus extranei, ſi purum ac liberum animũ præſtamus, & omni cupiditate calcata, ſolis ſtudemus diuites eſſe virtutibus: per anguſtã viam nitimur. Cõuerſatio enim iſta paucorum eſt. Eſtq; perrarũ atq; difficile, ido neos huius itineris comites reperire. Quinetiam multi hac ire ſe ſimulant, & per diuerſa errorũ diuerticula, ad viam multitudinis reuertunt. Ideoq; timendum eſt, ne quos duces recti huius itineris habere nos credim9: eos comites habeamus erroris. Si igitur inueniuntur exẽpla, quæ nos per hãc ducant viam, & rectũ Euangelij tramitẽ teneant: ſequenda ſunt. Sin verò ea vel deficiunt, vel deficere putantur: Apoſtolorum forma vniuerſis ꝓpoſita eſt. Clamat vas electionis Paulus: noſque L
quaſi ad anguſtum hoc iter conuocans, dicit: Imi- 1.Cor.11.
tatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Certe qđ eſt amplius omnibus, ipſius domini relucet exemplum, qui in Euangelio ait: Venite ad me omnes Matt.11.
qui laboratis & onerati eſtis, & ego requieſcere faciam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Si periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitandi ſint: hunc certe imitari tutiſſimum eſt, atque eius veſtigia ſequi, qui dixit: Ego ſum via, Ioan.14.
veritas & vita. Nũquam enim errat, qui ſequitur veritatem. Vnde & Apoſtolus Ioannes ait: Qui 1.Ioan.2.
dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Et beatus Petrus ait: Chri 1.Petri.2.
ſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius: qui peccatum non fecit, nec eſt inuentus dolus in ore eius. Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè. Qui peccata noſtra, ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſticiæ viuamus. Ceſſet omnis excuſatio erro- M
rum. Auferantur peccandi fœda ſolatia. Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus, & ad conſolationem noſtram, aliena ſæpe numerãtes vitia, deeſſe nobis dicimus, quos debeamus ſequi. Ad illius exemplum mittimur, quẽ omnes fatemur imitãdũ. Atq; ideo prȩcipua tibi cura ſit, legẽ noſſe diuinã: per quã poſſis, quaſi præſentia cernere exempla ſanctorum: quid faciendum ſit, quidue vitandũ, illius conſilio diſce. Maximum enim ad iuſticiam auxilium, eſt implere diuinis eloquijs animum, & quod opere exequi cupias, ſemp corde meditari. Rudi adhuc populo, & hominibus ad obediẽtiam inſuetis, per
Moyſen imperatur à domino, vt in ſignũ memo- Numer.15
rię, qua præcepta domini recordentur: per ſingulas veſtimentorum fimbrias, habeant cum cocco hiacynthini coloris inſignia, vt etiã caſu huc illucq; reſpicientibus oculis, mãdatorũ cœleſtium memoria naſcat. De quibus fimbrijs phariſæi redarguũtur à domino, quòd eas peruerſo vſu, non ad cõmonitionem prȩceptorum dei, ſed ad oſtentationem

Atationem ſui habere cœperint, vt ſcilicet quaſi de maioris obſeruationis diligentia, ſancti à populo iudicarentur. Tibi vero ſeruanti: non iam literæ præcepta, ſed ſpiritus, diuinorum mandatorū memoria ſpiritualiter excolenda eſt. Cui non tā frequenter recordanda ſunt præcepta domini, quàm ſemper cogitāda. Sint ergo diuinæ ſcripturę ſemper in manibus tuis, & iugiter mente voluantur. Nec ſufficere tibi putes mādata dei memoria tenere, & operibus obliuiſci. Sed ideo illa cognoſce,
Roma. 2. vt facias quicquid faciendum didiceris. Nō enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Latus quidem & immenſus diuinę legis campus extenditur. Q ui diuerſis teſtimonijs veritatis, velut cœleſtibus quibuſdā floribus vernans, mira oblectatione legentis animū paſcit ac refouet. Q uæ omnia ſemper cognoſcere, ſecumq; reuoluere, ingens ad cōſeruandam iuſtitiam beneficium eſt. Sed quaſi ad compendioſum locum, quoddam commonitorium, illa tibi Euangelij eligenda ſententia eſt, & ſuperſcribenda cordi tuo, quæ ad totius iuſtitiæ breuiariū, do
Matt. 7. minico ore profertur: Omnia quæcunq; vultis vt
B faciant vobis homines, hæc & vos facite illis: Cuius præcepti vires exprimens, iūgit ac dicit: Hæc
Ibidem. enim lex & prophetæ. Infinitæ nāq; ſunt ſpecies, partesq; iuſtitiæ: quas nō modo ſtilo perſequi, ſed cogitatione etiam capere difficillimum eſt. Q uas omnes vna ac breui ſententia comprehēdit, & latentem hominum conſcientiam, ſecreto animi iudicio, aut abſoluit, aut dānat. Ad omnem igitur actum, ad omne verbum, ad omnē etiam cogitatum, hæc ſententia retractetur: quę tibi quaſi ſpeculum quoddam paratum, & ad manū ſemper poſitum, qualitatem tuæ volūtatis oſtendat, ac etiā vel de iniuſto opere redarguat, vel de iuſto lætificet. Q uotieſcūque enim talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero ſeruari cupis, æquitatis viam tenes. Q uoties vero talis erga alterum fueris, qualem in te vis neminem: iter iuſticiæ dereliquiſti. En totum illud diuinæ legis arduum totumq; difficile. En ob quam cauſam dura imperia. Domino reclamamus, & dicimus nos
C vel difficultate, vel impoſſibilitate mādatorū premi. Nec ſufficit, quòd iuſſa nō facimus, niſi etiam iubentem, iniuſtum pronunciemus: dum ipſum æquitatis autorem, non modo dura & ardua, ſed etiā impoſſibilia præcepiſſe cōquerimur. Omnia inquit, quęcūque vultis, vt faciāt vobis homines, hæc & vos facite illis. Cōiungi vult inter nos, atque connecti, per mutua beneficia charitatem. Omnesq; homines vicario inter ſe amore copulari, vt id vnoquoque præſtante alteri, quod ſibi ab omnibus præſtari velit: tota iuſtitia, & præceptū hoc dei, cōmunis ſit vtilitas hominum. Et ó mirā clementiam domini, ó ineffabilem dei benignitatem. Præmium nobis pollicetur, ſi nos inuicē diligamus, id eſt, ſi nobis ea præſtemus inuicē, quorum viciſſim indigemus. Et nos ſuperbo ſimul & ingrato animo, eius renitimur volūtati: cui⁹ etiā imperium beneficium eſt? Nulli vnquam omnino detrahas, nec aliorum vituperatione te laudabilē videri velis. Magisq; vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam carpere. Ac ſemper ſcripturæ memor eſto dicentis: Noli diligere detrahere: ne eradiceris. Pauci admodū ſunt, qui huic vitio renū- D
cient, raroq; inuenies, qui ita vitam ſuam irreprehenſibilem exhibere velint, vt non libēter reprehendant alienam. Tantaq; huius mali libido mentes hominum inualit, vt etiam qui procul ab alijs vitijs receſſerunt, in iſtud tamē quaſi in extremū diaboli laqueum incidant. Tu vero hoc malū ita effuge, vt non modo ipſa non detrahas, ſed ne alij quidem detrahenti, aliquando credas. Nec obtrectatoribus autoritatem de cōſenſu tribuas: ne eorum vitium nutrias annuendo. Noli, inquit ſcriptura, conſentaneus eſſe cum derogātibus aduerſus proximum tuum, & non accipies ſuper illum peccatum. Et alibi: Sepi aures tuas ſpinis, & noli Eccli. 28.
audire linguam nequam. Vnde & beatus Dauid, diuerſas innocentiæ ſpecies iuſtitięq; dinumerās, de hac quoque virtute non tacuit, dicendo: Et op Pſal. 14.
probrium non accepit aduerſus proximos ſuos: Propterea quòd ipſe non ſolū aduerſatur, ſed etiā perſequitur detrahentem. Ait enim: Detrahentē Pſal. 100.
ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Eſt ſanè tale hoc vitium, quod vel in primis extingui debeat, & ab eis qui ſe ſanctè inſtituere volūt, prorſus excludi. Nihil enim tam inquietat animum, E
nihil eſt quod ita mobilē mētem ac leuem faciat, quàm facilè totum credere, & obtrectatorum verba, temerario mētis aſſenſu ſequi. Hinc enim crebræ diſſenſiones, hinc odia iniuſta naſcūtur. Hoc eſt quod ſæpe de amiciſſimis etiā inimicos facit, dum concordes quidem, ſed credulas animas, maliloqua lingua diſſociat. At contra, magna quies animi, magnaq; eſt morum grauitas: non temerè de quoquam ſiniſtri quid audire. Beatusq; eſt qui ita ſe cōtra hoc vitium armauit, vt apud eum detrahere nemo audeat. Q uòd ſi hæc in nobis eſſet diligentia, ne paſſim obtrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent: ne non tam alios, quàm ſeipſos viles detrahendo facerēt. Sed hoc ideo malum celebre eſt, idcirco in multis feruet hoc vitium, quia penè ab omnibus libēter auditur. Adulatorum quoque aſſentationes, & noxia blandimenta fallaciæ, velut quaſdam peſtes animę fuge. Nihil eſt quod tam facilè corrumpat
mentes hominum, nihil quod tam dulci & molli F
vulnere animum feriat. Vnde & quidam ſapiens, ait: Verba adulatorum mollia, feriunt autem interiora ventris. Et dominus loquitur per prophetam: Populus meus, qui beatificant vos, ſeducunt Eſaiæ. 3.
vos, & ſemitas pedū veſtrorum diſſipant. In multis, iſto maximè tēpore, regnat hoc vitiū, quodq; eſt grauiſſimum, humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur. Eo fit, vt qui adulari neſcit, aut inuidus, aut ſuperbus putetur. Eſt ſanè grāde & ſubtile artificium, laudare alterum in commendationē ſui, & decipiendo, animum ſibi obligare decepti: quodq; hoc maximè vitio agi ſolet, fictas laudes, certo precio vendere. Q uæ hæc tanta eſt leuitas animi, quæ tanta vanitas, relicta propria conſcientia, alienam opinionem ſequi: & quidem fictam atque ſimulatam? Rapi vento falſæ laudationis, gaudere ad circunuentionem ſuam, & illuſionem pro beneficio accipere? Tu ergo ſi verè laudabilis eſſe cupis, laudem hominum ne requiras. Illique præpara conſcientiam tuam, qui
& illuminabit abſcōdita tenebrarū, & manifeſta- 1. Cor. 4.
bit

G bit cõsilia cordium,& tunc laus tibi erit à deo. Sit igitur intentus ac vigilans, & aduersus peccata semper armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus & parcus, & qui necessitatẽ magis loquẽdi indicet, quàm voluntatẽ. Ornet prudentiã verecundia, quodq; præcipuum in fœminis semper fuit, cunctas in te virtutes pudor superet. Diu antè considera, quid loquendũ sit, & adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguę officiũ, animi libra dis-
Eccli. 28. penset. Vnde scriptura dicit: Argẽtum & aurum tuum confla, & verbis tuis facito statherã, & frenos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris lingua. Nunquam malum verbum de ore tuo procedat, quæ ad cumulum benignitatis iuberis etiam
Ephes. 4. maledicentibus benedicere. Misericordes, inquit, modesti, humiles, non reddẽtes malum pro malo, neq; maledictũ ꝓ maledicto, sed ecõtrario benedicẽtes. Mẽtiri vero atq; iurare, lingua tua prorsus ignoret, tantusq; in te sit veri amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. De quo saluator ad discipulos
Matt. 5. ait: Ego autem dico vobis, non iurate omnino. Et paulo post: Sit autem sermo vester, est,
H est: non, non: Quod autem his abundantius est, à malo est. In omni igitur actu atque verbo, quieta mẽs & placida seruetur: semperq; cogitationi tuæ dei præsentia occurrat: sit humilis animus, ac mitis: & aduersus sola vitia erectus. Nunquam illum, aut superbia extollat, aut auaritia inflectat, aut ira præcipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet, quæ in dei habitaculum præparanda est, quẽ non auro templa fulgentia, nõ gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata virtutibus. Ideo & templum dei, sanctorum corda dicuntur, affir-
1.Cor.3. mante Apostolo, qui ait: Si quis templum dei violauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Nihil habeas humilitate præstantius, nihil amabilius. Hæc est enim pręcipua conseruatrix, & quasi custos quædã virtutum omniũ: nihilq; est quod nos ita & hominibus gratos & deo faciat, quàm si vitæ merito ma-
I gni, humilitate infimi simus. Propter quod scri-
Eccli. 3. ptura dicit: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Et domi-
Esaiæ. 66. nus loquitur per prophetam: Super quem alium requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea? Veruntamen humilitatem sequere: non quæ ostenditur, atque simulatur gestu corporis, aut fracta voce verborũ, sed quæ puro affectu cordis exprimitur. Aliud est enim virtutem habere, aliud virtutis similitudinem: aliud est rerum vmbram sequi, aliud veritatem. Multo deformior illa est superbia, quæ sub quibusdã humilitatis signis latet. Nescio enim quomodo turpiora sunt vitia, quæ virtutum specie cælantur. Nulli te vnquam de generis nobilitate pręponas, neque obscuriores quasq; & humiliore loco natas, te inferiores putes. Nescit religio nostra personas accipere: nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum. Seruum & nobilem, de moribus pronunciat. Sola apud deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud deum est nobilitas clarum esse virtutibus. Quid apud deum in viris
Matt. 4. nobilius Petro, qui piscator & pauper fuit? Quid in fœminis beata Maria illustrius, quę sponsa fa- Matt. 1.
bri describitur? Sed illi piscatori & pauperi cœle- Luc. 1.
stis regni à Christo creduntur claues. Hæc spon- K
sa fabri, meruit esse mater illius, à quo ipsæ claues
datæ sunt. Elegit enim deus ignobilia & contem- 1.Cor. 1.
ptibilia huius mundi, vt potẽtes ac nobiles, ad humilitatem facilius adduceret. Nam & aliâs frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cùm vniuersi paris honoris, & eiusdem apud deũ precij sint, qui vno Christi sanguine sunt redempti: nec interest qua quis conditione natus sit, cùm omnes in Christo æqualiter renascamur. Nam & si obliuiscimur, quia ex vno omnes generati sumus: saltem id semper meminisse debemus, quia per vnũ omnes regeneramur. Caue ne si ieiunare aut abstinere cœperis, te putes iam esse sanctam. Hæc enim virtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. Magisq; id prouidendum est: ne tibi hoc, cum licita contemnas, securitatem quandam illicitorum faciat. Quicquid supra iustitiam offertur deo: non debet impedire iustitiam, sed adiuuare. Quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quã lau- L
dẽ merebimur de pallore ieiunij, si inuidia liuidi simus? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc, inquam, præclara est abstinẽtia, tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis, cùm est animus ieiunus à vitijs. Imò qui probabiliter ac scienter abstinentiæ virtutem tenent: eo affligunt carnem suam, quo animæ frangunt superbiam: vt quasi de quodam fastidio contemptus sui atque arrogantiæ, descendant ad implendam domini voluntatem, quæ maximè in humilitate perficitur. Idcirco à varijs ciborum desiderijs mẽtem retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate virtutum. Iamq; minus ieiuniorum & abstinentiæ laborem caro sentit, anima esuriente iustitiam. Nam & vas electionis Paulus dum castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prędicans ipse reprobus in- 1.Cor. 9.
ueniatur: non ad solam, vt quidam imperiti putant, hoc facit castitatem: Non enim huic tantum modo, sed omnibus omnino virtutibus abstinen- M
tia opitulatur. Neque magna aut tota Apostoli gloria est, non fornicari: sed hoc agit, vt castigatione corporis, erudiatur animus: quantoq; nil ex voluptatibus concupiscit, tantomagis possit de virtutibus cogitare: ne perfectionis magister, imperfectum aliquid in se ostendat: ne Christi imitator, extra præceptum quicquam aut voluntatẽ Christi faciat: nève minus exemplo, quàm verbo doceat: cunq; alijs prædicauerit, ipse reprobetur: audiatq; cũ pharisæis: Dicũt enim & nõ faciunt. Matt. 23.
Apostolici vero & præcepti est, & exempli: vt habeamus rationem, nõ cõscientiæ tantum, sed etiã famæ. Non superfluum & à fructu vacuum, gentium magister hoc docet: Vult enim etiam extraneos ad fidem homines, per fidelium opera proficere, vt religionem ipsam, religionis disciplina commendet. Et ideo sicut luminaria in mundo Philipp. 2
lucere nos iubet, in medio nationis prauæ & peruersæ, vt incredulæ mentes errantium, ex nostrorum actuum lumine, ignorãtiæ suæ tenebras deprehendant. Vnde & ipse ad Romanos ait: Pro- Roma. 12.
uidentes bona: non solum coram deo, sed etiam

coram

1. Cor. 10. coram hominibus. Et alibi: Sine offensione estote
A Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ dei, sicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis. Beatus est qui tam sanctè, tamq; grauiter dispposuit vitam suam, vt de eo siniſtri aliquid ne fingi quidē possit: dū aduersus obtrectatorum libidinem, pugnat meriti magnitudo: nec fingere quisquam ausus est, quod à nullo putat esse credendum. Quòd si id assequi difficile atq; nimis arduum est: saltem hanc adhibeamus vitę nostræ diligentiam, ne malę mentes, occasionem inueniant detrahendi. Ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersus nos siniſtræ famæ flamma confletur. Alioqui frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si eisipsis obtrectandi materiam miniſtramus. Si autem nobis diligenter atq; solicitè omnia ad honestatem prouidentibus, cunctisq; actibus nostris timorem dei præferentibus, illi nihilominus insaniunt: cōsoletur nos conscię-tia nostra, quę tunc maximè tuta est, tunc optimè secura est, cùm ne occasionem quidem malè de se
Esa. 5. sentiendi dedit. Illis enim væ dicitur per prophe-
B tam, qui dicunt quod bonum est malum: qui lucē appellant tenebras: & quod dulce est, amarum vocant. Matt. 5. Nobis ergo saluatoris aptabitur sermo: Beati estis cùm vobis maledixerint homines, mētientes. Nos modo id agamus, vt malè de nobis nemo loqui absque mendacio possit. Ita habeto solicitudinem domus, vt aliquam tamen vacationem animę tribuas. Eligatur tibi opportunus, & aliquantum à familię strepitu remotus locus, in quem tu velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foris cogitationū fluctus, secreti tranquillitate cōponas. Tantū ibi sit diuinæ lectionis studiū, tam crebræ orationū vices, tā firma & pressa de futuris cogitatio, vt omnes reliqui temporis occupationes, facilè hac vacatione compensęs. Nec hoc ideo dicimus, quò te retrahamus à tuis: imò id agimus, vt ibi discas, ibiq; mediteris, qualem tuis præbere te debeas. Familiam tuam ita rege & cōfoue, vt te matrem magis tuorū, quàm dominā videri velis, à quibus benignitate potius, q̄ seueritate exige reuerentiam.
C Fidelius & gratius semper obsequiū est, quod ab amore, q̄ quod à metu proficiscitur. Præcipuè autem in coniugio venerabili atq; immaculato, apostolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis viro autoritas sua, totaq; à te discat domus, quantum illi honoris debeat. Tu illum dominum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demōstra, tanto ipsa honoratior futura, quanto illum
Ephes. 5. amplius honoraueris. Caput enim, vt ait Apostolus, mulieris, est vir: nec aliunde magis reliquum corpus ornatur, quàm ex capitis dignitate. Vnde
Coll. 3. idem alibi dicit: Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in domino. Sed & beatus Petrus Apo
1. Petri. 3. stolus ait: Similiter autē mulieres subditæ sint viris, vt & si qui nō credunt verbo: per mulieris conuersationem, sine verbo lucrifiant. Si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniugij: quantomagis reddendus est Christianis? Atq; vt ostēdat, quibus ornamētis etiā viris iunctę fœminę decorari debeant, ait: Quarum sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut vestimentorum cultus, sed qui absconditus cordis est
Ibidem.

homo, incorruptibilitate quieti & modesti spiri- D
tus, qui est in cōspectu dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperātes in domino ornabant se, subiectæ proprijs viris, sicut Sara obediebat Abrahæ, dominū suum vocans. Hæc autē Gene. 18.
prę cipiens, nō eas iubet squalore, sordibus, & horrentibus pannorum assumētis tegi, sed immoderato cultui, & nimis exquisito interdicit ornatui, simplicemq; cōmendat ornatū atq; habitum. De quo & vas electionis ait: Similiter aūt & mulieres 1. Timo. 2.
in habitu ornato, cū verecundia & sobrietate: ornantes nō in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres, promittentes castitatem per opera bona. Reperi verò te miræ fidei ardore succensam, aliquot iam ante annos continētiam proposuisse, & reliquum vitæ tuę tēpus pudicitiæ consecrasse. Magni hoc animi signum, & perfectæ virtutis indicium est, renūciare subitò expertæ voluptati, fugere notas carnis illecebras, & calentis adhuc ętatis flāmas, fidei amore restinguere. Sed illud quoq; simul di- E
dici, quod me non mediocriter angit ac stimulat, te videlicet tantū hoc bonum, absq; cōsensu & pacto viri seruare cœpisse, cùm hoc apostolica omnino interdicat autoritas, quę in hac dūtaxat causa, non modo vxorē viro, sed etiam virum vxoris subiecit potestati: Vxor, inquit, sui corporis pote- 1. Cor. 7.
statem nō habet, sed vir. Similiter autem vir potestatē non habet sui corporis, sed mulier. Tu verò quasi oblita fœderis nuptialis, pactiq; huius ac iuris immemor, incōsulto viro vouisti domino castitatē. Sed periculosè promittitur quod adhuc in alterius potestate est. Et nescio q̄ sit grata donatio, si vnus offerat rem duorum. Multa iā per huiuscemodi ignorantiam, & audiuimus, & vidimus sciſſa coniugia, quodq; recordari piget, occasione castitatis adulterium perpetratum. Nā dum vna pars se etiā à licitis abstinet: altera ad illicita delapsa est. Et nescio in tali causa, quis magis accusari, quis amplio culpari debeat, vtrum ille qui repulsus à coniuge fornicatur: an illa quæ repellendo à se virum, eum fornicationi quodāmodo obijcit. Atq; vt super hac causa, quid veritas habeat agnoscas: pauca mihi de diuina autoritate ponen F
da sunt. Apostolicæ doctrinę regula, nec cum Iouiniano Iouinianí & Manichæi, de cō iugio, hæreſes.
uiniano ęquat continentię opera nuptiarum, nec cū Manichæo coniugia condemnat. Ita vas electionis ac magister gentium, inter vtrunq; temperatus incedit ac medius, vt remedium incontinētiæ indulgeat, & ad prę mium prouocet continentiam. Totusq; in hac causa eius hic sensus est, vt ex vtriusq; sententia proponatur castitas, aut certe ab vtroq; debitum commune soluatur, sed ipsa iam Apostoli verba ponamus, totamq; hanc causam à sui principio retractemus. Loquitur enim ad Corinthios: De quibus autem scripsistis mihi: 1. Cor. 7.
Bonum est homini mulierē non tangere. Et quāquam hìc laudauerit castitatem, tamen ne aliquibus videatur prohibere coniugia, subiungit: Pro- Ibidem.
pter fornicationem autem vnusquisq; suam vxorē habeat. Vxori vir debitū reddat: similiter autē & vxor viro. Mulier autē sui corporis potestatem nō habet, sed vir. Et vir sui corporis potestatē nō habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicē. Ac rursus: ne tanta pro nuptiarum parte dicēdo, videre-

G tur excludere caſtitatē,ſequitur:Niſi forte ex cōſenſu ad tēp9,vt vacetis orationi. Et ſtatim quaſi recuſat hoc, quod dixit: Ad tempus:ne non tam perpetuam,quàm temporalem ac breuē continentiam docere videatur. Ait enim: propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundū indulgentiam,non ſecundum imperium. Vnde hoc quod dixit,ad tempus,docet meditationem debere fieri caſtitatis,vt per certa interualla temporū quaſi exploratis cōtinētiæ ſuæ viribus, ſine periculo vtriq; promittant,quod ſemper eſt ab vtroq; ſeruandum. Quid vero abſolute velit, manifeſtè dicit: Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum,id eſt,in iugi ac perpetua caſtitate viuere. Vides ne quàm cautè,quàm prudè, quam ſine vllius occaſione ſcandali,magiſter firmauerit de caſtitate ſententiam: nolens tantū bonum in vnius temeritate nutare, quod ligare & confirmare debet conſenſus amborum. Et re vera,quid ea caſtitate firmius eſt, quidve tutius,q̄ quę ex duorum cœpta ſententia, ab vtroque velut in cōmune ſeruatur? Nec de ſe tantum pars altera ſolicita: mu-
H tuò ſe ad virtutis animet perſeuerātiā. Hoc enim ſicut alia quoque bona, non tantum cœpiſſe, ſed perfeciſſe laudandum eſt. Iamdudum, vt intelligis,ſcopuloſo difficiliq; in loco verſat oratio, nec audet in alterutrā declinare partem, dum æqualiter vtrūque formidat, ſed ex noſtra difficultate tuum agnoſce diſcrimen. Maluimus enim te contriſtare forſitan vera dicendo, quàm ficta adulatione ducere. Duplex,vt vides, malum, æquale & anceps periculum eſt. Ex vtroq; arctaris,ex vtroque conſtringeris. Contemnere omnino virum atque deſpicere,apertè contra Apoſtoli ſententiā eſt: Prodere viro tanti temporis caſtitatē, & deo non reddere quod promiſeras,timēdum atq; me-
« tuendū eſt, Vt vulgo dicitur,facilè ex amico inimicum facies,cui promiſſa nō reddas. Sicut enim
Num.30. ſcriptura dicit: Quod ſi voueris votum domino
Pſal.75. deo,non moreris reddere illud:quia quærens quæ-
Eccſ.5. rit illud dominus deus abs te. Erit enim in peccatum. Ait ergo:Debitam honorificētiā viro exhi-
I be, vt ex vtroque domino debitum quod vouiſti reddere poſſis: De cuius conſcientia non diffidimus,ſi paululū expectaſſes,non quò te à bono caſtitatis retrahamus,ſed huius animum ad caſtitatis oraculum totis viribus incitemus,vt voluntarium ſacrificium offerat deo, in odorem ſuauitatis,vt exuta mens à cūctis retinaculis mundanis,
Pſal.53. atque corporalibus voluptatibus ſit,vt valeas plenius inhærere dominicis præceptis. Quod tamē ne quid à nobis negligēter eſſe dictum arbitreris, diuinarum ſcripturarum teſtimonijs edocuimus,
Gene.2. ſicut etiam Apoſtolus dicit: Et erunt duo in car-
1.Cor.6. ne vna:iam non vna caro,ſed vnus ſpiritus. Hoc ſacramentum magnum eſt, arduumq; eſt iter caſtitatis,ſed magna ſunt præmia. Vocatq; nos do-
Mat.25. minus in Euangelio,dicens: Venite benedicti patris mei,poſſidete præparatum vobis regnum ab
Matt.11. origine mundi. Idem ipſe dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugū enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Dicit enim idem dominus his,qui ad ſiniſtrā eius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quem Matt.25.
K pręparauit pater meus diabolo & angelis eius:neſcio vos operarij iniquitatis. Erit ibi fletus & ſtri- Matt.7.&
dor dentium. Illi vtique omnes plāgent, illi luge- Lucæ.13.
bunt,qui ita curis ſe vitæ præſentis inuoluunt,vt obliuiſcantur futuram,quos ſomno quodam ignorantiæ,& malæ ſecuritatis oppreſſos fluctibus,domini comprehendet aduentus. Vnde ipſe in euangelio ait: Attendite vobis, ne forte grauētur cor- Lucæ.21.
da veſtra in crapula & ebrietate,& curis huius vitæ: Ne forte ſuperueniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Et rurſum: Vigilate & orate:neſcitis enim quādo tempus ſit. Matt.24.
Beati ſunt, qui ita expectant, ita illum ſpeculan- Mar.13.
tur diem,vt ſe ad eum quotidie præparent:qui nō Lucæ.12.
de præterita ſibi iuſticia blandientes, ſecundum Apoſtolum, per dies ſingulos in virtute renouan Epheſ.4.
tur. Iuſticia enim nō proderit ei, à quo die iuſtus Ezech.33.
eſſe deſierit. Sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas ſua, à die quo ſe ab iniquitate conuerterit.
L Nec ſanctus ergo ſecurus eſſe debet, quàmdiu in huius vitæ agone verſatur: nec deſperare peccator, qui ſecundum prædictam prophetæ ſententiam,vno die iuſtum ſe efficere poteſt, ſed totum quo tenditur ſpacium vitæ tuæ, vt peragere poſſis iuſticiam, nec de præterita iuſticia confidens, remiſſior efficiaris. Sed ſicut dicit Apoſtolus: Po Philipp.3.
ſteriora obliuiſcens, ad ea autem quæ anteriora ſunt me extendens,ad deſtinatum perſequar brauium ſupernæ vocationis,ſciens ſcriptū eſſe, cor- Pſal.44.
dis inſpectorem deum. Et idcirco ſatagit, vt ani- Acto.1.
mam mundam habeat à peccato. Propter quod ſcriptum eſt: Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Et Prou.4.
iterum: Diligit dominus munda corda. Accepti autem ſunt ei omnes immaculati. Idcirco age, vt Pſal.118.
ordines reliquum tempus vitæ tuæ ſine offenſa, Pſal.100.
vt poſſis ſecurè canere cum propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Et iterū: Introibo ad altare dei, ad deum qui Pſal.42.
lętificat iuuentutem meam. Quia inchoaſſe non ſufficit,ſed perfeciſſe iuſticia eſt.

M

ARGVMENTVM EPISTOLÆ ſequentis.

Pater Aſellæ ſomniarat ſe in vitrea phiala videre puellā virgunculam. Eam natam,& ante annos pubertatis virginitati conſecrauit,flammeo virginali tectam. Ea protinus poſt duodecimum annum monachæ vitam arripuit, ac Romæ perinde quaſi in eremo vixit. Huius laudes ad Marcellam illius familiarem ſcribit,ne videretur aſſentari,quod viuentem adhuc tantopere laudaret.

HIERONYMVS AD MARcellam de laudibus Aſellę.

EMo reprehendat quòd in epiſtolis, aliquos aut laudamus, aut carpim9, cū & in arguēdis malis,ſit correptio cæterorum:& in optimis prædicandis,bonorum ad virtutem ſtudia cōcitentur. Nudiuſtertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. Ilico pupugit animū, & mihi venit in mentē,non debere nos tacere de virgine, qui de ſecūdo ordine caſtitatis loquuti ſum9. Igit Aſellæ

A Aſellę noſtrę vita breuiter explicãda eſt: cui quę-
ſo ne hanc epiſtolam legas. Grauatur quippe lau-
dibus ſuis, ſed his potius, quæ adoleſcentulę ſunt,
legere dignare: vt ad exemplum eius ſe inſtituen-
tes, conuerſationem illius, perfectæ vitæ normam
arbitrẽtur. Prætermitto, quòd in matris vtero be-
nedicitur ei, antequã naſcatur: quòd in phiala ni-
tentis vitri, & omni ſpeculo purioris patri virgo
traditur per quietem. Quòd adhuc infantiæ inu-
oluta pannis, & vix annum decimum ætatis ex-
cedens, honore futuræ beatitudinis conſecratur.
Sit gratiæ omne, quod antè laborũ fuit: licèt deus
Hiere.1. præſcius futurorum, & Hieremiam ſanctificet in
Lucæ.1. vtero, & Ioannem in aluo matris faciat exultare,
Epheſ.1. & Paulum ante conſtitutionem mundi, ſeparet in
euangelium filij ſui. Ad ea venio, quæ poſt duo-
decimum annum ſudore proprio elegit, arripuit,
tenuit, cœpit, impleuit. Vnius cellulæ clauſa an-
guſtijs, latitudine paradiſi fruebatur. Idem terræ
ſolum, & orationis locus extitit & quietis. Ieiu-
nium pro ludo habuit, inediam pro refectione.
Et cùm eam non veſcendi deſiderium, ſed huma-
B na confectio ad cibum traheret: pane & ſale, &
aqua frigida concitabat magis eſuriem, quàm re-
ſtinguebat. Et quia penè oblit⁹ ſum, quod in prin
cipio debui dicere: Cùm primũ hoc propoſitum
arripuit, aurum colli ſui, quod quidem [1] murenu-
lam vulgus vocat, quòd ſcilicet [2] metallo in vir-
gulas lenteſcente, quædam ordinis flexuoſi cate-
na contexitur, abſque parentibus vendidit, & tu-
nicam fuſciorem, quam à matre impetrare non
poterat induta,[3] pio negociationis auſpicio, ſe re-
pente domino conſecrauit, vt intelligeret vniuer-
ſa cognatio, non poſſe aliud ei extorqueri, quæ iã
ſeculum damnaſſet in veſtibus. Sed, vt dicere cœ-
peramus, ita ſe ſemper moderatè habuit, & intra
cubiculi ſui ſecreta cuſtodiuit, vt nunquam pedẽ
proferret in publicum, nunquam viri noſſet allo-
quium. Et quod magis ſit admirandum, ſororem
virginem amaret potius, quàm videret. Opera-
2. Theſ.3. batur manibus ſuis, ſciens ſcriptum eſſe: Qui nõ
operatur, non manducet. Spõſo aut orans loque-
C batur, aut pſallens. Ad martyrum limina [4] penè
inuiſa properabat. Et cũ gauderet propoſito ſuo:
in eo vehementius exultabat, quòd ſe nullus co-
gnoſceret. Cumq; per omnem annum, iugi ieiu-
nio paſceretur, biduo triduóque ſic permanens,
tum verò in quadrageſima, [5] nauigij ſui vela ten-
debat, omnes penè hebdomadas vultu lętante cõ
iungens. Et quod impoſſibile forſitan eſt homi-
nibus ad credendum, deo autem præſtante poſſi-
bile eſt, ita ad quinquagenariam peruenit ætatẽ,
vt non doleret ſtomachus, non viſcerum[6] crucia-
retur iniuria, non ſicca humus iacentia membra
confringeret, non ſacco aſperata cutis, fœtorem
aliquem ſitúmque contraheret: ſed ſana corpore,
animo ſanior, ſolitudinem putaret eſſe delitias, &
in vrbe turbida, inueniret eremum monachorũ.
Et hæc quidem tu melius noſti, à qua pauca didi-
cimus, & cuius oculis durities de genubus came-
lorum in illo ſancto corpuſculo præ orandi fre-
quentia obcalluiſſe perſpecta eſt. Nos quod ſcire
poſſumus, explicamus. Nihil illius[7] ſeueritate iu-
cũdius, nihil ſuauitate triſtius, nihil triſticia ſua-
uius. Ita pallor in facie eſt, vt cùm continentiam

indicet, non redoleat oſtentationem. [8] Sermo ſi- D
lens, & ſilentium loquens. Nec citus, nec tardus
inceſſus. [9] Idem ſemper habitus. Neglecta mun-
dicies, & inculta veſtis: cultus ipſe, ſine cultu. Sola
vitæ ſuæ æqualitate promeruit, vt in vrbe pom- Vrbis põ-
pæ, laſciuiæ, delitiarum, in qua humilem eſſe mi pæ.
ſeria eſt, & boni eam prædicent, & mali detrahere
non audeant. Viduæ eam imitentur & virgines.
Maritatæ colant, noxiæ timeant, ſuſpiciant ſa-
cerdotes.

SCHOLIA.

MVrenulam vulgus vocat.) Nimirum à ſimilitudi- Murenula
ne piſcis. 2 Metallo in virgulas lẽteſcẽte.) Me- Metallũ.
tallũ aurũ vocat: alioqui venæ vnde aurũ atq; ar-
gentum, & huius generis alia proferuntur, metal-
la dicuntur. Lenteſcere eſt flexile fieri, ita & aliàs Hierony- Lẽteſcere.
mus, Aurum in fila lenteſcens. 3 Pio negociationis auſpi
cio.) Quia vendidit ornamenta mundana, vt emeret veſtem
monachæ, felici auſpicio euãgelij: Vade & vende omnia &c.
4 Penè inuiſa properabat.) Inuiſam dixit, non odioſam, Inuiſus.
ſed non viſam. Ita clanculum ibat, & celeriter redibat, vt vix
à quoquã videretur. 5 Nauigũ ſui vela tendebat.) A nau-
tis ſumptum, qui vela pandunt, velocius curſuri. Significat E
autem vehementius & acrius ieiunium, quod alijs tempori-
bus Hieronymus vult eſſe moderatius, minuſq; perpetuum.
6 Cruciaretur iniuria.) Iniuriam eleganter vocat mole- Iniuria.
ſtiam & offenſam: vnde & cœli dicimus iniuriam. 7 Se-
ueritate iucundius.) Miro decore coniunxit contraria. Ha-
bet hoc vera pietas, quę à ſpiritu Chriſti proficiſcitur, vt ira
quoque ſapiat amorem, ſeueritas habeat ſuam iucũditatem:
contrà iucunditas, habeat ſuam triſticiam, nõ triſtem. In hu
manis affectibus, aut ſimulatis, ſecus eſt. 8 Sermo ſilens.)
Pari iucunditate iunxit pugnantia. 9 Idem ſemper habi-
tus.) Habitum vocat hic non cultum, ſed vultus ſpeciem, vt
nec triſtior eſſet, nec hilarior. Idem tradunt de Socrate phi-
loſopho.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ ſequentis.

Marcella primę nobilitatis puella, ſeptimo à nuptijs men
ſe fuerat orbata marito. Deinde Cerealem cõſulem nuptias
illius ambientem, pertinaciter reiecit, decreta iam in reli-
quam vitam viduali caſtimonia. Monachæ vitam, prima no
bilium fœminarum auſa eſt Romæ profiteri, ac multas ad
idem inſtitutum pertraxit. A diuo Hieronymo diuinas lite-
ras diligentiſſimè didicit, cùm eſſet Romæ: abſenti ſæpe ſcri F
pſit, & eum opibus ſuis adiuuit. Huius mulieris opera factio
Origeniſtarũ, quæ Hieroſolymis cœperat inualeſcere, pro-
dita atque extincta eſt. Perijt feliciter paucis diebus poſt vr-
bem Romam à Gotthis direptam. Scribit ad Principiã vir-
ginem, Marcellæ quondam contubernalem ac diſcipulam.

AD PRINCIPIAM VIRGINEM, Marcellæ viduæ epitaphium.

SAepe & multum flagitas virgo Chriſti Principia, vt memoriam ſanctæ fœ-
minæ Marcellæ literis recolam, & bo-
num quo diu fruiti ſumus, etiam cæte-
ris noſcendum imitandúmque deſcribam. Satis
doleo, quòd [1] hortaris ſponte currentem, & me
arbitraris indigere precibus, qui ne tibi quidem
in eius dilectione concedam: multóque plus ac-
cipiam, quàm tribuam beneficij, tantarum re-
cordatione virtutum. Nam vt hucuſque reticerem, & biennium præterirem ſilentio, non fuit
diſſimulationis, vt malè exiſtimas, ſed triſticiæ

G incredibilis,quæ ita meum oppreſſit animum, vt melius iudicarem tacere impræſentiarum, quàm nihil dignum illius laudibus dicere. Neque vero Marcellam tuam,imò meam:& vt verius loquar, noſtram:omniumq; ſanctorũ, & propriæ Romanæ vrbis inclytum decus inſtitutis rhetorũ prædicabo,vt exponam illuſtrem familiam, alti ſanguinis decus,& [2] ſtemmata per procõſules & prętectos prętorio decurrentia. Nihil in illa laudabo, niſi quod proprium eſt,& eo nobilius, quòd opibus & nobilitate contempta, facta eſt paupertate & humilitate nobilior. Orba patris morte: viro quoque poſt nuptias ſeptimo menſe priuata eſt. Cerealis conſul. Cunq; eam Cerealis(cuius clarum inter conſules nomen eſt)propter ętatem & antiquitatem familiæ:& inſignem(quod maximè viris placere conſueuit)decorem corporis,ac morum temperantiã ambitioſius peteret, [3] ſuasq; longæuus pollicerętur diuitias:& non quaſi in vxorem, ſed quaſi in filiam vellet donationem tranſfundere: Albinaq; mater tam clarũ præſidium viduatę domus vltro
H appeteret,illa reſpondit: Si vellem nubere,& non æternæ me cuperem pudicitiæ dedicare: vtique [4] maritum quęrerem,non hæreditatẽ. Illoq; mandãte,poſſe & ſenes diu viuere,& iuuenes citò mori:eleganter luſit, Iuuenis quidẽ poteſt citò mori, ſed ſenex diu viuere nõ poteſt. Qua ſentẽtia repudiatus,exẽplo cęteris fuit,vt ei[9] nuptias deſperarent. Legimus in Euangelio ſecundum Lucam:
Lucæ.2. Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuelis de tribu Aſer: Et hæc prouectæ ætatis in diebus plurimis. Vixeratq; cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, & erat vidua annis octogintaquatuor,nec recedebat de templo: Ieiunijsq; & obſecrationibus domino ſeruiens nocte ac die. Nec mirũ, ſi videre meruit ſaluatorem, quem tanto labore quærebat. Conferamus ſeptem annos,ſeptẽ menſibus:ſperare Chriſtum,& tenere:natum cõfiteri, & in crucifixum credere: paruulum non negare, & virum gaudere regnãtem. Non facio vllam inter ſanctas fœminas differentiam, quod nonnulli
I inter ſanctos viros & eccleſiarum principes,ſtultè facere conſueuerũt:ſed illo tendit aſſertio,vt quarum vnus eſt labor,vnum & præmium ſit. Difficile eſt in maledica ciuitate,& in vrbe,in qua Roma. [5] orbis quondam populus fuit,[6] palmaq; vitiorum, ſi honeſtis detraherent, & pura ac munda maculârent,non aliquam ſiniſtri rumoris fabulam contrahere. Vnde quaſi rem difficillimam,& penè impoſſibilem optat propheta,potiuſquam pręſumit, Pſal.118. dicens: Beati immaculati in via,qui ambulant in lege domini. Immaculatos in via huius ſeculi appellat,quos nulla obſcœni rumoris aura maculârit:qui opprobrium non acceperint aduerſus proMatt.5. ximos ſuos. De quib[9] ſaluator in euangelio: Eſto,
Lucę.12. inquit,beneuolus:ſiue bene ſentiens de aduerſario tuo,dum es in via cum illo. Quis vnquam de hac muliere, qđ diſpliceret,audiuit,vt crederet? Quis credidit,vt nõ magis ſeipſum[7] malignitatis & infamiæ condemnaret? Ab hac primùm confuſa gẽtilitas eſt, dum omnibus patuit quæ eſſet viduitas Chriſtiana,quam & cõſcientia & habitu promittebat. Illæ enim ſolent purpuriſſo & ceruſſa ora depingere,ſericis nitere veſtib[9],ſplẽdere gemmis,aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis,[8] rubri maris precioſiſſima grana ſuſpendere, [9] fragrare muſco mure,maritos ita plãgere, vt tandem dominatu eorũ ſe caruiſſe lætentur,quærantq; alios:non quibus iuxta dei ſententiam ſer- Gene.3.
uiant,ſed quibus imperent. Vnde & pauperes eli- Col.3.
gunt,vt nomen tantum virorum habere videan- 1.Pet.3.
tur:qui patienter riuales ſuſtineant:ſi muſſitauerint,ilico proijciẽdi. Noſtra vidua talibus vſa eſt veſtibus,quibus arceret frigus, [10] nõ membra nudaret:aurum vſque ad anuli ſignaculũ repudiãs, & magis in ventribus egenorum,quàm in marſu pijs recondens. Nuſquam ſine matre. Nullũ clericorum, aut monachorũ (quod amplæ domus interdum exigebat neceſſitas)vidit abſque arbitris. Semper in comitatu ſuo virgines, ac viduas, [11] & ipſas graues fœminas habuit: ſciens ex laſciuia puellarum ſæpe de dominarum moribus iudicari:& qualis quęque ſit,talium conſortio delectari. Diuinarum ſcripturarũ ardor erat incredibilis: Sẽperq; cantabat: In corde meo abſcondi eloquia Pſal.118.
tua:vt non peccem tibi. Et illud de perfecto viro: Et in lege domini volũtas eius, & in lege eius me Pſal.1.
ditabitur die ac nocte. Meditationem legis nõ in L
replicando,quæ ſcripta ſunt,vt Iudæorum exiſtimant phariſæi,ſed in opere intelligẽs,iuxta illud Apoſtolicum: Siue comeditis,ſiue bibitis,ſiue qd 1.Cor.10.
agitis:omnia in gloriam domini faciẽtes. Et prophetæ verba,dicentis: A mandatis tuis intellexi: Pſal.118.
vt poſtquam mãdata cõpleſſet,tunc ſe ſciret mereri intelligentiam ſcripturarum. Quod & alibi legimus: Quia cœpit Ieſus facere & docere. Eru- Actuũ.1.
beſcit enim quãuis præclara doctrina,quam propria reprehendit cõſcientia. Fruſtraq; eius lingua prædicat paupertatem, & docet eleemoſynas,qui Crœſi diuitijs tumet: Viliq; opertus †pallio, [12] pu † operta.
gnat† cõtra tineas veſtium ſericarum. Moderata † pugnaieiunia,carnium abſtinentia: vini odor magis, q̃ bat.
guſtus: propter ſtomachum & frequentes infirmi 1.Timo.5.
tates. Raro procedebat ad publicum, & maximè nobilium matronarum vitabat domos:ne cogeretur videre quod contẽpſerat. Apoſtolorũ & martyrum baſilicas ſecretis celebrans orationibus,& quæ populorum frequentiam declinarent. Matri M
intantum obediens,vt interdum faceret,quod nolebat. Nam cùm illa ſuum diligeret ſanguinem,& abſque filijs & nepotibus, vellet in fratris liberos vniuerſa conferre:iſta pauperes eligebat, & tamẽ matri contraire non poterat:monilia,& quicquid ſupellectilis fuit,diuitibus peritura concedẽs,magisq; volens pecuniam perdere,quàm parẽtis animum contriſtare. Nulla eo tempore nobilium fœminarum nouerat Romæ propoſitum monachorum,nec audebat propter rei nouitatem,ignominioſum,vt tunc putabatur, [13] & vile in populis nomen aſſumere. Hæc ab Alexandrinis ſacerdotibus,papaq; Athanaſio,& poſtea Petro,qui perſequutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum Romã confugerant,vitam beati Antonij adhuc tunc viuentis,monaſteriorumq; in Thebaïde Pachumij, & virginum ac viduarum didicit diſciplinã. Nec erubuit profiteri,quod Chriſto placere cognouerat. Hanc multos poſt annos imitata eſt Sophronia,& aliæ: quibus rectiſſimè [14] illud Ennianum aptari poteſt: Vtinam ne in nemore Pelio. Huius amici-

A amicitijs fruita eſt Paula venerabilis. In hui⁹ cubiculo nutrita Euſtochium virginitatis decus, vt facilis æſtimatio ſit, qualis magiſtra, vbi tales diſcipulæ. Rideat forſan infidelis lector, me in mulierculārum laudibus immorari: qui ſi recordetur
Matt. 27. ſanctas fœminas, comites domini ſaluatoris, quæ
Ioan. 19. miniſtrabant ei de ſua ſubſtantia, & tres Marias ſtantes ante crucem, Mariamq; propriè Magdalenen, quæ ob ſedulitatem & ardorem fidei,[15] turritæ nomē accepit, & prima ante Apoſtolos, Chri-
Ioan. 20. ſtum videre meruit reſurgentem, ſe potius ſuperbiæ, quàm nos condēnabit ineptiarum: qui virtutes nō ſexu, ſed animo iudicamus: contēptęq; nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriā ducimus.
Ioan. 19. Vnde & Ieſus Ioannem Euangeliſtā amabat plurimum: qui propter generis nobilitatem erat no-
Ioan. 18. tus pontifici, & Iudæorum inſidias non timebat: intantum, vt Petrum introduceret in atrium, & ſtaret ſolus Apoſtolorum ante crucem: matremq; ſaluatoris [16] in ſua reciperet, vt hæreditatem virginis domini, virginem matrem filius virgo ſuſci
B peret. Annis igitur plurimis ſic ſuā trāſegit ætatem, vt ante ſe vetulam cerneret, quam adoleſcentulam fuiſſe meminiſſet: laudās illud Platonicū, qui philoſophiam [17] meditationem mortis eſſe dixit. Vnde & noſter Apoſtol⁹: [18] Quotidie morior
† per. propter † veſtram ſalutem. [19] Et dominus iuxta
Matt. 10. antiqua exemplaria: Niſi quis tulerit crucem ſu-
Luc. 14. am quotidie, & ſequutus fuerit me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Multoq; antè per prophetā
Roma. 8. ſpiritus ſanct⁹: Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Et poſt mul-
« tas ætates illa ſententia: Memento ſemper diem
« mortis, & nunquā peccabis. [20] Diſertiſſimiq; præceptum Satyrici: Viue memor lœti, fugit hora, hoc quod loquor, inde eſt. Sic ergo (vt dicere cœperamus) ætatem duxit: & vixit: vt ſemper ſe crederet eſſe morituram. Sic induta eſt veſtibus, vt
Roma. 12. meminiſſet ſepulchri, [21] offerens hoſtiam rationabilem, viuam, placentem deo. Denique cùm & me Romam cum ſanctis pōtificibus, Paulino & Epiphanio, Eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas: quorū
C alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit Eccleſiam, & verecundè nobilium fœminarum oculos declinarem: ita egit ſecundū Apo-
2. Tim. 4. ſtolum, importunè opportunè, vt pudorem meū ſua ſuperaret induſtria. Et quia alicuius tunc nominis eſſe exiſtimabar ſuper ſtudio ſcripturarū, nunquam conuenit, quin de ſcripturis aliquid interrogaret: nec ſtatim acquieſceret, ſed moueret econtrario quæſtiones, non vt contenderet: ſed vt quærendo diſceret earum ſolutiones, quas opponi poſſe intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid ſanctitatis, quid puritatis iuenerim, vereor dicere: ne fidem credulitatis excedam, & tibi maiorem dolorem incutiam, recordanti quāto bono careueris. Hoc ſolum dicā, quòd quicquid in nobis longo fuit ſtudio congregatum, & meditatione diuturna, [22] quaſi in naturam verſum, hoc illa, [23] libauit, hoc didicit, atq; poſſedit: ita vt poſt
ꝑfectionē noſtrā, ſi de aliquo teſtimonio ſcripturarum eſſet oborta contētio, ad illam iudicē pergeretur. Et quia valde prudens erat, & nouerat il-
« lud, [24] quod appellant philoſophi τὸ πρέπον, id eſt, decere quod facias. Sic ad interrogata reſponde-

bat, vt etiam ſua non ſua diceret, ſed vel mea, vel D
cuiuſlibet alterius: vt in eo ipſo quod docebat, ſe diſcipulam fateretur. Sciebat enim dictū ab Apoſtolo: Docere autem mulieri non permitto, ne vi- 1. Timo. 2.
rili ſexui, & interdum ſacerdotibus, de obſcuris & ambiguis ſciſcitantibus, facere videretur iniuriā. In noſtrum locum ſtatim audiuimus te illius adhæſiſſe conſortio, & nunquam ab illa [25] ne tranſuerſum quidem vnguē, vt dicitur, receſſiſſe. Eadem domo, eodem cubiculo vſam, vt omnibus in vrbe clariſſima notum fieret, & te matrem, & illā filiam repperiſſe. Suburban⁹ ager vobis pro monaſterio fuit, &[26] rus electum pro ſolitudine. Mul tóque ita vixiſtis tempore, vt ex imitatione veſtri, conuerſatione multarum gauderemus Romā factam Hieroſolymam. Crebra virginum monaſteria, monachorum innumerabilis multitudo, vt pro frequentia ſeruientium deo, quod prius ignominiæ fuerat, eſſet poſtea gloriæ. Interim abſentiam noſtri mutuis ſolabamur alloquijs, & quod carne non poteramus, ſpiritu reddebamus. Sem-
per [27] obuiare epiſtolis, ſuperare officijs, ſalutatio E
nibus præuenire. Nō multum perdebat abſentia, quæ iugibus ſibi literis iungebatur. [28] In hac tranquillitate, & domini ſeruitute, hæretica in his prouincijs exorta tēpeſtas, cuncta turbauit: & in tantam rabiem concitata eſt, vt nec ſibi, nec vlli bonorum parceret. Et quaſi parum eſſet, hic vniuerſa mouiſſe, [29] nauem plenam blaſphemiarum Romano intulit portui. Inuenitq; [30] protinus patel- »
la operculum, & Romanæ fidei puriſſimum fon- »
tem, cœno lutoſa permiſcuere veſtigia. Nec mirū ſi in plateis & in foro rerū venalium, fictus ariolus ſtultorum [31] verberet nares, † [32] & obtorto fuſte † nates.
dentes mordentium quatiat: cùm venenata ſpurcáque doctrina Romæ inuenerit quos induceret. Tūc [33] librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio: [34] tunc diſcipulus ὁλοῖος, vere nominis ſui, ſi in talem magiſtrum non impegiſſet. [35] Tunc noſtrorum διδασκτικῶν contradictio, & phariſæorū turbata eſt ſchola. Tunc ſancta Marcella, quæ diu ſe cohibuerat, ne per æmulationē quippiā facere videretur, poſtquam ſenſit fidē Apoſtolico ore lau- F
datam, in pleriſque violari, ita vt ſacerdotes quoque, & nonnullos monachorum, maximeq; ſeculi homines, in aſſenſum ſui traheret: ac ſimplicitati illuderet epiſcopi, qui de ſuo ingenio cæteros æſtimabat, publicè reſtitit: malens deo placere, quàm hominibus. Laudat ſaluator in Euangelio villicū Luc. 16.
iniquitatis, quòd contra dominum quidem fraudulenter, attamen pro ſe prudenter fecerit. Cernentes hæretici de parua ſcintilla maxima incendia concitari: & ſuppoſitam dudum flammā, [36] iā ad culmina peruenīſſe: nec poſſe latere, quod multos deceperat, petunt & impetrant Eccleſiaſticas epiſtolas: vt communicantes Eccleſiæ diſceſſiſſe viderētur. Non multum tempus in medio, ſuccedit in pontificatum vir inſignis Anaſtaſi⁹, [37] quē diu Roma habere non meruit, [38] ne orbis caput ſub tali epiſcopo trūcaretur. Imò idcirco raptus atque tranſlatus eſt, ne ſemel latam ſententiam, precibus ſuis flectere conaretur. Dicente domino ad Hieremiam: Ne oraueris pro populo iſto, neq; Her. 7. 11.
depreceris in bonum. Quia ſi ieiunauerint, non &. 14.
exaudiam preces eorū. Et ſi holocauſta & victi-

G mas obtulerint, nō ſuſcipiam eas. In gladio enim & fame & peſtilentia ego conſumam eos. Dicas, quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hęreticorum hæc fuit principium: dum adducit teſtes, qui prius ab eis eruditi, & poſtea ab hæretico †correcti. fuerant errore correpti: † dū oſtendit multitudinem deceptorū, dum impia πρὶ ἀρχῶν ingerit volumina, [19] quæ emēdata † manu ſcorpij monſtrabantur: dum acciti frequentibus literis hæretici, vt ſe defenderent, venire nō ſunt auſi: tantaq; vis conſcientiæ fuit, vt [magis] abſentes damnari, q̄ præſentes coargui maluerint. Huius tam glorioſæ victoriæ origo Marcella eſt: tuq; [40] caput horum & cauſa bonorum, ſcis me vera narrare: quæ noſti, vix de multis pauca me dicere, ne legenti faſtidium faciat odioſa replicatio, & videar apud maleuolos ſub occaſiōe laudis alterius ſtomachū meum digerere. Pergam ad reliqua. De Occidentis partibus ad Orientem turbo tranſgreſſus, minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc im- Lucæ.18. pletum eſt: Putas veniens filius hominis fidem inueniet ſuper terram? Refrigerata charitate multorum, pauci qui amabant fidei veritatem, noſtro H lateri iungebantur, quorum publicè petebatur caput: contra quos opes omnes parabantur, ita [41] vt Barnabas quoque duceretur in illam ſimulationem: imò apertum parricidiū, quod non viribus, ſed voluntate commiſit. Et ecce vniuerſa tempeſtas domino flante deleta eſt, expletumq; vatici- Pſal.103. nium prophetale: Auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. In illa Pſal.145. die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud Lucæ.12. Euangelicum: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem pręparaſti, cuius erunt? [42] Dū hæc aguntur in Iebus, terribilis de Occidente rumor affertur, obſideri Romam, & auro ſalutem ciuium redimi: ſpoliatóſque rurſum circundari, vt poſt ſubſtantiam, vitam quoque perderent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictātis. Capitur vrbs, quæ totum cepit orbem: imò fame perit antequam gladio, & vix pauci qui caperentur inuenti ſunt. Ad nefandos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua inuicem mēbra laniarunt, I dum mater non parcit lactenti infantiæ: & recipit vtero, quem paulò antè effuderat. [43] Nocte Moab capta eſt, nocte cecidit murus eius. Deus, Pſal.78. venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerūt templum ſanctum tuum. Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam: poſuerunt cadauera ſanctorum tuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorum ſicut aquam in circumitu Hieruſalem, & non erat qui ſepeliret. [44] Quis cladem illius noctis, quis funera fando Explicet, aut poſſit lachrymis æquare dolorē? Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos, Plurima perq; vias ſparguntur inertia paſſim Corpora, perque domos, & plurima mortis imago. Cùm interim, vt in tanta confuſione rerum, Marcellæ quoque domum cruentus victor ingreditur. Sit mihi fas audita loqui, imò à ſanctis viris viſa narrare, qui interfuere præſentes, qui te dicunt in periculo quoque ei fuiſſe ſociatam. Intrepido vultu excepiſſe dicitur introgreſſos. Cumq; poſceretur aurum, & defoſſas opes vili excuſaret tunica, non tamen fecit fidem voluntariæ paupertatis. Cæſam fuſti- K bus flagelliſq;, aiunt non ſenſiſſe tormēta: ſed hoc lachrymis, hoc pedibus eorum proſtratam egiſſe, ne te à ſuo conſortio ſepararēt: ne ſuſtineret adoleſcentia, quod ſenilis ætas timere non poterat. Chriſtus dura corda molliuit, & inter cruentos gladios inuenit locum pietas. Cunq; & illam & te ad Apoſtoli Pauli baſilicam barbari deduxiſſent, vt vel ſalutem vobis oſtenderēt, vel ſepulchrum: in tantam læticiam dicitur erupiſſe, vt gratias ageret deo, quòd te integram ſibi reſeruaſſet: quòd pauperem illam non feciſſet captiuitas, ſed inueniſſet: quòd egeret quotidiano cibo: quòd ſaturata Chriſto, nō ſentiret eſuriem: quòd & voce & opere loqueretur, Nuda exiui de vtero matris meæ, Iob.1. nuda & redeam. Sicut domino viſum eſt, ita & factum eſt: Sit nomen domini benedictum. Poſt aliquot dies, †ſano, integro, vegetoq; corpuſculo ob- †menſes. dormiuit in domino: & te paupertatulæ ſuæ, imò per te pauperes reliquit hæredes, claudens oculos in manibus tuis, reddens ſpiritum in tuis oſculis, dum inter lachrymas tuas illa rideret cōſcientia† †conſcia. vitæ bonæ, & præmijs futurorum. Hæc tibi Marcella venerabilis, & tibi Principia filia, vna & bre L ui lucubratione dictaui, nō eloquij venuſtate, ſed voluntate in vos animi gratiſſimi, & deo & legentibus placere deſiderans.

SCHOLIA.

1 IOrtaris ſpōte currētem.) Prouerbialiter dictum eſt, vbi quis eum incitat, qui ſatis ardet ſua ſponte. Addit ſe dolere, quòd incitetur tātopere, quaſi grauatim alioqui facturus. 2 Stēmata per proconſules.) Stemmata ſunt inſignia nobilium, imagines, ſtatuæ, coronæ. Erat hæc ex proconſulibus, & prætorio præfectis progenita. Stēmata. 3 Suaſq; lōgæuus.) Id eſt, ſenex. Hac ſpe complures puellæ nubunt ſenibus, vt illis extinctis, nubant iam diuites cui velint. 4 Maritum quærerem.) Quaſi ſenex non ſit maritus, quippe non idoneus gignendis liberis.

5 Orbis populus fuit.) Quòd nulla illic nō eſſet prouincia. 6 Palmaq; vitiorum.) Id eſt, nuſquam plura vitia.

7 Malignitatis & infamiæ.) Malignitas opponitur candori, cū ſiniſtrè & iniquè interpretamur. Infamiā poſuit pro infamatione, hoc eſt, illata famæ nota. Malignitas. Infamia. 8 Rubri maris.) Nam illic potiſſimū naſcunt margarita, quæ grana vocat ob ſimilitudinem, quòd in cōchis ceu grana reperiantur. Sic & Horatius baccas vocat, niſi fortè pro granis, mauis germina. M

9 Fragrare muſco mure.) Hūc alias peregrinum murem vocat, cuius odor & hodie in delitijs eſt. Quidam habebant, murice, ſed mendoſè. Legendū arbitror, vel muſco, vel mure. Nā muſc⁹ Græcis paruū murē ſignificat, μυσκος à μῦς. Muſcus. Quòd ſi probas muſco mure: mure, addidit, ne de muſco acciperemus adhęrente ſaxis & arboribus. 10 Non membra nudaret.) De multicijs ſentit: quæ quoniam pellucebant, non tegebant corpus, ſed laſciuius oſtentabant. 11 Et ipſas graues.) Non quaſlibet viduas, ſed probatæ vitæ: quòd multæ eſſent, cum quibus non eſſet tutum habere conſuetudinē ei, quæ decreuiſſet caſtè viuere. 12 Pugnat contra tineas.) Quippe quæ in ſcrinijs tantum habeat veſtium ſericarum, vt vix poſſit à tineis defendere. 13 Et vile in populis.) Vile contemptum dixit, præſertim in populis, hoc eſt, Romæ, in maxima totius orbis frequētia. Nonnulli codices pro vile, habebant velatæ, ſed vile magis placet. 14 Illud Enniani aptari poteſt.) Significat moleſtiam quam attulerunt Origeniſtæ. Eſt autē initium carminis Enniani ex tragœdia Medea: in quo Medeæ optat pediſſequa, vt nunquā veniſſent in Colchidem argonautæ. Vſurpatur aliquoties à Cicerone, veluti prouerbiale, quoties ſentit originē mali hinc aut hinc profectam. Carmen integrum ſic habet: Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus cæſæ Cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes,

A trabes, Néve inde nauis inchoandæ exordium Cœpíſſet, quę nunc nominatur Argo,&c. Porrò verſus hos ob id adduxit,quòd hæreſis ea venerit in Italiam ab vltramarinis regionibus : ſicuti teſtatur alibi. A qua non fuit alienus Ruffinus. Nauim igitur eā,quæ aduexerat hæreticos,confert cum Argo naui,quæ aduexerat argonautas in perniciem Medeæ. Argo.

Magdalū. 15 Turritæ nomen accepit.) Magdalū enim Hebręis turris dicítur. Magdalenę,turrita,ſiue munita. 16 In ſua reciperet.)Sic erat ſcríptum in vetuſtis & minus deprauatís exemplaribus:atque ita legūt Græci,εἰς τὰ ἴδια,id eſt,in propria:quaſi dicas,in numerum rerum ſuarum. Quanquam ad ſenſum nō admodum refert,ſuam legas,an ſua. 17 Meditationem mortis.)Nam mors abducit animam à corpore:& philoſophia abducit animum à rebus corporeis ac ſenſibilibus,ad intelligibilia & æterna . Vnde fit,vt animus philoſophi aſſuetus abeſſe à corporeis rebus & affectibus , non admodū inuitus auellat à corpore,cùm mors aduenerit. Quod Chriſtiani quoque vocant commori Chriſto. 18 Quotidie morior pro veſtra ſalute.)In epiſtola ad Corinthios prima,cap.xv. Ex Grecorum ſcholijs apparet hunc locum bifariām legi:νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id eſt , per noſtram gloriam,vt intelligas Paulum iurare per ſuam gloriam, qua gloriabatur in prædicatione Euāgelij. Et,διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν,id eſt,propter veſtram gloriam:hoc eſt,vt poſſi-

B tis gloriari de Chriſto,quòd illius ſitis & vos. Hieronymus videtur pro καύχησιν legere σωτηρίαν. Porrò noſter Apoſtolus dixit,propter Platonem ethnicum, quem modo citauerat. 19 Et dominus iuxta antiqua exēplaria.)In hoc loco nulla varietas eſt in exemplaribus,niſi quòd Lucas addit, quotidie. Vnde conijcio hæc verba,iuxta antiqua exēplaria, referenda eſſe ad locum Pauli , vt legamus ad hunc modum: quotidie morior pro veſtra ſalute , iuxta antiqua exemplaria:Et dominus &c. Niſi fortè lector aliquis videns aliter citari à Hieronymo , quàm vulgata habeat æditio , addidit in marginaliſpatio,iuxta antiqua exēplaria:eaq; verba pòſt ſcriba parum attentus,in cōtextum retulit. 20 Diſertiſſimiq; præceptum Satyrici.)Nempe Perſij , quo videtur impendio delectatus Hieronymus. 21 Offerens hoſtiam rationabilem.)Quòd immolaret ſeipſam, veluti non pecudem brutā, ſed victimam rationalem λογικὴν , vt admonuimus aliâs.

22 Quaſi in naturam verſum.)Ariſtoteles ſcripſit aſſuetudinem,velut alteram eſſe naturam. Hoc ſoli contigit Hieronymo,vt diuinas ſcripturas penitus imbiberet & inculcaret. Cæteri ferè Latini ſcribendo didicerunt. 23 Libauit, didicit.)Mirè ſeruauit gradus . Libamus deguſtantes:diſcimus quod iam probauimus:poſſidemus,quod memoriæ infiximus. 24 Quod appellant philoſophi τὸ ὡρέπον.)Id

C eſt decens ſiue decorum. Eſt autem caput artis,vt inquit Fabius , decere quod facias . Sunt enim quædam eiuſmodi , vt neminem deceant , niſi certum hominem : vt eleganter docet Quintilianus capit. de pronunciatione. 25 Ne tranſuerſum quidem vnguem.)Id eſt,ne minimo quidem ſpatio: quod alijs verbis dicunt , pedem latum, & vnguem latum.

26 Rus electum.)Nō quoduis rus,ſed electum:quod maximè ſemotum eſſet ab hominum frequentia. Ab huiuſmodi ſeceſſibus omnia ferè monaſteria nata ſunt. 27 Obuiare epiſtolis.)Obuiare,pro obuiabat , ἑτέρωσις eſt, vt ſit modus verbi pro modo . Aut obuiare ſolet , vt ſit eclipſis. 28 In hac tranquillitate.) Hic aperit , quod paulò ſuperius dixit opertius , vtinam ne in nemore Pelio. 29 Nauim plenam blaſphemiarū.)Prouerbialiter dictum eſt. Sic enim Homerus Iliados τ. ἐσὶ γὰ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσεσθαι, πολλὰ μάλ' ὀυδ' ἄν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο. Lucianus ſimili figura dixit,ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν,id eſt

« tota plauſtra conuiciorum. Nam id Græcè ſonat βλασφημία. 30 Protinus patella operculum.) Et hoc prouerbiū

« eſt,quod alibi ſic extulit:Dignum patella cooperculum,cùm diſcipulus contingit dignus præceptori:cuiuſmodi eſt & il-

« lud, Similes habēt labra lactucas. 31 Verberet nares.) Circulatores & ſcurræ circumforanei,fingunt inſpecta manu ſe diuinaturos:deinde non obſeruanti & alibi intento, pugnum in nares impingūt,atq; ita riſum mouent populo. Quanquā

tolerarí poteſt,quod in pleriſq; codicibus habetur, verberat D nates. Lucianus enim in libello de morte peregrini,ſignificat illum aliquādo fuiſſe circulatorem,dum viciſſim & ipſe nates aliorum ferula verberat & verberatur. 32 Et obtorto fuſte.)Iubebat vt quiſpiam fuſtem morderet,velut & hoc ad diuinationem pertineret : deinde intorquebat apprehenſum dentibus,non ſine magno malo tenentis. 33 Librorū περὶ ἀρχῶν.)Id eſt,de principijs. Nā hic titulus eius operis quod ab Origene ſcríptum verterat Ruffinus. Hic palàm oſtendit ſe de Ruffino & illius factionis cæteris loqui. 34 Tunc diſcipulus ὄλβιος.)Id eſt,beatus . Notat,neſcio quem:ipſum, opinor Ruffinū,qui in eam hæreſim inductus eſt à magiſtro quopiam. Vnde ſubijcit,verè ſui nominis,id eſt, verè beatus, niſi incidiſſet in magiſtrum hæreticū . Síquidem impegiſſet dixit,pro incidiſſet. 35 Tunc noſtrorū διαλήψων contradictio.)Quidam codices ita ſcriptū habebant,quę vox nihil ad hunc locum facit. Fortaſſe legendū , noſtrorum διαλλαγῶν contradictio. Diallage conciliatio eſt,ſiue amicitia,ſeu fœdus:vt intelligas Hieronymum non agnouiſſe amicū aut collegam Ruffinum:ſic enim ille vocabat hunc, poſteaquam ſenſiſſet eum cum hæreticis conſpiraſſe. In nōnullis erat διδακτικῶν,quod epitheton Paulus tribuit epiſcopis , ob docendi munus. Idq; mihi quoq; maximè probatur , præſertim cùm ſequatur protinus,phariſæorū ſchola. 36 Iam ad culmina.)Clanculum ſupponitur ignis: deinde paulatim inua- E leſcens,occupat ſumma tecta,quę culmina vocat. 37 Quē Culmina. diu Roma habere non meruit. Sedit enim tres annos & dies pauculos , cui ſucceſſit Innocentius, eius nominis primus.

38 Ne orbis caput.)Romam intelligit, quæ ſub Innocentio capta ac direpta fuit. 39 Quæ emendata manu ſcorpij.) Ruffinum, opinor,intelligit , propter latens venenum. Nā ſcorpius vi nocere nō poteſt,ſed obrepit: & cætero cor- Scorpius. pore innoxius,in cauda gerit venenū . Huiuſmodi fuit illorum doctrina,ſicuti clarius narrat in epitaphio Paulæ. Cæterum emendata dixit ἐιρωνικῶς, cùm manus emendatoris eſſet ſcorpius:hoc eſt,venenū. 40 Caput horum & cauſa bonorum.) Intexuit hemiſtichium Maronis, mutata vocula malorum,in bonorum. 41 Vt Barnabas quoq;.) Habes in epiſtola ad Galatas capite ſecundo , de ſimulatione Petri,cui Barnabas quoq; aſſenſus eſt,reſiſtente Paulo. Innuit Ruffinū prius amicum. 42 Dum hæc aguntur in Iebus.)Iebus eſt Iebus. Hieruſalē,eadem Salē,Solyma, & Helia. 43 Nocte Moab capta eſt.)Verba ſunt Eſaię capite decimoquinto:Quia nocte vaſtata eſt Ar,Moab conticuit . Eſt autem Moab ciuitas Moab. Arabiæ,ſic olim dicta ab vno filiorum Lot:poſtea mutatum eſt nomen Areopoli. Idem eſt vocabulum totius prouinciæ Moabiticæ:verum ipſa ciuitas nomen hoc ceu propriū poſſedit , dicta רַבָּה מוֹאָב rabba Moab , id eſt grandis Moab. F

44 Quis cladem illius noctis.) Verſus ſunt Maronis ex ſecundo Æneidos , cuius & illud hemiſtichium: Sit mihi fas audita loqui.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Paula & Euſtochium,quæ iam demigrarant in Bethlehē, his literis adhortantur Marcellam,nobilem fœminā,vt Roma,quam Babylonem vocant,relicta,ad loca ſancta ſeſe conferat,fruitura tot Chriſti monumētis. Stilus palam indicat, mulieres in hac epiſtola diui Hieronymi opera vſas fuiſſe.

PAVLA ET EVSTOchium Marcellæ,vt commigret Bethlehem.

MEnſuram charitas non habet,& impatiētia neſcit modum , & deſideriū non ſuſtinet. Vnde & nos oblitæ virium noſtrarum, & non quid poſſimus,ſed quid velimus tantum cogitantes,magiſtram cupimus docere diſcipulę:& vt eſt vulgare prouerbium: ' Sus artium repertricē. » Tu quę primā † ſcintillā noſtro fomiti ſubieciſti, †prima.

G quæ ad hoc ſtudium nos & ſermone hortata es,& exemplo,& quaſi gallina cõgregaſti ſub alas pullos tuos:nũc nos liberè abſque matre volitare patieris, & accipitris pauere formidinẽ, & ad omnẽ vmbram præteruolantium auium formidare? Igitur,quod ſolum abſentes facere poſſumus,querulas fundimus preces: & deſiderium noſtrum non tã fletibus,quam eiulatibus conteſtamur,vt Mãcellam noſtram nobis reddas,& illam mitem, illã ſuauem,illam omni melle & dulcedine dulciorem non patiaris apud eas eſſe rigidam, & triſtem rugare frontem,quas affabilitate ſua ad ſimile vitæ ſtudium prouocauit. Certe ſi ſunt meliora quæ poſcimus,non eſt impudens deſiderium. Si cũctæ ſcripturarum voces noſtrę ſententiæ congruunt, nõ facimus audacter,ad ea te prouocãtes,ad quæ tu nos ſæpiſſimè cohortata es. Prima dei vox ad Abrahã: Exi,inquit,de terra tua, & de cognatione tua,& vade in terram quam mõſtrauero tibi. Iubetur patriarchæ,ad quem primùm de Chriſto facta eſt repromiſſio: vt relinquat Chaldæos, relinquat [2] cõfuſionis vrbem,& [3] Rohoboth,id eſt, latitudinem eius:relinquat campum[4] Sennaar,in quo ſuperbię vſq; ad cœlũ erecta turris eſt:& poſt fluctus huius ſeculi,poſt flumina ſuper quæ ſederunt ſancti,& fleuerunt cùm recordarẽtur Sion, [5] poſt gurgitem grauem Cobar: de quo Ezechiel capillo verticis ſubleuatus, Hieruſalem vſq; trãſfertur:habitet terram repromiſſionis,quę [6] nõ rigat vt Aegyptus deorſum,† ſed deſurſum: nec facit [7] holera languẽtium cibos, ſed temporaneum & ſerotinum de cœlo expectat imbrem. Hæc terra montuoſa,& in ſublimi ſita:quantum à delitijs ſeculi vacat,tãto maiores habet delitias ſpiritus. Deniq; & Maria mater domini, poſtquam ad eã angeli facta eſt promiſſio, & vterum ſuum intellexit eſſe domum filij dei:derelictis campeſtribus ad montana perrexit. De hac vrbe, [8] allophylo quõdã hoſte ſuperato,& diabolicæ percuſſa [9] frõtis audacia, poſtquam ille in faciem corruit, exultantium animarum turba proceſſit: & concinens chorus decem milium,Dauid noſtri victoriã prędicauit. In hac angelus gladium tenens, & totam impietatis deuaſtans vrbem,[10] in Orne Iebuſæorum regis area templum domini deſignauit: iam tunc ſignificans Eccleſiam Chriſti,non in Iſraël, [11] ſed in gentibus conſurgentem. Recurre ad Geneſim,& Melchiſedec [12] regem Salem, huius principẽ inuenies ciuitatis:qui iã tunc in typo Chriſti panem & vinum obtulit,& myſteriũ Chriſtianum in ſaluatoris ſanguine & corpore dedicauit. Tacita forſitan mẽte reprehendes,cur non ſequamur ordinẽ ſcripturarũ, ſed paſſim: & vt quidq; obuiam venerit, turbidus ſermo perſtringat. Et in principio teſtatæ ſumus,dilectionem ordinem non habere, & impatientiam neſcire menſuram. Vnde & in Cantico canticorũ quaſi difficile pręcipitur:Ordinate in me charitatem:& nunc eadẽ dicimus:nos nõ ignoratione,ſed affectu labi. Dereq; vt multo ordinatiꝰ† aliquid proferamus,antiquiora repetenda ſunt. In hac vrbe, imò in hoc tunc loco,& habitaſſe dicit, & mortuus eſſe Adã. Vnde & locus in quo crucifixus eſt dominus noſter,caluaria appellatur:ſcilicet quòd ibi ſit antiqui hominis caluaria cõdita,vt ſecũdus Adã,[13] & ſanguis Chriſti de cruce ſtillans: primi Adam & iacentis protoplaſti peccata dilueret. Et tũc [14] ſermo ille Apoſtoli compleretur: Excitare qui dormis,& exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Quantos hæc vrbs prophetas,quantos emiſerit ſanctos viros, longum eſt recenſere. Totum [15] myſterium noſtrũ iſtius prouinciæ vrbisq; vernaculũ eſt. In tribus nominibus trinitatis demonſtrat fidem. Iebus,Salem,& Hieruſalem appellat, [16] Primũ nomẽ,calcata:[17] ſecũdum,pax: [18] tertiũ, viſio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finẽ, & poſt cõculcationem ad pacis viſionẽ erigimur: ex quo Solomõ,id eſt,pacificꝰ,in ea natus eſt, [19] & factus eſt in pace locus eius. Et in figura Chriſti, ſub etymologia vrbis, [20] dominus dominantiũ,& rex regũ nomen accepit. Quid referemus de Dauid & tota progenie eius, quæ in hac ciuitate regnauit. Quanto enim Iudæa cæteris prouincijs, tanto hæc vrbs cũcta ſublimior eſt Iudæa. Et(vt coactius diſſeramus)totius ꝓuinciæ gloria [21] metropoli vindicatur: & qcquid in membris laudis eſt,omne refertur ad caput. Iamdudum te cupiem tem in verba prorumpere, ipſi literarũ apices ſentiunt,& venientẽ cõtra,charta intelligit quæſtionem. Reſpõdebis quippe,& dices hoc olim fuiſſe, quãdo dilexit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob: & fuerunt fundamenta eius in montibus ſanctis:licèt & hæc poſſint altius interpretari. Poſtquàm vero conſurgentis domini vox illa pertonuit: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta: & ruinam eiꝰ flebiliter prophetauit, dicens:Hieruſalem Hieruſalem, quæ occîdis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt:quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti. Ecce dimittetur vobis domus veſtra deſerta: & poſtquam velum templi ſciſſum eſt, & circundata ab exercitu Hieruſalem,& dominico cruore violata, tunc ab ea angelorum præſidia & Chriſti gratiã receſſiſſe. Denique etiã Ioſephũ,qui vernaculus ſcriptor eſt Iudæorũ,aſſerere: illo tempore quo crucifixus eſt dominus, ex adytis templi virtutũ cœleſtium erupiſſe voces,dicentium: Tranſmigremus ex his ſedibus. Ex quibus & alijs apparere, vbi abundauit gratia,ibi ſuperabundaſſe peccatum: & poſtq; audierunt apoſtoli: Euntes docete omnes gentes. Et ipſi Apoſtoli dixerunt:Oportebat quidem vobis primùm annunciare verbũ dei:quoniam autẽ noluiſtis,ecce tranſimus ad gentes:tunc omne ſacramentum Iudææ, & antiquam dei familiaritatem per apoſtolos in nationes fuiſſe tranſlatam. Valida quidem quæſtio, & quæ poſſit etiam eos qui ſcripturarum aliquid attigerunt, concutere: ſed perfacilè ſoluitur. Nũquam eam fleret dominus corruentem,niſi diligeret. Fleuit & Lazarũ, quia amabat eum. Et hoc tamen prima fronte cognoſcito,non loci,ſed hominum fuiſſe peccatum. Verum quia interfectio populi captiuitas ciuitatis eſt,propterea vrbẽ deletam, vt populus puniretur:ideo templum ſubrutũ,vt typicæ hiſtorię † tollerentur. Cæterum quantũ ad locum pertinet, per profectus temporũ multo nũc auguſtior eſt, quàm antè fuit. Venerabantur quondam Iudæi ſancta ſanctorum, quia ibi erant Cherubim, & propiciatorium, & arca teſtamenti,manna,virga Aaron,

Mat.23. Gene.12. Pſal.136. Eze.1.&.3 †dedeorſũ Ezec.34. & Oſee.6. Lucæ.1. 1.Reg.17. &.18. Gene.14. Cant.2. †Inordinatius. Mat.27. & Mar.15. & Luc.23. & Ioã.19. Epheſ.5. Pſal.75. Pſal.86. &.77. Pſal.86. Matt.23. Lucæ.13. Ioſephus. Rom.5. &.6. Matt.28. Acto.13. Lucæ.19. Ioan.11. †hoſtiæ. Exod.26.

A Aaron, & altare aureum. Nónne tibi venerabilius videtur ſepulchrum domini? Quod quotieſcunque ingredimur, toties iacere in ſindone cernimus ſaluatorem: & paululum ibidem cõmorantes, rurſum videm⁹ angelum ſedere ad pedes eius, & ad caput [22] ſudarium cõuolutum. Cuius ſepulchri gloria, multo antequã excideretur à Ioſeph, ſcimus Eſaiæ vaticinio prophetatum, dicentis: Et erit requies eius honor: quòd ſcilicet ſepulturę domini locus eſſet ab omnibus honorandus. Sed dicis, quomodo in Apocalypſi Ioannis legimus: Et occidet illos (haud dubium quin prophetas) beſtia quæ aſcendit ex abyſſo, & corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus, vbi & domin⁹ eorũ crucifixus eſt. Sic enim ait: Ciuitas magna, in qua crucifixus eſt dominus, nulla eſt alia niſi Hieruſalem. Vbi autem crucifixus eſt dominus, ſpiritualiter Sodoma appellatur & Aegyptus. Ergo Hieruſalẽ Sodoma eſt & Aegyptus, in qua B crucifixus eſt dominus. Primùm te ſcire volum⁹, omnem ſanctam ſcripturã non poſſe ſibi eſſe contrariam, & maximè vnum aduerſum ſe nõ diſcrepare librum: & vt plus adijciamus, eundum eiuſdemq; libri locum in Apocalypſi, de qua nunc teſtimonium protuliſti, ante decem circiter verſiculos ſcribitur: Surge & metire templum dei, & altare, & adorantes in eo. Atrium autẽ quod eſt foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum eſt gentibus: & ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus. Si enim Apocalypſis multò poſt paſſionem domini ſcripta eſt à Ioãne, & in ea Hieruſalem ſancta ciuitas appellatur, quomodo rurſum ſpiritualiter Sodoma vocatur & Aegyptus? Nec ſtatim potes dicere, ſanctam dici Hieruſalem cœleſtem quę futura eſt, & Sodomam quę corruit appellari, quia de futura dicitur, quòd beſtia quæ aſcẽſura eſt de abyſſo, faciet aduerſus duos prophetas bellum, & vincet illos & occidet, & corpora eorum iacebunt in platea ciuitatis magnæ. De qua ciuitate & in fine eiuſdem libri ſcribitur: Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius & latitudo tanta eſt, quanC ta & altitudo: & menſus eſt ciuitatem de arundine aurea, per ſtadia duodecim milia. Lõgitudo & latitudo & altitudo eius æqualia ſunt. Et menſus eſt muros eius cẽtum quadragintaquatuor cubitorum menſura hominis, quæ eſt angeli. Et erat ſtructura muri eius ex lapide Iaſpide. Ipſa vero ciuitas auro mundo &c. Vbi quadrum eſt, ibi nec longitudo, nec latitudo appellari poteſt. Et quæ eſt iſta mẽſura, vt tanta ſit longitudo & latitudo, quanta altitudo eius, & muri de lapide Iaſpide: & tota ciuitas de auro mundo, & fundamenta & platea eius de lapidibus precioſis, & duodecim portę fulgentes margaritis? Cùm ergo hæc non poſſint carnaliter accipi (abſurdum quippe eſt, per duodecim milia ſtadiorum tantam ciuitatis longitudinem & latitudinem, quantam & altitudinem prędicari) ſpiritualiter intelligẽda ſunt ſingula: & ciuitas magna, quã videlicet prius ędificauit Caĩn, & nominauit eam ex vocabulo filij ſui, hic mundus intelligẽdus eſt, quem accuſator fratrum ſuorum diabolus, & fratricida Caĩn, periturus extruxit vitijs, ſceleribus cõdidit, iniquitate compleuit: quæ ſpiritualiter appellaſ Sodoma & Aegyptus. D De qua Sodoma ſcribitur: Reſtituet Sodoma in antiquum: quòd ſcilicet ita reſtituendus ſit mundus, vt ante fuit. Nec enim poſſumus credere rurſum ædificandam Sodomam & cæteras, Gomorram ſcilicet & Adamam & Seboĩm, ſed in perpetuos cineres relinquẽdas. Aegyptum autem nun- Aegyptus, quam pro Hieruſalem legim⁹, ſed ſemper pro hoc hic mũdus mundo. Et quia longum eſt de ſcripturis innumerabilia exempla cõgerere, vnum teſtimoniũ proferamus, vbi manifeſtiſſimè mundus hic Aegyptus appellatur. In epiſtola canonica Iudas Apoſtolus frater Iacobi ſcribit, dicẽs: Commonere autem vos volo, ſciẽtes ſemel omnia, quoniam Ieſus populũ de terra Aegypti ſaluans, ſecundò eos qui nõ crediderũt perdidit. Et ne putares de Ieſu dici filio Naue, ſtatim ſequitur: Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatũ, ſed dereliquerunt ſuum domiciliũ, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit. Et vt credas vbicunque ſimul Aegyptus & Sodoma & Gomorra nominantur, non loca, ſed mundũ hunc interpre- E tari, ſtatim ſubiungit exemplum: Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates, ſimili modo fornicatæ: & abeuntes poſt carnem alterã, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Et quid neceſſe eſt plura cõquirere, cùm poſt paſſionem & reſurrectionem domini Matthæus Euangeliſta cõmemoret: Et petræ ſciſſæ ſunt, & ſepul- Matt. 27. chra aperta, & plurima corpora dormientiũ ſanctorum ſurrexerunt: & egredientes de ſepulchris poſt reſurrectionem ſuam ingreſſi ſunt ſanctã ciuitatem, & apparuerunt multis. Nec ſtatim Hieroſolyma cœleſtis, ſicut plerique ridiculè arbitrantur, in hoc loco intelligitur, cùm ſignum nullum eſſe potuerit apud homines domini reſurgentis, ſi corpora ſanctorũ in cœleſti Hieruſalem viſa ſũt. Cùm ergo & euangeliſtę, & omnes ſcripturę Hieroſolymam ſanctam nominent ciuitatem: & pſalmiſta præcipiat, vt adoremus in loco, vbi ſteterũt Pſal. 131. pedes eius, ne patiaris eam appellari Sodomam & Aegyptum, per quam dominus iurare vetat, quia Matt. 5. ſit ciuitas magni regis. Maledictã terrã nominãt, quòd cruorem domini hauſerit. Et quomodo be- F nedicta loca putant, in quibus Petrus & Paulus, Chriſtiani exercitus duces, ſanguinem fudêre pro Chriſto? Si ſeruorum & hominũ glorioſa profeſſio eſt, cur domini & dei non ſit glorioſa cõfeſſio? Et martyrum vbiq; ſepulchra veneramur, & ſanctam fauillã oculis apponentes, ſi liceat etiam ore contingimus: & monumẽtum in quo dominus cõditus eſt, quidam exiſtimant negligendum? Si nobis non credimus, credamus ſaltem diabolo & angelis eius: qui quotieſcunq; ante illud de obſeſſis corporibus expelluntur, quaſi in conſpectu tribunalis Chriſti ſtantes cõtremiſcunt, rugiunt & ſe †† ſerò. dolent crucifixiſſe, quẽ timeãt. Si poſt paſſionem Chriſti (vt ſcelerata vox concrepat) hic deteſtabilis locus eſt: quid ſibi voluit Paulus Hieroſolymã Acto. 20. feſtinare, vt ibi faceret Pẽtecoſten? Qui retinẽtibus ſe locutus eſt, dicẽs: Quid facitis flentes & cõ Acto. 21. turbantes cor meum? Ego enim nõ ſolũ ligari, ſed & mori in Hieruſalẽ paratus ſum pro nomine domini Ieſu. Quid cęteri ſancti & illuſtres viri, quorum vota & oblationes poſt prędicationẽ Chriſti

ad fratres,

Scripturarum cõcordia.

Apoc. 11.

Apoc. 11. 13. & ſeq.

Apoc. 11.

Apoc. 21.

Gene. 4.

Apoc. 12.

G ad fratres,qui erant Hierosolymis, deferebantur? Longum est nunc ab ascensu domini vsq; ad prę-sentem diem per singulas ætates currere, qui epi-scoporum, qui martyrum,qui eloquentium in do ctrina ecclesiastica virorum venerint Hierosoly-mam,putantes minus se religionis,minus habere scientiæ: [23] nec summam (vt dicitur) manum ac-cepisse virtutum , nisi in illis Christū adorassent locis, de quibus primum Euangelium de patibu-lo coruscauerat. Certe etiam si præclarus orator, reprehendendum nescio quem putat, quòd literas Græcas [24] non Athenis,sed Lilybæi:Latinas non Romę,sed in Sicilia didicerat: quòd videlicet vna quęque prouincia habeat aliquid proprium,quod alia æque habere non possit , cur nos putamus [25] absque Athenis nostris quenquam ad studiorum fastigia peruenisse? Nec hoc dicim9, quòd renua-
Lucæ.17. mus regnum dei intra nos esse , & sanctos viros etiam in cæteris esse regionibus,sed quò hoc asse-ramus, vel maximè eos qui in toto orbe sunt pri-mi,huc pariter congregari : ad quæ nos loca non
H vt primi,sed vt extremi venim9 , vt primos in eis omnium gentium cerneremus . Certè flos quidā & preciosissimus lapis inter ecclesiastica ornamē ta , monachorum & virginum chorus est . Qui-cunque in Gallia fuerit primus,huc properat. Di uisus ab orbe nostro Britannus, [26] si in religione processerit,occiduo sole dimisso, quærit locum fa ma sibi tantum & scripturarum relatione cogni-tū.Quid referamus Armenios,quid Persas,quid Indiæ, quid Aethiopum populos , ipsamq; iuxta
Monacho rū in Oriē te istituta. Aegyptum, [27] fertilem monachorum , Pontum, & Cappadociam, [28] Syriam Cœlen , & Mesopo-tamiam, cunctaq; Orientis examina ? Quæ iux-
Matt.24. ta saluatoris eloquium, dicentis: Vbicunque fue-rit corpus,illuc congregabuntur aquilæ : concur-runt ad hæc loca , & diuersarum nobis virtutum specimen ostēdunt. Vox quidem dissona, sed vna religio. Tot penè psallentium chori, quot gentiū diuersitates . Inter hæc , quæ vel prima in Chri-stianis virtus est , nihil arrogant sibi de [29] conti-nentia supercilij.Humilitatis inter omnes cōten-
Marc.9. tio est. Quicunque nouissimus fuerit, hic prim9
I putatur.In veste nulla discretio,nulla admiratio. Vtcūque placuerit incedere , nec detractionis est, nec laudis. Ieiunia quoque [30] neminem subleuāt, nec defertur inediæ , nec moderata saturitas con-demnatur.[31] Suo domino stat vnusquisque aut ca dit . Nemo iudicat alterum , ne à domino iudice-tur.Et quod in plerisque prouincijs familiare est, vt genuino dente se lacerent,hìc penitus non ha-betur . Procul luxuria, procul voluptas:tanta in ipsa vrbe orationū loca,vt ad ea peragranda dies sufficere non possit. Verum vt ad villulam Chri-sti , & Mariæ diuersorium veniamus (plus enim laudat vnusquisque quod possidet) quo sermone, qua voce speluncam tibi possumus saluatoris ex-ponere ? Et illud præsepe , in quo infantulus va-gijt, silentio magis , quàm infimo sermone hono-randum est. Vbi sunt latæ porticus ? Vbi aurata laquearia? Vbi domus [32] miserorū pœnis,& dam-natorum labore vestitæ? Vbi instar palatij opib9 priuatorum extructæ basilicæ , vt vile corpuscu-lum hominis precioſius inambulet, & quasi mun do quicquam possit esse ornatius, tecta magis sua

velint aspicere, quàm cœlum? Ecce in hoc paruo K terræ foramine, cœlorum conditor natus est: hìc inuolutus pānis,hìc visus à pastoribus,hìc demō-stratus à stella:hìc adoratus à Magis . Et hic pu-to locus sanctior est Tarpeia rupe , quæ de cœlo sæpius fulminata ostēdit , quòd domino displice-ret. Lege Apocalypsim Ioannis,& [33] quid de mu-liere purpurata, & scripta in eius fronte blasphe-mia , septem montibus , aquis multis,& Babylo-
Esaiæ.52. nis cantetur exitu , contuere . Exite , inquit do-
Apoc.18. minus, de illa populus meus,& ne participes sitis delictorū eius,& de plagis eius nō accipiatis.[34] Ad Hieremiā quoq; regrediēs scriptū pariter attēde,[35] Fugite de medio Babylonis,& saluate vnusquisq; Hiere.51. animam suam.Cecidit enim,cecidit Babylon ma gna,& facta est habitatio dæmonum , & custodia spiritus immundi . Est quidem ibi sancta Eccle-sia, sunt trophæa apostolorum & martyrum : est Christi vera confessio , est ab Apostolo prædica-ta fides,& gentilitate calcata, in sublime se quoti-die erigens vocabulum Christianum,sed ipsa am bitio, potentia , magnitudo vrbis, videri & vide- L re,salutari & salutare,laudare & detrahere, vel au dire vel proloqui : & tantam frequentiam homi-num saltem inuitum videre , à proposito mona-chorum & quiete aliena sunt. Aut enim videmus venientes ad nos, & silentium perdimus:aut non videmus, & superbiæ arguimur. Interdúmque vt visitantibus reddamus vicem , ad superbas fores pergimus : & inter linguas rodentium ministro-rum, postes ingredimur auratos. In Christi vero (vt supra diximus) villula tota rusticitas , & ex-tra psalmos silentium est . Quócunque te verte-ris,arator stiuam tenens,alleluia decantat. Sudās messor psalmis se auocat , & curua attondens vi-tem falce vinitor, aliquid Dauidicum canit.Hæc sunt in hac prouincia carmina : hæ , vt vulgo di-citur, amatoriæ cantiones.Hic pastorum sibilus: hæc arma culturæ. Verum quid agimus,nec quid deceat cogitantes: solum quod cupimus , hoc vi-demus ? O quādo illud tempus aduenìet,cùm an-helus nuncium viator apportet , Marcellam no-stram ad Palæstinæ littus appulsam : & toti mo-nachorum chori , tota virginum agmina concre-
M pabunt ? Obuiam iam iamq; gestimus occurrere: & non expectato vehiculo , cocitum pedibus fer-re corpus . Tenebimus manus, ora cernemus : & à desiderato vix auellemur amplexu . Ergo ne erit illa dies , quando nobis liceat speluncam sal-uatoris intrare ? In sepulchro domini flere cum sorore , flere cum matre ? Crucis deinde lambere
Matt.24. lignum , & in oliueti monte cum ascendente do-mino , voto & animo subleuari ? Videre exire [34] Lazarum fascijs colligatum , & fluenta Iorda-nis [35] ad lauacrum domini puriora . Inde ad pa-storum caulas pergere, [36] in Dauid orare Mauso-leo ? Amos prophetam etiam nunc buccina pa-storali in sua conspicere rupe clangentem. [37] Ad Abraham Isaac & Iacob[38] trium quoque illustriū fœminarū, [39] vel tabernacula properare , vel me-morias? Videre [40] fontem, in quo à Philippo eu-nuchus est tinctus?[41] Samariam pergere,& Ioan-nis Baptistæ , Helisæi quoque & Abdiæ pariter cineres adorare ? [42] Ingredi speluncas , in quibus persequutionis & famis tempore prophetarum

agmina

A gmina ſunt nutrita? Ibimus ad Nazareth, & iuxta interpretationem nominis, eius florem videbimus Galilææ. Haud procul [43] inde cernitur Cana, in qua aquæ in vinū verſæ ſunt. [44] Pergemus ad Itabyriū & tabernacula ſaluatoris, non vt Petrus quondam voluit cum Moyſe & Helia, ſed cū patre cernemus & ſpiritu ſancto. Inde [45] ad mare veniemus Genezareth, & de quinq; & ſeptem panibus videbimus in deſerto quinq; & quatuor hominum milia ſaturata. Apparebit [46] oppidum Naim, in cuius portis viduæ filius ſuſcitatus eſt. Videbitur & Hermonim, & torrēs Endor, in quo ſuperatur Siſara. [47] Capharnaum quoque ſignorum domini familiaris, & omnis pariter Galilæa cernetur. Et tunc comitante Chriſto, cùm p [48] Silo & [49] Bethel & cætera loca, in quibus Eccleſiæ quaſi quædam victoriarū domini ſunt erecta vexilla, ad noſtram ſpelūcam redierimus, canemus iugiter, crebrò flebimus, indeſinenter orabimus, & vulneratæ iaculo ſaluatoris in commune dicemus: Inueni quē quæſiuit anima mea: tenebo eū, & non dimittam illum. Cant. 3.

B

SCHOLIA.

1 « SVs artium repertricem.) Id eſt, Mineruam. Græci ſic efferunt, ὗς τλὼ ἀθλώλω, id eſt, Sus Mineruā. Et aptè mulieres religioſæ ſunt vſæ periphraſi, ne viderentur ethnicū agnoſcere numen. 2 Cōfuſionis vrbem.) Babel enim confuſionem ſonat: vnde Babylon dicta. Babel. 3 Rohoboth.) רְחֹבוֹת ſiquidem Hebræis ſignificat plateas ſiue latitudines: vt intelligas viā latam, per quā multi eunt in perditionem. 4 Sennaar in quo &c.) Legis Geneſis capit. xj. Porrò שִׁנְעָר lingua Hebræorum ſonat, tœtor eorum: vt intelligas ſuperbia maximè deū offendi, vt cōtrà gratiſſimus odor eſt humilitas. Sennaar. 5 Poſt gurgitem grauē Chobar.) Grauē vocat, q illic captiu⁹ inter captiuos erat. 6 Nō rigat vt Aegyptus deorſum.) Negant in Aegypto pluere: ſed regionē irrigari Nilo, ſtatis anni vicib⁹ exundāte. Aegyptus. 7 Holera languētiū cibos.) Alluſit ad illud Paulinū: Qui infirm⁹ eſt, holus māducet. 8 Allophylo quōdā hoſte.) Allophylus Græcis alienigena eſt: ſentit aūt Philiſtæū à Dauid cōfectum. Vnde decantatū eſt in choris: Percuſſit Saūl mille, & Dauid decem milia. Legis primo Regū libro, capite decimooctauo. Allophyl⁹ 9 Frontis audacia.) Significat Goliad ſuperbum, à Dauid in fronte percuſſum. C 10 In Ornæ Iebuſæorū regis.) Dauid iuſſu domini per Gad, emit ab Orna aream, ibiq; conſtruxit altare domino: quo in loco poſtea condita Hieroſolyma, quondam Iebus dicta, à Iebuſæis qui eam incolebant. Sed his expulſis, Dauid eam totius Iudææ metropolim eſt fabricatus. Lege Paralipomenon, capit. xxj. Iebus. Hieruſalē 11 Sed in gentibus.) Quia alienam emit aream. 12 Regem Salem.) Quidam ita putant, olim Melchiſedec regem eius vrbis fuiſſe, quę tum dicta fuerit Salem: vnde & Hieruſalem. Eadem dicta fuit Iebus, à Iebuſæis. 13 Et ſanguis Chriſti de cruce ſtillans.) Hieronymus enarrans quintū caput epiſtolæ Paulinæ ad Epheſios, refert ſeſe hoc à quodam apud populum concionante audiſſe, remq; magno omnium aſſenſu fuiſſe exceptam, etiam ſi negat hoc cum cæteris Pauli verbis quadrare. 14 Sermo Apoſtolicus.) Incertum an Paulus è propheta ſumpſerit hæc verba, qui nō extet, an ipſe prophetico afflatus ſpiritu hæc dixerit. 15 Myſteriū noſtrum.) Id eſt Chriſtianorum. Vernaculum autem dicitur ei loco, quo natum eſt aliquid. Vernaculum. 16 Primum nomen, calcata.) Id enim Hebræis ſonat Iebus. 17 Secundum, pax.) Salem pacem ſonat Hebræorum lingua. 18 Tertiū, viſio pacis.) Hieruſalē. 19 Et factus eſt in pace locus eius.) Pſalmo ſeptuageſimoquinto, ſecūdum literam dictum eſt de ciuitate Hieruſalem, vt eum enarrans locum teſtatur Hieronymus. Apud Hebræos enim haberi: Et factum eſt in Salem vmbraculum eius. Siquidem in hac natus eſt Solomon, qui geſſit figuram Chriſti. 20 Dominus dominantium, & rex reg.) Hæc verba Paulus in epiſtola ad Timotheum prima, cap. vj. tribuit deo. 21 Metropoli vindicatur.) Id eſt, attribuitur. μητρόπολις autem primaria ciuitas, veluti mater omnium, non à menſura, vt putat Iſidorus. μητρόπολις. 22 Sudarium conuolutum.) Ioannes capite vigeſimo, oſtēdit ſudariū quo tectum fuerat caput, repertum fuiſſe ſeparatim à cæteris linteaminibus conuolutum. Quāquam hoc loco nonnulli codices habebant, caput ſudario conuolutum. 23 Summam, vt dicitur, manū.) Ita vocant perfectionem. Ab artificibus ſtatuarum ſumptum, qui primùm fingunt rude ſimulacrū, deinde dolant, poſtremo poliunt: quæ ſumma manus vocatur. Summa manus.

24 Non Athenis, ſed Libyæ.) Quædam exemplaria ſcriptum habebant, Lilybei. Neutrum admodum quadrat. Fortè legendum, Lileæ: quæ ciuitas eſt in Phocide. Athenæ ſunt in meditullio Græciæ: Phocenſes ita Græci ſunt, vt abſint ab Athenis, quemadmodum Roma germana eſt Italia: Sicilia Italia eſt veluti Græciſſans. 25 Abſque Athenis noſtris.) Ita vocat Hieroſolymam, vnde nata ſit Chriſtiana religio. Quod quidam non intelligentes, locum hūc ita deprauarūt in nonnullis codicibus, abſque Athenis quēquam noſtrum.

26 Si in religione proceſſerit.) Apparet hic Anglos eo tempore nuper Chriſti fidē accepiſſe, nec omnes adhuc fuiſſe Chriſtianos. Nā proceſſerit dixit, pro profecerit, & proiectior fuerit. Angli. E 27 Fertilem monachorum.) In hui⁹ enim ſolitudinibus maximi monachorum greges erant, vt oſtendimus alibi. 28 Syria Cœle.) Eſt campeſtris Syrię pars, quę cœle, id eſt, caua dicitur, Grœcè κοίλη. 29 Continentia ſupercilij) Continentiam vocat abſtinentiā à cibis & voluptatibus. Supercilium appellat arrogātiam, quę huiuſmodi ferè, quoniam ad ceremonias pertinent, comitari ſolent. Cōtinētia. Supcilium

30 Neminem ſubleuant.) Id eſt, nemini proſunt, ſi alioqui parū ſit pius. Et defertur in eundem ſenſum, dixit, id eſt, datur priuilegium, aut honos habetur. Hæc forma monachorum plurimum ab huius tēporis monachis abeſt, apud quos ab inæqualibus æqualia exiguntur: & ex his æſtimatur omnis ferè religio, atque ex his etiam leuioribus: puta cultu, aut colore. 31 Suo domino ſtat vnuſquiſq;.) Retulit verba Pauli, qui neminem voluit iudicari ex cibo, aut potu, aut ſimili re quapiā, quæ poſſit eſſe cōmunis bonis & malis. 32 Miſerorum pœnis.) Vel quòd ex proſcriptorum aut mulctatorum opibus ædificabantur: vel quòd damnati, in huiuſmodi ſubſtructionibus laborare cogebantur. 33 Quid de muliere purpurata.) Locus eſt in Apocalypſi capite decimoſeptimo, vbi propemodū, quiſquis is fuit, depinxit vrbem Romam ſub typo mulieris inſidentis beſtiæ, cui ſeptē erant capita, quæ ſeptem montes interpretatur. Roma autem ſepticollis eſt. Roma. F 34 Lazarum faſcijs colligatum.) Eſt in tribu Iuda, decimoquinto à Cæſarea lapide, Bethania, vbi mōſtrabantur aquæ ſalubres. 35 Ad lauacrum domini.) Fluuius eſt per ſe lympidus & amœnus & ſalubribus aquis, quādiu non miſcetur mari mortuo. Sed hunc puriorē factum imaginatur, poſtea quàm in eo baptizatus eſt dominus: quaſi nō amnis purgauerit Chriſtum, ſed Chriſtus amnem. Iordanis. 36 In Dauid orare Mauſoleo.) Id eſt, ſepulchro. Hæc erant loca, quæ tum in Iudæa oſtendebantur, veterum ſanctorum & Chriſti veſtigijs inſignia. 37 Ad Abraham, Iſaac.) Horū ſepulchra oſtendebantur in Arbe, quæ eadem dicitur Chebron. Eſt in tribu Iuda. Sepulchra patriarcharum. 38 Trium quoque illuſtrium fœminarum.) Ni fallor, intelligit Iudith, Heſter, & Debborā. Ni ſentit Saram, Rebeccam, & Liam: quæ in eodē ſepulchro cum tribus patriarchis ſitæ fuerunt, quemadmodum legimus Geneſeos quadrageſimonono. 39 Vel tabernacula, vel memorias.) Oſtendebatur quercus Abrahæ vſque ad Conſtantini principis imperium, & Mauſoleum eiuſdem in Chebron: de quo ſuprà meminimus. Ea abeſt ab Helia duobus & viginti fermè milibus paſſuum. Hic cùm Eccleſiam extruxiſſent Chriſtiani, tamen à finitimis gētibus Terebinthus ſupſtitioſè colebat, quòd ſub ea arbore angelos accepiſſet hoſpitio. Rurſus ſecūdo ab hac Terebintho lapide, oſtēdebatur Abrahæ quercus.

G debatur tabernaculũ Abrahæ. 40 Fontem in quo à Philippo.) Iuxta Bethſuram in tribu Beniamin, oſtendebatur fons è terra bulliẽs,qui ab eadem abſorbebatur terra:in quo Eunuchum Candacis reginę à Philippo baptizatum putant: cuius rei mentio fit in Actis apoſtolicis. 41 Samariã pergere.)Quæ poſtea Sebaſte dicta eſt.In hac habebantur reliquiæ Ioannis Baptiſtæ, & cæterorum,quos hic memorat.

Sebaſte.

42 Ingredi ſpeluncas.) Nam id accidit in Samaria. Hiſtoria refertur tertio Regum libro,capite xviij. 43 Inde cernitur Cana.)Eſt in tribu Aſſur in Galilæa gentium.Nam eſt & altera eiuſdem nominis, non eiuſdem cognominis.

44 Pergemus ad Itabyrium.)Hunc ita ſeptuaginta verterunt. Thabor mons eſt in medio Galilææ, mira rotunditate ſublimis. In hoc tranſfigurauit ſe Ieſus:& Petrus errãs, dixit:Domine,faciamus hic tria tabernacula. 45 Ad mare veniemus Genezareth.) Nam iuxta hoc legitur id miraculi peractum. 46 Oppidũ Naïm.) Aberat à monte Thabor duobus paſſuum milibus ad meridiem.Hermon & Endor fontes, haud procul abſunt à monte Thabor. Hiſtoria refertur Iudicum capi.iiij. de Siſara deuicto à Iahel & Debora. 47 Capharnaum quoque.) Oppidũ eſt haud procul à ſtagno Genezareth in Galilæa, vbi dominus complura prodidit miracula:& idcirco ſubiecit:Et omnis pariter Galilæa.Nam in hac plurima commonſtrabãtur Chriſti veſti-
H gia. 48 Silo.)Huc miſit cæcum, vt reciperet oculos:quo loco poſtea conſtructa eſt Eccleſia. 49 Bethel.)Hic dormiuit Iacob,cùm iret Meſopotamiam:quo loco poſtea conſtructa eſt ædes ſacra, vt alibi teſtatur Hieronymus. Nam Bethel ſonat domus dei.

Thabor.

Naïm.

Capharnaum.

Bethel.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Marcellam viduam, iam monachorũ inſtitutum ſequentem,hortatur, vt Roma relicta, Bethlehem ſe conferat:per contentionem oſtendens,& quãtum habeat Roma moleſtiarum, & quãtum commoditatũ habeat rus Bethlehemiticũ.

HIERONYMVS MARcellam inuitat ad rus Bethlehemiticum.

AMbroſius,[1] quo chartas, ſumptus, notarios miniſtrãte,tam innumerabiles libros vere[2] Adamantius[3] & Chalcenterus noſter explicauit in quadam epiſtola, quam ad eundẽ de Athenis ſcripſerat:refert nunquam ſe cibum Ori
I gene præſente ſine lectione ſumpſiſſe: nunquam iniſſe ſomnum, niſi vnus è fratribus ſacris literis perſonaret.Hoc diebus egiſſe vel noctibus, vt & lectio orationem excipéret, & oratio lectionem. Quid nos vẽtris animalia tale vnquam fecimus? Quos ſi vel ſecunda hora legentes inuenerit,oſcitamus:manu faciem defricantes,continemus ſtomachum:& quaſi poſt multum laborem,mundialibus rurſum negocijs occupamur. Prætermitto prandia,quibus mens onerata premitur.Pudet dicere frequentiam ſalutandi, qua aut ipſi quotidie ad alios pergimus,aut ad nos venientes, cæteros expectam[9]. Deinceps itur in verba,ſermo teritur,
Gal.5. lacerãtur abſentes,vita aliena deſcribitur:& mordentes inuicem, conſumimur ab inuicem. Talis nos cib[9] occupat & dimittit. Cùm vero amici receſſerint,ratiocinia ſupputamus. Nunc ira perſonam leonis nobis imponit:nunc cura ſuperflua in annos plurimos duratura præcogitat. Nec recor-
Lucæ.12. damur Euangelij,dicentis:Stulte,hac nocte auferent animam tuam à te:quę autẽ pręparaſti cuius erunt? Veſtes non ad vſus tantum, ſed ad delitias K cõquiruntur. Vbicunq; compendium eſt, velocior pes,citus ſermo,auris attentior. Si dãnum(vt ſępe in re familiari accidere ſolet)fuerit nunciatum, vult[9] mœrore deprimitur. Lætamur ad nummũ amiſſo obolo contriſtamur. Vnde cùm in vno homine animorum tam diuerſa ſit facies, propheta dominum deprecatur,dicens:Domine in ciuitate Pſal.72. tua imaginẽ eorum diſſipa. Cùm enim ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei cõditi ſimus,ex vitio noſtro Gene.1. perſonas nobis plurimas ſuperinducim[9]. Et quo- Collo.3. modo in theatralibus ſcenis vnus atq; idẽ hiſtrio, nunc Herculem robuſtus oſtendit,nunc mollis in Venerem frãgitur,[4] nunc tremulus in Cybelem: ita & nos(qui ſi de mundo non eſſemus,odiremur Ioan.15. à mundo)tot habem[9] perſonarum ſimilitudines, quot peccata. Quapropter quia multa iam vitæ ſpatia trãſmiſimus fluctuãdo,& nauis noſtra nũc procellarũ concuſſa turbine,nunc ſcopulorum iliſionib[9] perturbata† eſt,cùm primùm licet,quaſi † pforata. portum quendã ſecreta ruris intremus. Ibi cibarius panis,& holus noſtris manibus irrigatum,& L lac delitiæ ruſticanæ,viles quidem,[5] ſed innocentes cibos præbent. Ita viuentes,non ab oratione ſomn[9],nec ſaturitas à lectione reuocabit. Si ęſtas† †æſtus. eſt,ſecretum arboris vmbra præbebit. Si autumnus,ipſa aëris temperies,& ſtrata ſubter folia, locum quietis oſtendunt. Vere ager floribus pingitur,& inter querulas aues, pſalmi dulcius cantabuntur. Si frigus fuerit &[6] brumales niues,[7] ligna non coëmam,& calidius vigilabo vel dormiam. Certè quod ſciam,[8] vilius nõ algebo. Habeat ſibi Roma ſuos tumultus,[9] arena ſæuiat,[10] circus inſaniat,[11] theatra luxurient:[12] & quia de noſtris dicendum eſt,matronarum quotidie viſitetur ſenatus. Nobis adhærere domino bonũ eſt, & ponere in domino deo ſpem noſtrã:vt cùm paupertatem iſtã cœlorũ regna mutauerint,erumpamus in vocem:Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te quid vo- Pſal.72. lui ſuper terram? Quo ſcilicet cùm tanta reperiamus in cœlo, parua & caduca quæſiſſe nos doleamus in terra. Verum vt ad villam & ad Mariæ diuerſoriũ veniamus. Plus laudat enim vnuſquiſq; quod poſſidet:quo ſermone,qua voce tibi ſpelun- M cam ſaluatoris exponam? Et illud præſepe,in quo infantulus vagijt,ſilentio magis,q̃ infimo ſermone honorandum eſt. Vbi ſunt latæ porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus[13] miſerorũ pœnis & damnatorũ labore veſtitæ? vbi inſtar palatij priuatorum extructę baſilicæ,vt vile corpuſculũ hominis precioſi[9] inambulet,& quaſi mũdo quicquã poſſit eſſe ornatius,[14] tecta ſua magis velint aſpicere,q̃ cœlum. Bethlehem ecce in hoc paruo terrę foramine cœlorũ conditor natus eſt. Hic inuolutus pannis:hic viſus à paſtorib[9]: hic demõſtratus à ſtella:hic adoratus à magis:& puto, ſanctior locus eſt[15] rupe Tarpeia,quę de cœlo ſæpius fulminata oſtendit quòd deo diſpliceat. Eſt quidem ibi ſancta Eccleſia:ſunt trophæa Apoſtolorũ & martyrum:eſt Chriſti vera cõfeſſio:eſt Apoſtolorum prædicata fides, & gentilitate calcata, in ſublime quotidie erigitur vocabulum Chriſtianũ. Sed ambitio,potentia,magnitudo vrbis,videri & videre, ſalutari & ſalutare,laudare & detrahere, vel audire vel proloqui: & tantam hominum frequẽtiam videre,

A videre, à propoſito monachorum,& à quiete aliena ſunt. Aut enim videmus ad nos venientes, & ſilentium perdimus:aut ſi non videmus,ſuperbię arguimur. Interdum vt viſitãtibus reddamus vicem, ad ſuperbas fores pergimus. Inter linguas rodẽtium miniſtrorum, poſtes ingredimur deauratos. In Chriſti ergo villa, vt ſupra diximus, [16] tota ruſticitas eſt. Extra pſalmos ſilentium eſt. Quocunque te verteris,arator ſtiuam tenens, alleluia decantat. Sudãs meſſor,pſalmis ſe auocat: & curua attõdens vites falce vinitor,aliquid Dauidicum canit. Hæc ſunt in hac prouincia carmina: hæ, vt vulgo dicitur, amatoriæ cantiones.

Vale.

SCHOLIA.

Ambroſiꝰ 1 AMbroſius quo chartas.) Hic prius Marcionites fuerat, ſed ab Origene correctus, Eccleſiæ diaconus & orthodoxus eſt factus:vir locupies, nec inelegantis ingenij:cuius ſumptu & hortatu Origenes permulta dictauit volumina,teſtatur Hieronymꝰ in Catalogo ſcriptorum. 2 Adamantius.) Ab Adamãte lapide,

Adamãtiꝰ B qui nulla vi domari frangive poteſt. Vnde & ab indomita vi nomen habet apud Græcos. Id cognominis olim tributũ eſt Didymo grammatico, ob indefatigabilem ſcribendi inſtantiam,ab hoc tranſlatum eſt in Origenem. 3 Et Chalcenterus noſter.) Chalcenterum vocat, ab inteſtinis æreis, veluti prædurum: χαλκὸς æs ſeu ferrum,& ἔντερα viſcera, inde χαλκέντερος. Porrò ſuum vocat, non quòd dogmata ſequatur, ſed quòd ingenio delectetur. 4 Nunc tremulus in Cybelem.) Quoniam anus eſt:quippe mater omnium deorum. Vnde tremore corporis, velut ob ſenium repræſentabatur. 5 Sed innocentes cibos.) Quia non laniantur pecudes & aues. Ita Prudentius in carmine Lyrico: Sint fera gentibus indomitis prandia de nece quadrupedum. Nos holeris coma,nos ſiliqua, fœta legumine multimodo pauerit innocuis epulis. 6 Brumales niues.) Bruma pars eſt

Bruma. hyemis, cùm dies ſunt breuiſſimi. 7 Ligna nõ coëmam.) Ob teporem regionis,quę vix hyemem vllam ſentit. 8 Vilius non algebo.) Id eſt, hic mihi minoris conſtabit, vt non ſentiam frigꝰ,& minore igni fuerit opus. 9 Arena ſęuiat.) Propter gladiatores,qui in arenam producebantur, vt mutuo laniatu perirent. 10 Circus inſaniat.) In circo agitabantur certamina varij generis,magno ſumptu. Vnde inſaniam vocat:inſanit enim,qui modum non ſeruat. 11 Theatra luxurient.) Hic agebantur comœdiæ & tragœdiæ, ma-

C gna oſtentatione barbaricarum opum. 12 Et quia de noſtris dicendum.) Noſtris,id eſt, monachis, qui nobiles matronas ſolent quotidie velut officij cauſa inuiſere. Vnde &

Matronarũ ſenatus ſenatum matronarum dicit,quòd illę quoque ſuam haberẽt maieſtatem. Et Heliogabalus mulierum ſenatum inſtituerat,quem appellabat ſenatulum, in quo matrem voluit prę-ſidere. 13 Miſerorum pœnis,& damnatorum labore.) Vel quòd ex mulctis ædificantur, vel quòd damnati coguntur illic laborare. At nunc principes nonnunquam ex innocentium ciuium expilatione ſubſtruunt ſua palatia. 14 Tecta ſua magis.) Pingebat teſtudines auro,gemmis,coloribus, cùm cœlum pulchrius ſit pictum ſtellis,quod commune tectum eſt omnibus mortalibus. 15 Rupe Tarpeia.) In hac

Capitoliũ erat ſuperbum illud Capitolium, quod aliquoties fulmine tactum eſt, cùm in eo Iuppiter præſideret. 16 Tota ruſticitas eſt.) Quidam habebant,tuta:ſed tota, mihi magis probatur,hoc eſt,mera ruſticitas. Sic enim Hieronymus & aliàs aliquoties loquitur: quanquam tuta quoque quadrat, quia dixerat de miniſtris rodentibus. Porrò ruſticitatem ſimplicitatem appellat,abſque faſtu nobilium.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ ſequentis.

Luſit in hac epiſtola ſanctis quibuſdam iocis. Euſtochiũ in natali diui Petri xeniola quædam miſit Hieronymo. Ea myſtica interpretatiõe trahit ad morum inſtitutionem, cuiuſmodi deberent eſſe Chriſtianorum ioci, vt pietatem ſa- D perent pariter & eruditionem.

AD EVSTOCHIVM DE acceptis ab ea munuſculis.

PArua ſpecie, ſed charitate ſunt magna, munera accepiſſe à virgine,armillas,epiſtolam, & columbas. [1] Et quoniam mel in dei ſacrificijs nõ offertur, nimia dulcedo arte mutata eſt, & quadam, vt ita dicam, piperis auſteritate condita. Apud deum enim nihil voluptuoſum: nihil tantum ſuaue placet, niſi quod in ſe habet mordacis aliquid veritatis. Paſcha Chriſti [2] cum amaritudinibus manducatur. Feſtus eſt dies, & natalis beati Petri [3] feſtiuius eſt ſolito condiendus: ita tamen, vt ſcripturarum [4] cardinem, iocularis ſermo non fugiat. Nec à præſcripto palæſtræ noſtræ longius euagemur. [5] Armillis in Ezechiele armatur Hieruſalem. [6] Baruch epiſtolas accipit ab Hieremia. In columbæ ſpecie ſpiritus ſanctus allabitur. Itaque vt te aliquid & piperis E mordeat, & [7] priſtini libelli etiam nunc recorderis,caue ne operis ornamenta dimittas,quæ veræ armillæ ſunt brachiorum, ne epiſtolam pectoris tui ſcindas, quam à Baruch traditam [8] nouacula rex profanꝰ incidit: neꝰ ad ſimilitudinẽ Ephraim per Oſee audias: Facta es inſipiens, vt columba. Nimium reſpondebis auſterè, & quod feſto non conueniet diei. Talibus ipſa muneribus prouocaſti:dum dulcibꝰ amara ſociata ſunt,& à nobis paria recipies, laudem amaritudo comitabitur. [10] Verùm ne videar dona minuiſſe:accepimus & caniſtrum ceraſis refertum: talibus & tam [11] virginali verecundia rubentibus, [12] vt ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem. Siquidem hoc genus po Ceraſa. mi, Ponto & Armenia ſubiugatis, de Ceraſunto primus Romam pertulit. Vnde & de patria arbor nomen accepit. Igitur quia in ſcripturis [13] caniſtrum ficis plenum legimus, ceraſa verò non inuenimus, [14] in eo quo allatum eſt:id quod allatum non eſt, prædicamus. Optamusq; te de illis pomis fieri, [15] quæ contra templum dei ſunt, & de F quibus deus dicit:Quia bona bona valde. Nihil quippe ſaluator medium amat, Et ſicuti frigidũ nõ refugiẽs, calidis delectatur,ita tepidos in Apo Apoca.3. calypſi euomere ſe loquitur. Vnde nobis ſoliciti9 prouidendum eſt, vt ſolennem diem,non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritus exultatione celebremus. Quia valde abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare martyrem, quem ſcias deo placuiſſe ieiunijs. Ita tibi ſemper comedendum eſt,vt cibum & oratio ſequatur,& lectio. Quòd ſi aliquibus diſplicet, Apoſtoli verba cantato: Si Gal.1. adhuc hominibus placerem, Chriſti ancilla non eſſem.

SCHOLIA.

ET quoniam mel.)Leuitici.capit.ij.vetat deus vllum mel aut fermentũ adhiberi in ſacrificio. Rurſus alibi iubet,vt nullum ſacrificiũ offeratur abſque ſale. 2 Cum amaritudinibus.) Exodi.xij. Cùm lactucis agreſtibus,quæ ſubamarum quiddam habent.

3 Feſtiuius eſt ſolito condiendus.) Nam in diebus feſtis, lautius ſolito prandetur. 4 Cardinem.) Iocandum, ſed Chriſtiano more. 5 Armillis in Ezechiele.)Capite decimoſexto.

G mo sexto. Inter reliqua ornamenta mystica, quæ illic commemorat: Et dedi,inquit,armillas in manibus tuis. Quidã codices hoc loco pro armatur,habebãt ornatur. 6 Baruch epistolas accepit.)Habes apud Hieremiam capite trigesimosexto. Baruch iussu Hieremiæ scribit epistolam,& defert ad populũ. 7 Pristini libelli.) Significat libellũ de virginitate quem scripsit ad eandem, qui quoniam mordacior est,multorũ conflauit odium Hieronymo, sicuti testatur ipse. 8 Nouacula rex profanus.) Pro nouacula nostra æditio habet,scalpello scribæ. Locus est cap.xxxvj. quẽ modo citauim⁹,quemadmodum rex epistolam, siue vt habetur volumẽ,discissum scalpello,coniecerit in ignem. Allusit autem Hieronym⁹ tacitè ad illud Pauli ad Corinthios: Epistola nostra vos estis scripta in cordibus. Et paulo pòst: Quoniam epistola estis Christi,ministrata à nobis & scripta nõ atramento, sed spiritu dei viui &c. 9 Ad similitudinem Ephraïm.)Ita legis Oseę cap.vij. Et fact⁹ est Ephraïm,quasi columba seducta,non habens cor. 10 Verum ne videar.) Quoniam non fecerat mentionem cerasorum. 11 Virginali verecundia.)Quædam matureſcentia viresc̃unt,quædã flauescunt:cerasum,morum & cornũ rubescũt maturitate, mox nigrescunt,præter hæc etiam oliuæ. 12 Vt ea nunc
Cerasa. à Lucullo.)Statim putrescunt cerasa, & vt dixi gratus ille tubor,non manet nisi recentibus,nec adest nisi maturis. De
H Lucullo ita Plinius libro decimoquinto,cap.xxv. Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. At vrbis anno sexcentesimo octogesimo, is primum inuexit è Ponto,annisq; centum viginti,trans Oceanum in Britanniam vsque peruenere,eadem in Aegypto nulla cura potuere gigni. 13 Canistrum ficis plenum.) Ita legis Hieremiæ cap.xxiiij. de duobus calathis, quorũ alter habebat ficus bonas bonas,id est,valde bonas:alter malas malas, id est, valde malas. Siquidem huiusmodi conduplicatione verbi,epitasin faciunt Hebræi. 14 In eo quod allatum est.)Quidam sic habebant: In eo quo allatum est,id quod allatũ non est prædicamus. Quoniam de calatho fit in prophetis mẽtio, de cerasis non fit,sed de ficis. Vnde ex occasione calathi,laudat ficos non allatos,pro cerasis allatis. Alij sic habebãt: In eo qđ allatum est,id quod allatum non est,prædicamus. 15 Contra templum dei sunt.)Id est,è regione templi, vt intelligas fructus pietatis. Locus est,quem modo indicaui, quanquam ibi vterque calathus ante templum ostenditur.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Xeniola missa à Marcella,sibi & Paulæ filiæq; huius,per
I iocum interpretatur allegoricôs.

AD MARCELLAM De acceptis munusculis.

VT absentiam corporum,spiritus cõfabulatione solemur:facit vnusquisque quod prævalet. Vos dona transmittitis:nos epistolas remittim⁹ gratiarum. Ita tamen vt quia velatarũ virginum munus est, aliqua in ipsis munusculis esse mysteria demonstremus. Saccus,orationis signum atque ieiunij est. Sella,vt foras pedes virgo non moueat. Cerei,vt accenso lumine,spõsi expectetur aduentus. Calices,mortificationem carnis ostendunt, & semper animum ad martyriũ præ-
Psal.22. paratum. Calix quippe domini inebrians, quàm præclarus est. Quod autem & matronis [1] offertis muscaria parua, paruis animalibus euẽtilandis, elegans significatio est, debere luxuriam cito restinguere, [2] quia muscæ morituræ, olei suauitatẽ θluxuriæ cito cum isto interiturę mundo,oleũ vitæ suauioris θ exterminãt. Hic typus sit virginũ, hæc figura matronarum! [3] In peruersum licet,munera vestra conueniant, Sedere aptum est ociosis, in sacco iacere pœnitentibus,calices habere potãtibus. Licèt & propter nocturnos met⁹,& animos semper malo conscientiæ formidãtes,cereos quoque accendisse sit gratum. K

SCHOLIA.

OFfertis muscaria.) Ea conficiuntur vel è pennis auiũ, 1 vel è chartis,ad abigendas muscas. 2 Quia muscæ morituræ.)Sic Ecclesiastes capit.x. Muscæ morientes,perdunt suauitatem vnguenti. 3 In peruersum licèt.) Id est,in malam partem. Nũc enim eadem interpretatur, vt conueniant & in peccatorem,qualem se videri vult.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Paulum Concordiensem,cẽtesimum agentem annum, & tamen adhuc integro virentiq; corpore,laudat:& libros aliquot ab eo petit commodato. Est autẽ festiuis iocis, nec minus sanctis,plena epistola. L

HIERONYMVS AD PAVlum Concordiensem.

IVmanę vitę breuitas,damnatio delictorum est. Et in ipso sæpe lucis exordio,mors sequuta nascentẽ, labentia quotidie in vitiũ secula profitetur. Nam cùm primum paradisi colonum,viperinis nexibus præpeditum,coluber deduxisset ad terras,ęternitas mortalitate mutata,in nongentos & eo amplius annos, secundam Gene.5. quodammodo immortalitatem maledicti hominis distulerat elogium. Exinde paulatim recrudescente peccato,totius orbis naufragium [1] gigãtum adduxit impietas. Post illud, vt ita dixerim [2] purgati baptismatis mundi, in breue tempus hominum vita contracta est. Hoc quoque spatium, sceleribus nostris semper contra diuina pugnantibus, penè perdidimus. Quotus enim quisque aut centenariam transgreditur ætatẽ, aut non ad eam sic peruenit,vt peruenisse pœniteat,secundũ M quod in libro Psalmorum scriptura testatur: Di- Psal.89. es vitæ nostræ septuaginta anni:si autem multũ, octoginta: quicquid reliquum est,labor & dolor. Quorsum,ais,ista tam alto repetita principio,& ita procul cœpta, vt merito quis Horatiano de nobis possit sale ludere: [3] Et gemino bellum Troianum orditur ab ouo? Videlicet vt senectutem tuam,& caput [4] ad Christi similitudinem candidum,dignis vocibus prædicemus. Ecce iam centenus ætatis circulus voluitur, & tu semper præcepta domini custodiens:futuræ beatitudinẽ vitæ per præsentia [5] exempla meditaris. Oculi puro lumine vigent:pedes imprimũt certa vestigia, auditus penetrabilis,dentes candidi,vox sonora,corpus solidum, & succi plenum, cani cum rubore discrepant, vires cum ætate dissentiunt. Non [6] memoriæ tenacitatem,vt in plerisque cernimus, antiquior senecta dissoluit. Non calidi acumen ingenij, [7] frigidus sanguis obtundit. Non contractam rugis faciem,arata frons asperat. Non deniq; tremula manus [8] per curuos cerę tramites errantem stilum ducit. Futurę nobis [9] resurrectionis

†virum. rectionis virorē †in te dominus ostendit, vt pec-
A cati sciamus esse, quòd cæteri adhuc [10] viuentes
præmoriuntur in carne: iusticiæ, quòd tu adole-
†metiris. scentiam [11] in aliena ætate mentiris. †Et quanquā
multis istam corporis sanitatem, etiam peccato-
ribus euenire videamus, tamen illis hoc diabolus
ministrat, vt peccēt: tibi dominus præstat, vt gau-
deas. Doctissimi quique Grecorum, de quibus pro
« Flacco agens luculenter Tullius ait: [12] Ingenita le
« uitas & erudita vanitas, regum suorum ac princi-
pum laudes, accepta mercede, dicebant: Hoc ego
nunc faciens, precium posco pro laudibus. Et ne
putes modica esse quæ deprecor: margaritum de
Psal.11. euangelio postularis. Eloquia domini, eloquia ca-
sta, argentum igne examinatum, probatum terrę,
purgatum septuplum: scilicet [13] comentarios For-
tunatiani, & propter notitiam persequutionum
[14] Aurelij victoris historiam, simulq; [15] epistolas
Nouatiani, vt dum schismatici hominis venena
cognoscimus, libentius sancti martyris Cypriani
[16] bibamus antidotum. Misimus interim te tibi, id
est, [17] Paulo seni Paulum seniorem, in quo propter
simpliciores quosque multum [18] in deiciendo ser-
B mone laborauimus. Sed nescio quomodo, etiam si
aqua plena sit, tamen eundem odorem lagena ser-
uat, quo dum rudis esset, imbuta est. Si hoc mu-
nusculum placuerit, habemus etiā [19] alia condita,
quæ cum plurimis orientalibus mercibus ad te, si
[20] spiritus sanctus afflauerit, nauigabunt.

SCHOLIA.

1 GIgantum adduxit impietas.) Locus est Geneſis cap.vj. In Hebręo pro Gigantibus, cadentes habetur נְפִילִים Symmachus vertit violentos. Illis temporibus ætas hominis erat cētum viginti annı. Tantum enim datum est pœnitendi spacium: Sed crescētibus indies vitijs, diluuium insecutum est. 2 Purgati baptisma mundi.) Nam vt nos baptismo purgati renouamur, ita tunc mundus diluuio purgatus videbatur. 3 Et gemino bellū.) Versus est Horatianus, ex arte poëtica, penè prouerbiali ioco vsurpatus, quoties rē longius repetimus quàm oportet. Veluti si quis bellum Troianum scripturus, exordiatur non à proximis belli causis, hoc est, ab Helena rapta, sed à partu Ledæ, quę iuxta fabulas duo peperit oua ex Iouis
C concubitu, è quorum altero prodierunt Castor & Pollux, ex altero Helena, quæ postea præbuit belli materiam. 4 Ad Christi similitudinem.) Candidus enim apparuit Christus tribus discipulis. Et agnus dei vocatus est. Tametsi magis arbitror illum respexisse ad Apocalypseos cap.j. Caput autem & capilli erant candidi velut lana alba, & tanquam nix. 5 Exempla meditaris.) Elegāter vsus est verbo, meditaris. Iam enim cœperat esse, quod in resurrectione futurus erat, hoc est incorrupto corpore semperq; florēti. 6 Memoriæ tenacitatem.) Nam hāc primùm impetit senectus, teste Plinio.

7 Frigidus sanguis.) Ita Vergilius: Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. Et Aristoteles putat in frigidis plus esse animi, minus ingenij. Quanquam idem scribit, quibus sanguis est crassior, iis minus esse ingenij: Asinis autem crassissimus est, homini subtilissimo. 8 Per curuos ceræ.) Nam olim in ceratis tabulis, stilo æreo scribebant. 9 Resurrectionis virorem.) Nonnulli codices habebāt, vigorem: vtraque lectio quadrat. Sed virorem magis probo. 10 Viuentes præmoriuntur.) Deficientibus oculis, putrescentibus dentibus, aut etiam elabentibus: obsurdescentibus auribus, euanescente memoria, quid aliud est homo, quàm viuum cadauer? Et Plinius negat hos annos vitæ imputandos esse.

Mentiri. 11 In aliena ætate mentiris.) Mirè vsus est verbo, mētiris, in bonam partem, pro imitaris. Id mollius est in rebus, quàm in personis. Vt si dicas, impudens loquacitas, mentitur elo- D
quentiam. Et alienam ætatem vocat, non alterius hominis, sed vt Vergilius, Alienis mentibus ætas, id est, nō suis: veluti qui senex amat, aliena ætate amare dicitur. 12 Ingenita leuitas.) Est illi nationi natiuū ac gētilitium malum, leuitas ac facilitas, & erudita vanitas. Vanitas mendacitas est. Vnde Iuuenalis: Et quicquid Grecia mendax. Huic si accedat eruditio, quiduis possit attollere. 13 Commentarios Fortu- Fortunatianus.
natiani. Is natione Afer, episcopus Aquileiensis, in euangelia titulis ordinatis, breui rusticoq; sermone scripsit commentarios. 14 Aurelij victoris.) Sext. Aurelius Victor scri- Aurelius Victor.
psit imperatorum gesta, ab Augusto vsque ad Theodosium. Cuius operis adhuc extant fragmēta. 15 Epistolas Nouatiani.) Hic Romanæ vrbis presbyter fuit, sed Nouatianorū Nouatianę
hæresim sequutus. Schismaticum vocat, quòd aduersus Cornelium sacerdotalem cathedram conatus sit inuadere. 16 Bibamę antidotū.) Antidotus enim propriè aduersus venena datur. Nouatus eius hæresis autor, sancti Cypriani presby- Antidotę. Nouatus.
ter fuit. Is negabat post baptismum relapsos in peccatū, esse recipiendos ad pœnitentiā. Aduersus hunc scripsit Cyprianus. 17 Paulo seni Paulum.) Sentit Pauli monachi vitam.

18 In deiciendo sermone.) At alij laborant in erigendo stilo, cùm huic laborandum fuerit, vt peius diceret. 19 Alia condita.) Id est, repositā: significans non esse vulgaria, neque quibuslibet communia. Ita Vergilianus pastor suum pignus commendat: Nec dum illis labra admoui, sed con- E
dita seruo. 20 Spiritus sanctus afflauerit.) Apta vsus est metaphora, afflauerit. Spiritus enim est flare: cùm addat nauigabunt, id ait, quòd nisi per mare mitti non poterant.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Eustochium ex omnibus Paulę liberis sola, perpetuā virginitatē est amplexa: solāq; matri Bethlehem demigrāti comes fuit. Sub huius igitur persona, quoniam apud Romanos primæ nobilitatis fuit, virgines omnes docet, quomodo sit viuendum. Et sicut est boni præceptoris officium, nō solum indicat formam, quam oporteat sequi, verumetiam prodit & aperit technas ac fucos virginum, monachorum, & clericorum, qui sub prætextu castimoniæ, ventri & auaritiæ seruiebant. Lusit autem in his depingēdis paulò liberius, quàm delicatæ quorundam aures ferre possent. Vnde alibi scribit libellum hunc Romæ, nam illic scripsit, fuisse lapidatum: & in epistola ad Demetriadem, indicat multos hoc offensos fuisse. Et Rufinus inter cætera crimina, hoc quoque viro sanctissimo impingit, quòd institutionem virginis professus omnium omnia crimina prodidisset. Meminit huius & Seuerus Sulpitius in dialogo quodam, sed cum laude. Verum F
hic liber quam malè tractat malos monachos & clericos, tam malè vicissim ab illis tractatus fuit. Adeo nanque mendosum reperimus, vt pro vnico vitio exprobrato, decem mendas induxisse videantur.

HIERONYMVS AD EVstochium, de custodia virginitatis.

AVdi filia & vide, & inclina aurē tuā, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decore tuū. In quadragesimo quarto psalmo deus ad animā loquitur humanam, vt secundum exemplū Abrahę, exiens de Gene.12.
terra sua, & de cognatione sua relinquat Chaldæos, qui quasi dæmonia interpretātur, & habitet in regione viuētium, quam alibi propheta suspirat, dicēs: Credo videre bona domini, in terra † viuē- Psal.26.
tium. Verum non sufficit tibi exire de terra tua, † regione.
nisi obliuiscaris populi tui, & domus patris tui, †cogna-
vt carne† cōtempta sponsi iungaris amplexibus. tione.

1 Ne

Gene.19. [1] Ne reſpexeris, inquit, retro: nec ſteteris in omni
G circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne forte
Lucæ.9. comprehẽdaris. Non expedit apprehenſo aratro,
Matt. 24. reſpicere poſt tergum, nec de agro reuerti domũ,
& Mar.13. nec poſt Chriſti tunicam, ad tollendum aliud ve-
ſtimentum tecto deſcendere. Grande miraculum:
Pater filiam cohortatur, ne meminerit patris ſui.
Ioan.8. Vos de patre diabolo eſtis, & deſideria patris ve-
1.Ioan.3. ſtri vultis facere, dicitur ad Iudæos. Et alibi: Qui
facit peccatum, de diabolo eſt. Tali primùm pa-
rente generati nigri ſumus, & poſt pœnitentiam,
Cant.1. nec dum culmine virtutis aſcenſo, dicimus: Nigra
ſum, ſed ſpecioſa, filię Hieruſalem. Exiui de domo
Pſal. 44. infantiæ meæ: oblita ſum patris mei, renaſcor in
Chriſto. Quid ꝓ hoc mercedis accipio? Sequitur:
Ibidem. Et cõcupiſcet rex decorem tuum. Hoc ergo illud
magnum eſt ſacramẽtum. Propter hoc relinquet
Gene.2.& homo patrem & matrem ſuam, & adhęrebit vxo-
Matt.18. ri ſuæ, & erunt ambo, iam non, vt ibi, in vna car-
ne, ſed in vno ſpiritu. Non eſt ſponſus tuus arro-
Nume.12. gans, non ſuperbus, æthiopiſſam duxit vxorem.
3.Reg.3. Statim vt volueris ſapientiam audire veri Solo-
H monis, & ad eum veneris, confitebitur tibi cuncta
Cant.1. quæ nouit, & inducet te rex in cubiculum ſuum,
& mirum in modum colore mutato, ſermo tibi
Cãt.3.&.8 ille conueniet: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealba-
ta? Hæc idcirco domina mi Euſtochium ſcri-
bo, dominam quippe vocare debeo ſponſam do-
mini mei, vt ex ipſo principio lectionis agnoſce-
res, non me nunc laudem virginitatis eſſe dictu-
rum, quam probaſti optimam, & conſequuta es:
nec enumeraturum moleſtias nuptiarum, quomo-
do vterus intumeſcat, infans vagiat, cruciet pel-
lex, domus cura ſolicitet, & omnia quæ putantur
bona, mors extrema prędat. Habent enim & ma
Heb.13. ritatæ ordinem ſuum, honorabiles nuptias, & cu-
bile immaculatum: Sed vt intelligeres tibi exeun-
Gene.19. ti de Sodoma, timendum eſſe Lot vxoris exem-
plũ. Nulla eſt enim in hoc libello adulatio. Adu-
lator quippe, blandus inimicus eſt. Nulla erit rhe-
torici pompa ſermonis, quæ te etiam inter ange-
los ſtatuat, & beatitudine virginitatis expoſita,
mundum ſubijciat pedibus tuis. Nolo tibi venire
I ſuperbiam de propoſito, ſed timorem. Onuſta in-
cedis auro, latro tibi vitãdus eſt. Stadium eſt hæc
vita mortalibus, hic contendimus, vt alibi coro-
nemur. Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecu-
Eſa.34. rus ingreditur. Et inebriatus eſt, inquit dominus,
gladius meus in cœlo, & tu pacem arbitraris in
Gene.3. terra, quæ tribolos generat, & ſpinas, quam ſerpẽs
Epheſ.6. comedit? Non eſt nobis colluctatio aduerſus car-
nem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & po
teſtates huius mundi, & harum tenebrarum, ad-
uerſus ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Magnis
inimicorum circundamur agminibus, hoſtium
plena ſunt omnia. Caro fragilis & cinis futura
poſt modicum, pugnat ſola cum pluribus. Cùm
Ioan.14. autem fuerit diſſoluta, & venerit princeps mundi
huius, & inuenerit in ea nihil, tunc ſecura audies
Pſal.90. per prophetam: Non timebis à timore nocturno:
A ſagitta volante per diem, à negocio perambu-
lante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meri-
diano. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à
dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt.
Quòd ſi eorum te multitudo turbauerit, & ad ſin-
gula incitamenta vitiorum cœperis æſtuare, & di K
xerit tibi cogitatio tua: quid faciemus? reſponde-
bit tibi Heliſæus: Noli timere, quia plures nobiſcũ 4.Reg.6.
ſunt, quàm cum illis: & orabit, & dicet: Domine
aperi oculos puellæ tuæ, vt videat: & apertis ocu-
lis videbis igneum currũ, qui te ad exemplũ He- 4.Reg.2.
liæ in aſtra ſuſtollat, & tunc læta cantabis: Ani- Pſal.123.
ma noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venan-
tium: Laqueus cõtritus eſt & nos liberati ſumus.
Quamdiu hoc fragili corpore detinemur, quãdiu
habemus theſaurum iſtum in vaſis flictilibus, & 2.Cor. 4.
concupiſcit ſpiritus aduerſus carnem: & caro ad- Gal.5.
uerſus ſpiritum, nulla eſt certa victoria. Aduerſa- 1.Pet.5.
rius noſter diabolus †, tanquam leo rugiẽs aliquẽ
deuorare quærens, circumit. Poſuiſti, ait Dauid, Pſal.103.
tenebras, & facta eſt nox. In ipſa pertranſibunt o- † Zabulũ
mnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes, vt ponit vet⁹
rapiant, & quærant à deo eſcam ſibi. Non quærit hic ſæpe
diabol⁹ homines infideles: [2] nõ eos qui foris ſunt, pro dia-
& quorũ carnes rex Aſſyrius in olla ſuccendit: de bolo.
Eccleſia Chriſti rapere feſtinat. [3] Eſcæ eius ſecũ-
dũ Abacuc electæ ſunt. Iob ſubuertere cupit, [4] & L
deuorato Iuda, ad cribrandos Apoſtolos expetit Lucæ. 22.
poteſtatem. Non venit ſaluator pacem mittere ſu Matt.10.
per terram, ſed gladiũ. Cecidit Lucifer, qui manè Eſaiæ.14.
oriebatur: & ille qui in paradiſo delitiarum nutri-
tus eſt, meruit audire: Si exaltatus fueris vt aqui- Abdiæ.
la: inde detraham te, dicit dominus. Dixerat enim
in corde ſuo: Super ſydera cœli ponã ſedem meã, Eſa.14.
& ero ſimilis altiſſimo. Vnde quotidie ad eos qui
per ſcalam, Iacob ſomniante, deſcendunt: loqui- Gene.28.
tur deus: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi om- Pſal.81.
nes. Vos autem ſicut homines moriemini, & tan-
quam vnus de principibus cadetis. Cecidit enim
prim⁹ diabolus, & cùm ſtet deus in ſynagoga deo- Ibidem.
rum, in medio autẽ deos diſcernat, Apoſtolus eis
qui dij eſſe deſinunt, ſcribit: Vbi enim in vobis 1.Cor.3.
ſunt diſſenſiones & æmulationes, nónne homines
eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Si Apo- Actor.9.
ſtolus vas electionis & ſeparatus in euangelium Roma.1.
Chriſti: ob carnis aculeos & incentiua vitiorum
reprimit corpus ſuũ, & ſeruituti ſubijcit, ne alijs 1.Cor.9.
M
prædicans ipſe reprobus inueniatur: & tamen vi- Roma.7.
det aliam legem in membris ſuis repugnantẽ legi
mentis ſuæ, & captiuum ſe in legem duci peccati:
Si poſt nuditatem, ieiunia, fames, carcerem, flagel Ibidem.
la, ſupplicia, in ſemetipſum reuerſus exclamat: In-
felix ego homo, quis me liberabit de corpore mor
tis huius, tu te putas ſecuram eſſe debere? Caue Amos.5.
quæſo, ne quãdo de te dicat deus: Virgo Iſraël ce-
cidit, & nõ eſt qui ſuſcitet eam. Audenter loquar:
Cùm omnia poſſit deus: ſuſcitare virginem non
poteſt poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœ-
na, ſed nõ vult coronare corruptam. [5] Timeamus
illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur:
Virgines bonæ deficient. Obſerua quid dicat, & Amos.8.
virgines bonæ deficient, quia ſunt & virgines ma
læ. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiſcẽ- Matt.5.
dum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.
Perit ergo, & mente virginitas. Iſtę ſunt virgines
malæ, virgines carne, non ſpiritu: virgines ſtultę,
quæ oleum non habentes, excluduntur, à ſponſo. Matt.25.
Si autem & illæ quę virgines ſunt, ob alias tamen
culpas, virginitate corporum non ſaluantur: quid
fiet illis, quæ proſtituerunt membra Chriſti, & 1.Cor.6.

mutauerunt

A mutauerunt templum ſancti ſpiritus in lupanar? Ilico audient: [6] Deſcende, ſede in terra virgo filia Babylonis: ſede in terra, nō eſt ſolium filiæ Chaldæorum: non vocaberis vltra mollis, & delicata. Accipe molam, mole farinam, diſcooperi velamē tuum, denuda crura, tranſi flumina, reuelabitur ignominia tua, apparebūt opprobria tua. Et hoc
†patruelis poſt dei filij thalamos, poſt oſcula fratruelis † & ſpōſi, illa de qua quondā ſermo propheticus cōci-
Pſal.44. nebat: Aſtitit regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circūdata varietate: [7] nudabitur, & poſteriora eius ponentur in faciem ipſius: Sedebit ad aquas ſolitudinis, poſito vaſe, & [8] diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti, [9] & vſq; ad verticē polluetur. Rectius fuerat hominis ſubijſſe coniugiū, ambulaſſe per plana, q̄ ad altiora tendentem, in profundū inferni cadere. Ne fiat obſecro ciuitas meretrix, fidelis Sion, ne poſt trinitatis hoſpitiū ibi dæmones ſaltent [10] & ſirenæ nidificent, & hericij. Non ſoluatur faſcia pectoralis, ſed ſtatim vt libido titillauerit ſenſum, aut blandum voluptaB tis incendiū dulci nos calore perfuderit, erūpam [9]
Pſal.55. & 117. in vocem: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi caro. Cùm paululum interior homo inter vitia atq; virtutes cœperit fluctuare, dicito: Quare triſtis es anima mea, & quare cōturPſal.41. bas me? Spera in domino, quia confitebor illi, ſalutare vultus mei, & deus meus. Nolo ſinas cogitationes creſcere. Nihil in te Babylonium, nihil confuſionis adoleſcat. Dum paruus eſt hoſtis, interfice: nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in
Pſal.136. ſemine. Audi pſalmiſtā, dicentem: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionē tuam. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia enim impoſſibile eſt in ſenſum hominis non irruere innatum medullarū calorē, ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, &
1.Cor.10. allidit ad petram: petra autē Chriſtus eſt. O quoties ego ipſe in eremo conſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, putabam me Ro manis intereſſe delitijs. Sedebam ſolus, quia amaC ritudine replet⁹ eram. Horrebant ſacco membra deformia, & ſqualida cutis, ſitū æthiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi qñ repugnātē ſomnus iminēs oppreſſiſſet: nuda humo, oſſa vix hærentia collidebam. De cibis vero & potu tacco, cùm etiam languentes [monachi] aqua frigida vtātur, & coctum aliquid accepiſſe, luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehēnę
Ezech.2. metum, tali me carcere ipſe damnauerā, ſcorpionum tātum ſocius & ferarū, ſæpe choris intererā puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs æſtuabat in frigido corpore, [11] & ante hominem ſuū iam carne præmortua, ſola libidinū incē dia bulliebant. Itaque omni auxilio deſtitutus, ad
Lucæ.7. Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine ter gebā, & repugnātem carnē, hebdomadarū inedia
†erubeſco ſubiugabā. Non depudeſco infidelitatis † meę, qn
ifelicitatis potius plango me non eſſe, quod fuerim. Memini
aſs, erube- me clamantem, diem crebrò iunxiſſe cum nocte,
ſco cōfite- nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, q̄ rediret
ri infelici- domino increpante trāquillitas. Ipſam quoq; cel-
tatis meæ miſeriam. lulam meam, quaſi cogitationum mearū cōſciam

pertimeſcebam. Et mihimet iratus & rigidus, ſolus deſerta penetrabam. Sicubi concaua vallium, aſpera montium, rupium prerupta cernebam, ibi meæ orationis loc⁹, ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulum: &, vt ipſe mihi teſtis eſt dominus, poſt multas lachrymas, poſt cœlo inhærentes oculos, nōnunquā videbar mihi intereſſe agminibus angelorum, & lætus gaudensq; cantabam: Poſt te in Cant.1. odore vnguentorum tuorū curremus. Si autē hoc ſuſtinent illi, qui exeſo corpore, ſolis cogitationibus oppugnantur: quid patitur puella, quę delitijs fruitur? Nepe illud Apoſtoli: Viuens mortua eſt. 1.Timo.5. Si quid itaque in me poteſt eſſe cōſilij, ſi experto creditur, hoc primùm moneo, hoc obteſtor, vt ſpō ſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam, prima arma ſunt dæmonum. Non ſic auaricia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio. Facilè alijs caremus vitijs, hic hoſtis nobis incluſus eſt. Quocunq; pergimus, nobiſcum portamus inimicum. Vinum & adoleſcentia, duplex incendiū voluptatis eſt. Quid oleū flammę " adijcimus? Quid ardēti corpuſculo fomēta igniū E miniſtramus? Paulus ad Timotheū: Iam noli, in- 1.Timo.5. quit, aquā bibere, ſed vino modico vtere, propter ſtomachum tuum, & frequētes tuas infirmitates. Vide quibus cauſis vini potio † cōcedatur, vt ex † cōcedat: hoc ſtomachi dolor, & frequēs medeatur infirmi- quia potus tas. Et ne nobis forſitan de ægrotationibus blan- aquæ ſtodiremur, modicū præcepit eſſe ſumendum, medi- machi doci potius conſilio, q̄ Apoſtoli: licèt & Apoſtolus lor, & freſit medicus ſpiritualis: Et ne Timotheus imbecil- quens contracta eſt litate ſuperatus, euangelij prædicandi non poſſet infirmitas. implere diſcurſ⁹: Alioquin ſe dixiſſe meminerat: Vinum in quo eſt luxuria: Et bonum eſt homini Epheſ.5. vinum non bibere, & carnem non manducare. Rom.14. Noē vinū bibit, & inebriatus eſt. Poſt diluuium, Gene.9. rudi adhuc ſeculo, & tūc primùm plantata vinea, inebriare vinum forſitan neſciebat. Et vt intelligas ſcripturæ in omnibus ſacramentum, Margaritum quippe eſt ſermo dei, & ex omni parte forari poteſt, poſt ebrietatē nudatio femorum ſubſe Ibidem. quuta eſt, libido iuncta luxuriæ. Prius enim venter extenditur, & ſic cętera membra concitantur. F Manducauit enim populus, & bibit, & ſurrexerūt Exod.32. ludere. Lot amicus dei in mōte ſaluatus, & de tot Gene.19. milibus populi ſolus iuſtus inuentus, inebriatur à filiabus ſuis, & licèt illæ putarēt genus hominū defeciſſe, & hoc facerent liberorum magis deſiderio, q̄ libidinis: tamen ſciebant virum iuſtum, hoc niſi ebrium non eſſe facturum. Deniq; quid fecerit, ignorauit: & quanq̄ volūtas nō ſit in crimine, tame error in culpa eſt. [12] Inde naſcuntur Moabitę: & Ammonitę inimici Iſraël: qui vſq; ad quartā & decimā progeniem, & vſq; in ęternū, non ingrediuntur in Eccleſiā dei. Helias cùm Iezabel fugeret, & ſub quercu iaceret laſſ⁹ in ſolitudine, venēte ad ſe angelo ſuſcitat, & dicitur ei: Surge & manduca. Reſpexit, & ecce ad caput eius [13] panis collyrida, & vas aquæ. Reuera non poterat deus [14] conditū ei merum mittere, & electos cibos, & carnes [15] contuſione mutatas. Heliſęus filios prophetarum inuitat ad prandium, & herbis agreſtibus eos alens, conſonum prandentium audit clamorem: Mors in olla, Homo dei non iratus eſt co- 4.Reg.4. cis, lautioris enim menſæ conſuetudinem nō ha-

G bebat,ſed farina deſuper iacta,amaritudinem dul corauit:eadem ſpiritus virtute, qua Moyſes mutauerat [16] maram in dulcedinem.[17] Necnon & illos qui ad eum comprehendendum venerant,oculis pariter ac mente cæcatos, cùm in Samariam neſcios induxiſſet, qualib⁹ eos epulis refici imperauerit,auſculta:Pone eis panem & aquam,manducent & bibāt,& remittantur ad dominum ſuū. Potuit & Danieli de regijs ferculis, opulentior
Daniel.14 menſa tranſferri, ſed Abacuc ei meſſorum prandium portat,arbitror ruſticanum. Ideoq; & deſideriorum vir appellatus eſt,quia panem deſiderij non manducauit, & vinum concupiſcentiæ non bibit. Innumerabilia ſunt de ſcripturis [18] diuina reſponſa,quæ gulam damnent, & ſimplices cibos probent. Verum quia nunc nō eſt propoſitum de ieiunijs diſputare,& vniuerſa exequi, ſui & tituli ſit & voluminis:hæc ſufficiāt pauca de plurimis. Alioquin ad exemplum horum, poteris tibi ipſa colligere, quomodo primus de paradiſo ho-
H mo,ventri magis obediens, quàm deo,in hanc lachrymarum deiectus eſt vallem. Et ipſum dominum ſatanas fame tentauerit in deſerto. Et Apoſtolus clamitet:Eſcæ ventri,& venter eſcis: deus autē hunc & illas deſtruet. Et de luxurioſis, quorum deus venter eſt. Id enim colit vnuſquiſque, quod diligit. Ex quo ſolicitè prouidendum eſt, vt quos ſaturitas de paradiſo expulit, reducat eſuries. Quòd ſi volueris reſpondere, te nobili ſtirpe generatam, ſemper in delitijs, ſemper in plumis, nō poſſe à vino & eſculentioribus † cibis abſtinere,nec his legibus viuere, diſtrictius reſpondebo: Viue ergo lege tua,quæ dei non potes. Non quòd deus vniuerſitatis creator & dominus, inteſtinorum noſtrorum rugitu & inanitate ventris, pulmonisq; delectetur ardore,ſed quòd aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit. Iob deo charus,& teſtimonio ipſius immaculatus & ſimplex: audi quid de diabolo ſuſpicetur: Virtus eius in lumbis,& poteſtas eius in vmbilico. Honeſtè viri mulierisq; genitalia,immutatis ſunt appellata nominibus. Vnde & de lumbis Dauid ſuper ſedem eius promitti-
1 tur eſſe ſeſſurus. Et ſeptuaginta quinque animæ introierunt in Aegyptum,quę exierunt de femore Iacob. At poſtquam colluctante domino, latitudo femoris eius emarcuit, à liberorū opere ceſſauit. Et qui paſcha facturus eſt,accinctis mortificatisq; lumbis, facere præcipitur. Et ad Iob dicit deus: Accinge ſicut vir lumbos tuos. Et Ioannes zona pellicea cingitur. Apoſtoli iubentur accinctis lumbis,euangelij tenere lucernas. Ad Hieruſalem vero,quę reſperſa ſanguine,in campo inuenitur erroris,in Ezechiele dicitur: Non eſt præciſus vmbilicus tuus. Omnis igitur aduerſus viros,diaboli virtus,in lumbis eſt: Omnis in vmbilico contra fœminas fortitudo. Vis ſcire ita eſſe vt dicimus? Accipe exempla: Sampſon leone fortior & ſaxo durior:qui & vnus & nudus mille perſiquutus eſt armatos, in Dalilæ molleſcit amplexibus. Dauid ſecundum cor domini electus,& qui venturum Chriſtum ſancto ſæpe ore cantauerat: poſtquam deambulans ſuper tectum domus ſuæ, Bethſabeę captus eſt nuditate, adulterio iūxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende,quòd nullus ſit,etiā in domo,tutus aſpectus. Quapropter

Gene.3. Matt.4. 1.Cor.6. Phil.3. †lautioribus. Iob.1. Iob.38. Acto.2. Exod.1. Gene.32. Exod.12. Iob.38. Marc.1. Lucæ.12. Ezech.16. Iudic.14. 15.& 16. 1.Reg.16. 2.Reg.11.

ad dominum pœnitēs loquitur: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Rex enim erat,alium nō timebat. Solomon per quē ſe cecinit ipſa ſapiētia: qui diſputauit à cedris libani vſque ad hiſopum, quæ exit per parietē,receſſit à domino,quia amator mulierum fuit. Et ne quis ſibi de ſanguinis propinquitate confideret, illicito Thamar ſororis,Amnon frater exarſit incendio. Pudet dicere,quot quotidie virgines ruant, quantas de ſuo gremio mater perdat Eccleſia, [19] ſuper quæ ſydera,inimicus ſuperbus ponat thronum ſuū: Quot petras excauet,& habitet coluber in foraminib⁹ earum. Videas pleraſque viduas,antequam nuptas,infelicem conſcientiam mentita tantum veſte ꝓtegere. * Quas niſi tumor vteri, & infantū prodiderit vagitus,erecta ceruice,[20] & ludentibus pedibus incedunt. [21] Aliæ vero ſterilitatem præbent,& nec dum nati hominis homicidiū faciūt. Nonnullæ cùm ſe ſenſerint concepiſſe de ſcelere, abortij venena meditantur, & frequenter etiam ipſæ commortuæ,trium criminū reæ, ad inferos perducuntur,homicidæ ſui,Chriſti adulteræ,nec
L dum nati filij parricidæ. Iſtæ ſunt quæ ſolēt dicere:Omnia munda mundis. Sufficit mihi cōſcientia mea. Cor mūdū deſiderat deus. Cur me abſtineam à cibis:quos creauit deus ad vtendum? Et ſi quando feſtiue & lepidè [22] volūt viuere, vbi ſe mero ingurgitauerint,ebrietati ſacrilegium copulātes,aiunt: Abſit,vt ego me à Chriſti ſanguine abſtineā. Et ſi quā viderint pallentē atq; triſtē, [23] miſerā Imonachā,J & Manichæā vocāt. [24] Et conſequēter: Tali enim ꝓpoſito ieiuniū hęreſis eſt. Hæ ſunt,quę per publicū notabiliter† incedūt,& furtiuis oculorum nutibus,adoleſcentiū greges poſt ſe trahunt,quæ ſemper audiunt per prophetam: Facies meretricis facta eſt tibi,impudorata es tu. [25] Purpura tantum in veſte tenuis, [26] & laxius,vt crines decidant, ligatum caput,[27] ſoccus vilior,[28] & per humeros† hiacinthyna lena fortè volitās: [29] Succinctæ†manicæ brachijs adhærētes,& [30] ſolutis genubus fractus inceſſus: Hæc eſt apud illas tota virginitas. Habeāt iſtæ huiuſmodi laudatores ſuos,[31] vt ſub virginali nomine, lucroſius pereant. Libenter talibus non placemus. Pudet dicere,proh nefas. Triſte,ſed verū eſt: [32] Vnde in Eccleſias Agapetarum peſtis introijt? Vnde ſine nuptijs aliud nomen vxorum? imò vnde nouum cōcubinarum genus? Plus inferam: [33] Vnde meretrices vniuiræ? Eadē domo,vno cubiculo, ſæpe vno tenentur & lectulo,& ſuſpicioſos nos vocāt,ſi aliquid exiſtimamus. [34] Frater ſororem virginē deſerit,cœlibem ſpernit virgo germanum, fratrem quærit extraneum,& cùm in eodē propoſito eſſe ſe ſimulent,quærunt alienorum ſpiritale ſolatiū, vt domi habeant carnale commercium. Iſtiuſmodi homines Solomon in Prouerbijs ſpernit,dicēs: Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta eius non comburentur? Aut ambulabit ſuper carbones ignis,& pedes illius non ardebunt? [35] Expoſis igitur & exterminatis his quę nolunt eſſe virgines, ſed videri: nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio: Quæ quanto prima Romanę vrbis virgo nobilis eſſe cœpiſti,tanto tibi amplius laborandum eſt,ne & præſentibus bonis careas, & futuris. Et quidem moleſtias nuptiarum,& incerta con-

Pſal.50. K 3.Reg.11. 2.Reg.13. *prętege. re. Ro.14.& Tit.1. Rom.9. Matt.5. † nutabiliter. Hiere.5. † p humeros maſora volitās. † Strictæ. M Prouer.6.

A coniugij,domestico exemplo didicisti, cùm soror tua Blesilla ætate maior,sed ꝓposito minor, post acceptum maritum,septimo mense viduata est. O infelix humana conditio & futuri nescia. Et virginitatis coronam, & nuptiarum perdidit voluptatem. Et quanquam secūdum pudicitię gradum teneat viduitas,tamen quas illā per momenta sustinere existimās cruces, spectātem quotidie in sorore,quod ipsa perdiderit:& cùm difficili⁹experta careat voluptate,minorem continentiæ habere mercedē? Sit tamen & illa secura,sit gaudēs.
Mat.13. Cēteſimus & sexagesimus fructus de vno sunt semine castitatis. Nolo habeas consortiū matronarum: Nolo ad nobilium domos accedas: Nolo te frequenter videre,quod contemnens,virgo esse voluisti. Sic sibi solent applaudere mulierculæ de iudicib⁹ viris,& in aliqua positis dignitate. Si ad imperatoris vxorem concurrit ambitio salutantium,cur tu facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem,dei sponsa properas? Disce in hac parte superbiam sanctam:scito te illis esse meliorem.
B Neque vero earum tantum te cupio declinare cō gressus,quæ maritorū inflantur honoribus, quas eunuchorum greges sepiunt,& in quarū vestibus attenuata in filum auri metalla texuntur,sed etiā eas fuge,quas viduas necessitas fecit, non voluntas:No quòd mortem optauerint maritorum,sed quòd datam occasionē pudicitiæ,non libenter acceperint. Nunc vero tantum veste mutata pristina,non mutatur ambitio. Præcedit [36] caueas basternarum,[37] ordo semiuirorū:& rubentibus buccis,cutis farta distendit,vt eas putes maritos non amisisse,sed quærere. Plena adulatoribus domus, plena cōuiuis. Clerici ipsi quos & magisterio esse oportuerat pariter & timori,osculātur capita matronarum, & extenta manu,vt benedicere eos putes velle,si nescias,precia accipiunt salutandi. Illę interim,quæ sacerdotes suo viderint indigere prę sidio,erigūtur in superbiam: Et quia maritorum expertæ dominatum,viduitatis præferunt libertatem,[38] castæ vocātur & Nonnæ, [39] post cœnam dubiam, Apostolos somniāt. Sint tibi sociæ, quas ieiunia tenuant,quibus pallor in facie est, quas &
C ætas probauit & vita, quæ quotidie in cordibus suis canunt: Vbi pascis? Vbi cubas in meridie?
Cant.1. Phil.1. Quæ ex effectu dicunt:Cupio dissolui, & esse cū Christo. Esto subiecta parētibus: imitare spōsum tuum. Rarus sit egressus in publicum. Martyres tibi quærantur in cubiculo tuo. Nunquam causa deerit procedendi,si semper quando necesse est,processura sis.† Sit tibi moderat⁹ cibus,& nūquam venter expletus. Plures quippe sunt, quæ cùm vino sint sobriæ,ciborū largitate sunt ebrię. Ad orationem tibi nocte surgenti,non indigestio ructum faciat,sed inanitas. Crebri⁹ lege, discę q̄plurima. Tenenti codicem somnus obrepat, & cadentem faciem,pagina sancta suscipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia,& refectio satietatem fugiēs. Nihil prodest biduo triduóque transmisso,vacuū portare ventrem:si pariter obruatur, si compēsetur saturitate ieiunium. Ilicò mens repleta torpescit,& irrigata hum⁹,spinas libidinum germinat. Si quando senseris exteriorem hominem florem adolescentiæ suspirare,& accepto cibo,cùm te in lectulo compositam, dulcis [40] libidinum pompa

† Moderatus cibus, &c. expletus, triduanis præfertur ieiunijs.

concusserit:arripe scutum fidei,in quo ignitæ diaboli extinguuntur sagittæ. [41] Omnes adulteran- Ephes.6. D
tes,quasi clibanus corda eorum. At tu Christi comitata vestigijs,& sermonibus eius intenta, dic: Nónne cor nostrum ardens erat in via, cùm aperiret nobis Iesus scripturas? Et illud:Ignitum elo- Luce. 24. Psal.118.
quium tuum,& seruus tuus dilexit illud. Difficile est humanam animā aliquid non amare, & necesse est, vt in quoscunque mens nostra trahatur
† affectus. Carnis amor,spirit⁹ amore superatur. † affectus, carnis &c.
Desideriū desiderio restinguitur. Quicquid inde superetur.
minuitur,hinc crescit. Quin potius semper inge- Cant.3.
mina,& dicito sup lectulū tuum: In noctibus quę-
siui quē dilexit anima mea. Mortificate ergo,in- Colosſ.3.
quit Apostolus, membra vestra quæ sunt super
terram. Vnde & ipse postea cōfidenter aiebat: Vi- Galat.2.
uo autem,iā non ego, viuit vero in me Christus.
Qui mortificat membra sua,&[42] in imagine per- Psal. 118.
ambulat,non timet dicere:Factus sum, sicut vter
in pruina. Quićquid in me fuit humoris, excoctum est,& infirmata sunt in ieiunio genua mea,
& oblitus sum manducare panem meum. A vo- Psal.101.
ce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meæ. E
[43] Esto cicada noctiū. Laua per singulas noctes Psal.6.
lectum tuum, lachrymis tuis stratum tuū riga.
Vigila & fito sicut passer in solitudine:Psalle spi- Psal.101.
ritu,psalle & sensu: Benedic anima mea dominū, 1.Cor.14.
& ne obliuiscaris omnes retributiones eius: qui Psal.103.
propiciatur cūctis iniquitatibus tuis: Qui sanat
omnes infirmitates tuas,& redimit ex corruptione vitam tuam. Et quis nostrum ex corde dicere
potest: Quia cinerem tāquam panem manduca- Psal. 101.
bam,& potionem meam cum fletu miscebā? An
non flendum est,non gemendum,cùm me rursus
serpens inuitat ad illicitos cibos? Cùm de paradiso virginitatis eiectum,tunicis vult vestire pel- Gene.3.
liceis,quas Helias ad paradisum rediens, proiecit 4. Reg.2.
in terram? Quid mihi & voluptati, quæ breui
perit? Quid cum hoc dulci & mortifero carmine
Sirenarum? Nolo illi subiacere sententiæ, qua in
hominem est illata damnatio:In doloribus, & in Gene.3.
anxietatibus paries. [44] Mulieris lex ista est, non
mea. Et ad virum cōuersio tua. Sit conuersio illius ad maritum,quæ virum non habet Christū: F
Et ad extremum,morte morieris. Finis iste† con- † coniugij
iugij, meum propositum sine sexu est. Habeant est,meum
nuptæ† suum temp⁹,& titulum. Mihi virginitas propositū
in Maria dedicatur & Christo. Dicat aliquis: sine exitu
Et audes nuptijs detrahere,quæ à deo benedictę† est. &c.
sunt? Non est detrahere nuptijs,cùm illis virgini- † nuptiæ.
tas antefertur. Nemo malum bono comparat. † bonæ dictæ.
Glorientur & nuptæ,cùm à virginibus sint secūdæ:Crescite, ait,& multiplicamini,& replete ter- Gene.1.
ram. Crescat & multiplicetur ille,qui impleturus
est terram. Tuum agmen in cœlis est. Crescite &
multiplicamini,hoc expletur edictum post paradisum & nuditatem,& ficus folia,auspicātia pru- Gene.3.
riginem nuptiarum. Nubat & nubatur ille, qui
in sudore faciei comedit panem suum, cuius terra tribolos & spinas generat, & cuius herba sentibus suffocatur. Meum semen,centenaria fruge Mat.13.
fœcundum est. Non omnes capiunt verbum dei, Mat.19.
sed hi quibus datum est. Alium eunuchum necessitas faciat,me voluntas. Tempus amplexandi, & tempus abstinendi à complexibus: tempus Eccl's.3.

G mittendi lapides, & tempus colligendi. [45] Post-
Matt.3. quam de duritia nationū generati sunt filij Abra
hæ, cœperunt sancti lapides volui super terram.
Pertranseunt quippe mundi istius turbines, & in
curru dei, rotarum celeritate voluuntur. [46]Con-
suant tunicas,qui inconsutam desursum tunicam
perdiderunt,quos vagitus delectat infantium, in
ipso lucis exordio [47] fletu lugentium quòd nati
Gene.2. sunt. Eua in paradiso virgo fuit:post pelliceas tu-
&.3. nicas,initium sumpsit nuptiarū. Tua regio para-
disus est. Serua quòd nata es,& dic:Reuertere ani-
ma mea in requiem tuā. Et vt scias virginitatem
esse naturæ,nuptias post delictū: virgo nascit ca-
ro de nuptijs:in fructu reddens,quod in radice p-
Esaiæ.11. diderat. Exiet virga de radice Iesse,& flos de radi
ce eius ascendet. Virga mater est domini,simplex,
pura,syncera,nullo extrinsecus germine cohæren
te,[48]& ad similitudinē dei vnione fœcūda. Virgæ
Cant.2. flos Christus est,dicens,Ego flos,campi,& lilium
Danie.2. conuallium. Qui & in alio loco,lapis prædicatur
abscissus de monte sine manibus: significāte pro-
pheta, virginem nasciturum esse de virgine. Ma-
H nus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum, vt
Cant.2. ibi: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius
amplexabitur me. In huius sensus cōgruit volun
tatem etiam illud,quòd animalia quę in arcā Noë
Gene.7. bina inducuntur, immūda sunt. Impar numerus
Exod.3. est mūdus: Et Moyses & Iesus Naue nudis in san
Iosuæ.5. ctam terram pedibus iubentur incedere: Et disci-
Lucæ.10. puli sine calciamentorum onere, & vinculis pel-
lium ad prædicationem noui euangelij destinan-
Ioan.19. tur. Et milites vestimentis Iesu sorte diuisis: cali-
gas non habebant quas tollerent. Nec enim pote-
rat habere dominus, [49] quod prohibuerat seruis.
Laudo nuptias, laudo coniugium, sed quia mihi
virgines generant: lego de spinis rosam,de terra
aurum, de concha margaritum. [50] Nunquid qui
arat,tota die arabit? Nonne & laboris sui fruge lę
tabitur? Plus honorantur nuptiæ, quando quod
de illis nascitur, plus amatur. Quid inuides ma-
ter filiæ? Tuo lacte nutrita est,tuis educata visce-
ribus,in tuo adoleuit sinu. Tu illam virginem se-
dula pietate seruasti. Indignaris,quod noluit mi-
I litis esse vxor, sed regis? Grande tibi beneficium
1.Cor.7. præstitit. Socrus dei esse cœpisti. De virginibus,
inquit Apostol9, præceptum domini non habeo.
Cur? Quia & ipse vt esset virgo, nō fuit imperij,
sed propriæ volūtatis. [51] Neq; enim audiēdi sunt,
qui eum vxorem habuisse confingunt, cùm de cō
tinentia differens & suadens perpetuam castita-
Ibidem. tē,intulerit: Volo autē omnes esse sicut meipsum.
Ibidem. Et infra. Dico autem innuptis & viduis: Bonum
est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Et in alio
1.Cor.9. loco: Nunquid non habemus potestatem circun-
ducendi mulieres, sicut & cæteri apostoli? Qua-
re ergo non habet domini de virginitate præce-
ptū? Quia maioris est mercedis,quod non cogit,
& offertur. Quia si fuisset virginitas imperata,
nuptię videbantur ablatæ. Et durissimū erat con
tra naturam cogere:angelorumq; vitam ab homi
nibus extorquere, & id quodammodo damnare,
quod conditum est. Alia fuit in veteri lege feli-
citas: Beatus qui habet semen in Sion, & dome-
sticos in Hierusalem. Et, maledicta sterilis, quæ
Psal.127. non pariebat: Et,filij tui sicut [52] nouellæ oliuarū,
in circuitu mensæ tuæ: Et repromissio diuitiarū. K
Et,non erit infirmus in tribubus tuis. Nunc dici-
tur:ne te lignum arbitreris aridum. Habes locum
pro filijs & filiabus, in cœlestibus sempiternum.
Nunc benedicuntur pauperes, & Lazarus diuiti Lucæ.16.
præfertur in purpura. Nunc qui infirmus est,for- 1.Cor.1.
tior est. Vacuus erat orbis:&,[53] vt de typicis ta-
ceam,sola erat benedictio liberorum. Propterea &
Abraham iam senex Cethuræ copulatur. Et Ia- Gene.25.
cob mandragoris redimitur: Et concussam vuluā Gene.30.
in Ecclesiæ figuram, Rachel pulchra cōqueritur. Ibidem.
Paulatim vero increscēte segete messor immissus
est. Virgo Helias,Heliseus virgo, virgines multi
filij prophetarū. Hieremię dicitur: Et tu ne acci- Hiere.16.
pias vxorē. Sāctificatus in vtero, captiuitate pro- Hiere.1.
pinqua,vxorem prohibetur accipere. Alijs verbis
idipsum Apostolus loquitur: Existimo hoc bonū 1.Cor.7.
esse propter instantem necessitatem, quoniam bo
num est homini sic esse. Quæ est ista necessitas,
quæ aufert gaudia nuptiarum? Tempus breuiatū
est: Reliquū est,vt & qui habent vxores,sint quasi 1.Cor.5.
non habeant. In proximo est Nabuchodonosor.
Promouit se leo de cubili suo. Quó mihi super- L
bissimo regi seruitura coniugia? Quó paruulos,
quos propheta complorat,dicens? Adhęsit lingua Thren.4.
lactentis ad faucem ipsius in siti. Paruuli postu- Ibidem.
lauerunt panem,& qui frangeret eis, non erat. In-
ueniebatur ergo,vt diximus, in viris tantum hoc
continentiæ bonum, & in doloribus iugiter Eua
parturiebat. Postquam vero virgo cōcepit in vte- Esa.7.
ro,& peperit nobis puerum, cuius principatus in
humeros eius,deum,fortem,patrem futuri seculi:
soluta maledictio est. Mors per Euam: vita per
Mariam. Ideoq; & diuitius †virginitatis donum † diuinit9.
fluxit in fœminas,quia cœpit à fœmina. Statim
vt filius dei ingressus est super terram, nouam si-
bi familiam instituit, vt qui ab angelis adorabatur in cœlo,haberet angelos & in terris. Tunc Ho
lofernis caput,Iudith cōtinens amputauit. Tunc Iudith.13.
Aman,qui interpretatur iniquitas,suo combustus Hester.15
est igni. Tunc Iacobus & Ioannes relicto patre, Matt.4.
rheti,nauicula,sequuti sunt saluatorem: affectum
sanguinis & vincula seculi,& curam domus pari-
ter relinquētes. Tunc primùm auditum est: Qui Matt.16.
vult venire post me, abneget semetipsum sibi: & M
tollat crucē suam,& sequatur me. Nemo enim mi
les cum vxore pergit ad prelium. Discipulo ad se-
pulturā patris ire cupienti,non permittitur. Vul- Matt.8.
pes foueas habent,& volucres cœli nidos, vbi re- Lucæ.9.
quiescant: filius autem hominis,non habet vbi ca
put suum reclinet,Ne forsitan contristeris, si an-
gustè manseris. Qui sine vxore est, solicitus est 1.Cor.7.
quę domini sunt,quomodo placeat domino. Qui
autem cum vxore est,solicitus est quæ sunt mun-
di:quomodo placeat vxori. [54] Diuisa est mulier,&
virgo. Quæ non est nupta, cogitat quæ sunt do-
mini,vt sit sancta corpore & spiritu. Nā quæ nu-
pta est,cogitat quę sunt mundi:quomodo placeat
viro. Quantas molestias habeant nuptię,& quot
solicitudinibus vinciantur, in eo libro quē aduer-
sus Heluidium de beatæ Mariæ perpetua virgi-
nitate ædidimus,puto breuiter expressum. Nunc
eadem replicare perlongum est: Et si cui placet,
de illo potest haurire fonticulo. Verum ne peni-
tus videar omisisse: nūc dicam, quod cùm Apo-
stolus

1.Thess.5. stolus sine intermissione orare nos iubeat, & qui
A in coniugio debitum soluit, orare non possit: aut
oramus semper & virgines sumus, aut orare desi-
1.Cor.7. nimus, vt coniugio seruiamus. Et si nupserit, in-
quit, virgo, non peccat: Tribulationem tamen car
nis habebunt huiusmodi. Et in principio libelli
præfatus sum, me de angustijs nuptiarum, aut ni-
hil omnino, aut pauca dicturū: Et nunc eadē ad-
moneo, vt si tibi placet scire quot molestijs virgo
sit libera, quot vxor astricta sit: legas Tertullianū
ad amicum philosophum, & de virginitate alios li
bellos, & beati Cypriani volumen egregiū, & Pa-
pæ Damasi super hac re, versu, prosaq; composi-
ta," & Ambrosij nostri quæ nuper scripsit ad so-
rorem opuscula. In quib⁹ tanto se effudit eloquio,
vt quicquid ad laudes virginum pertinet exqui-
†exquisie- sierit, expresserit, ordinarit. † Nobis diuerso tra-
rit, inuene mite incedendum. Virginitatem non tantum ef-
rit, ordina ferimus, sed seruamus. Nec sufficit scire, quod bo-
uerit, ex- num est, nisi custodiatur attentius, quod electum
presserit. est: Quia illud iudicij est, hoc laboris: & illud com
Matt.10. mune cum pluribus, hoc cū paucis. Qui perseue-
&.24. rauerit, inquit, vsq; in finē, hic saluus erit. Et mul
B ti vocati, pauci verò electi: Itaque obtestor te corā
Matt.20. deo, & Christo Iesu, & electis angelis eius: ne vasa
&.22. tēpli domini, quæ solis sacerdotib⁹ videre concess-
sum est, facile in publicū proferas: ne sacrariū dei,
2.Reg.6. quisquam profanus aspiciat. Oza arcam quā non
1.Para.13. licebat tāgere attingens, subita morte prostratus
est. Neque enim vas aureum, & argenteum tam
charum deo fuit, quàm templum corporis virgi-
nalis. Præcessit vmbra, nunc veritas est. Tu quidē
simpliciter loqueris, & ignotos quosq; blanda non
despicis, sed aliter vident impudici oculi. Non no-
runt animæ pulchritudinem considerare, sed cor-
porum. Ezechias thesaurum dei, monstrat Assy-
rijs: sed Assyrij nō debuerūt videre, qđ cuperent.
Deniq; frequētibus bellis Iudęa cōuulsa, vasa pri-
mùm domini capta atq; translata sunt. Inter epu
las & concubinarū greges, quia palma vitiorū est
Dan.5. honesta polluere, Balthasar potat in phialis. Ne
Psal.40. declines aurem tuam in verba malitię. Sępe enim
C indecens aliquid loquentes, tentant mentis arbi-
trium, si libenter audias virgo quod dicitur, si ad
ridicula quæque soluaris, quicquid dixeris, laudāt:
quicquid negaueris, negāt: facetam vocant & san-
ctam, & in qua nullus sit dolus: Ecce verè ancilla
Christi, dicentes: Ecce tota simplicitas: Nō vt illa
horrida, turpis, rusticana, terribilis, & quæ ideo
forsitan maritum non habuit, quia inuenire non
potuit. Naturali ducimur malo. Adulatorib⁹ no-
stris libenter fauemus, & quanquam nos respon-
deamus indignos, & calidus rubor ora perfundat,
attamen ad laudem suam, intrinsecus anima lęta-
tur. Sponsa Christi arca est testamēti, intrinsecus
& extrinsecus deaurata, custos legis domini. Sicut
Exod.25. in illa nihil aliud fuit, nisi tabulæ testamenti, ita
& in te nullus sit extrinsecus cogitatus. Super hoc
propiciatorium quasi super cherubim, sedere vult
Lucæ.19. dominus. Mittit discipulos suos, vt in te sicut in
pullo asinæ sedeat. Curis te secularibus soluat, vt
Exod.1. paleas & lateres Aegypti derelinquens, Moysen
sequaris in eremo, & terram repromissionis in-
troeas. Nemo sit qui prohibeat, non mater, non so
ror, non cognata, non germanus: Dominus te ne-

cessariam habet. Quòd si voluerint impedire, ti- D
meant flagella Pharaonis, qui populum dei ad co Exod.7.
lendum eum nolens dimittere, passus est ea quæ & seq.
scripta sunt. Iesus ingressus in templum, ea quæ Mar.2.&
templi non erant, proiecit. Deus enim zelotes est, Lucæ.19.
& non vult patris domum fieri speluncam latro- Esa.20.
num. Alioqui vbi æra numerātur, vbi sunt caueę & 34.
columbarum, & simplicitas enecatur, vbi in pe-
ctore virginali secularių negociorum cura æstu-
at, statim velum templi scinditur: sponsus consur-
git iratus, & dicit: Relinquetur vobis domus ve- Matt.23.
stra deserta. Lege euangelium, & vide quomodo
Maria ad pedes domini sedens, Marthæ studio Lucæ.7.
præferatur. Et certe sedulo hospitalitatis officio,
domino atque discipulis eius, conuiuium præpa-
rabat. Martha, inquit, Martha solicita es, & tur-
baris erga plurima: pauca autem necessaria sunt,
vt vnum: Maria bonam partem elegit, quæ non
auferetur abea. Esto & tu Maria, cibis præferto
doctrinam. Sorores tuę curśitent, & quærant quo-
modo Christum hospitem suscipiant. Tu semel
seculi onere proiecto, sede ad pedes domini, & dic: E
Inueni eum quem quærebat anima mea: tenebo Canti.3.
eum, & non dimittam: & ille respondeat: Vna est Canti.6.
columba mea, perfecta mea: vna est matri suę,
electa genitrici suæ, cœlesti videlicet Hierusalem.

Semper te cubiculi tui secreta custodiant, sem-
per tecum sponsus ludat intrinsecus. Oras, loque-
ris ad sponsum: legis, ille tibi loquitur: Et cùm te
somnus oppresserit, veniet post parietē, & mittet Cantic.2.
manum suam per foramen, & tanget ventrē tuū. Cantic.5.
Et expergefacta consurges, & dices: Vulnerata
charitate ego sum: & rursus ab eo audies, Hortus Cantic.4.
cōclusus soror mea sponsa: hortus conclusus, fons
signatus. Caue ne domum exeas, & velis videre
filias regionis alienæ, quanuis fratres habeas pa-
triarchas, & Israēl parente læteris. Dina egressa, Gene.34.
corrumpitur. Nolo te sponsum quærere per pla-
teas. Nolo te circumire angulos ciuitatis, dicas li-
cēt: Surgam & circumibo ciuitatem, & in foro, & Cantic.3.
in plateis quæram quem dilexit anima mea, &
interroges: Num quem dilexit anima mea, vidi- Ibidem.
stis? nemo tibi respondere dignabitur. Sponsus in F
plateis non potest inueniri. Arcta & angusta via Matt.7.
est, quæ ducit ad vitam. Denique sequitur: Quæ- Cantic.5.
siui eum, & nō inueni: vocaui eum, & non respon-
dit mihi. Atque vtinam non inuenisse sufficiat.
Vulneraberis, nudaberis, & gemebunda narabis:
Inuenerūt me custodes, qui circumeūt ciuitatem: Ibidem.
percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt ¶
theristrum meum mihi. Si autem hoc exiens pa-
titur illa, quæ dixerat: Ego dormio, & cor meum Ibidem.
vigilat, & fasciculus stactes fratruelis meus mihi,
in medio vberum meorum commorabitur: quid
de nobis fiet, quæ adhuc adolescētulæ sumus? quæ
sponsa intrante cum sponso remanemus extrin- Matt.25.
secus? Zelotypus est Iesus, non vult ab alijs vide-
ri faciem tuam. Excuses licèt atque causeris, ob-
ducto velamine ora contexi, & quæsiui te ibi, &
dixi: Annūcia mihi, quem dilexit anima mea: vbi Cant.1.
pascis, vbi cubas in meridie, ne quando efficiar
sicut operta super greges sodalium tuorum: indi-
gnabitur, tumebit, & dicet: Si non cognoueris te-
ipsam ó pulchra inter mulieres: egredere tu in ve-
stigijs gregū, & pasce hædos tuos in tabernaculis

G pastorum. Sis licèt pulchra, & inter omnes mulieres ſpecies tua diligatur à ſponſo, niſi te cognoueris, & omni cuſtodia ſeruaueris cor tuum: niſi oculos iuuenum fugeris, egredieris de thalamo meo,
Matt.25. & paſces hædos, qui ſtaturi ſunt à ſiniſtris. Itaq; mi Euſtochium filia, domina, cõſerua, germana, aliud enĩ ætatis, aliud meriti, aliud religionis, hoc charitatis eſt nomen, audi Eſaiam loquentem: [57] Populus meus intra cubiculum tuum. Claude oſtium tuum, abſcondere puſillum aliquãtulum,
Ibidem. donec tranſeat ira domini. Foris vagentur virgines ſtultæ, tu intrinſecus eſto cum ſponſo, quia ſi
Matt.6. oſtium clauſeris, & ſecundum Euãgelij præceptũ in occulto oraueris patrem tuum, veniet & pulſa-
Apoc.3. bit, & dicet: Ecce ego ſto ante ianuam & pulſo. Si quis mihi aperuerit, introibo & cœnabo cũ eo, & ipſe mecum: & tu ſtatim ſolicita, reſpondebis:
Cantic. 5. Vox fratruelis mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, proxima mea, perfecta mea. Nec eſt vt di-
Ibidem. cas: Diſpoliaui me tunica mea, quomodo induar illam? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos?
Ilicò conſurge & aperi, ne te remorãte pertrãſeat,
H & poſtea cõqueraris, & dicas: Aperui ego fratrueli meo, fratruelis meus pertranſiuit. Quid enim neceſſe eſt, vt cordis tui oſtia clauſa ſint ſponſo? Pateant Chriſto, claudantur diabolo, ſecundum
Eccl's.10. illud: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcẽderit ſuper te, ne dimiſeris locum tuum. [58] Daniel in cœnaculo ſuo manebat in ſuperioribus (neque enim manere poterat in humili) feneſtras apertas ad Hieruſalẽ habuit. Et tu habeto apertas feneſtras, ſed vnde lumen introëat, vnde videas ciuitatẽ domini. Ne aperias illas feneſtras, de quibus dicitur:
Hiere.9. intrauit mors per feneſtras veſtras. Illud quoque tibi vitãdum eſt, [59] ne inanis gloriæ ardore capiaris. Quomodo, inquit Ieſus, poteſtis credere, gloriam ab hominibus accipientes? Vide quale malum ſit, quod qui habuerit, nõ poteſt credere. Nos
Pſal.3. vero dicamus: Quoniam gloriatio mea tu es. Et:
1.Cor.1. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et: Si adhuc
Galat.1. hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem. Et:
Galat.6. Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini no-
I ſtri Ieſu Chriſti: per quẽ mihi mũdus crucifixus
Pſal.33. eſt, & ego mundo. Et illud: In te laudabimur tota die, in domino laudabitur anima mea. Cùm facis eleemoſynã, deus ſolus videat. Cùm ieiunas, læta ſit facies tua. Veſtis nec ſatis munda, nec ſordida, & nulla diuerſitate notabilis: ne ad te obuiã prætereuntium turba conſiſtat, & [60] digito monſtreris. Frater eſt mortuus, ſororis eſt corpuſculũ deducendum: caue ne dũ hęc ſępius facis, ipſa moriaris. Nec ſatis religioſa velis videri, nec plus humilis quàm neceſſe eſt, ne gloriam fugiendo quæras. Plures enim paupertatis miſericordię atq; ieiunij arbitros declinates, hoc ipſo cupiunt placere, quòd placere contẽnunt: & mirũ in modũ laudum vitatur, appetitur. Cæteris perturbationib9 quib9 hominis mẽs gaudet, ægreſcit, ſperat, & metuit, plures iuenio extraneos. Hoc vitio pauci admodũ ſunt q caruerint: & ille eſt optimus, q quaſi in pulchro corpore, rara neuorũ ſorde reſpergit. Neq; vero moneo, ne de diuitijs glorieris, & ne de generis nobilitate te iactes, ne te cęteris pręferas.
Pſal.130. Scio humilitatẽ tuã. Scio te ex affectu dicere: Domine, nõ eſt exaltatũ cor meũ, neq; elati ſunt ocu-

li mei. Noui apud te & apud matrẽ tuã, ſuperbiã, K
per quam diabolus cecidit, penitus locum non habere. Vnde ad te ſuper ea ſcribere ſuperfluum ſit. Stultiſſimum quippe eſt docere, quod nouerit ille quem doceas. Sed ne hoc ipſum tibi iactãtiam generet, quòd ſeculi iactantiam contempſiſti: ne cogitatio tacita ſubrepat, vt quia in auratis veſtib9 placere deſiſti, placere coneris in ſordidis: & quando in conuentum fratrum veneris vel ſororum,
humilius † ſedeas, ſcabello te cauſeris indignã: vo †humi.
cem ex induſtria, quaſi confecta ieiunijs, tenues: & deficientis imitata greſſum, humeris innitaris alterius. Sunt quippe nonnullæ exterminantes
facies ſuas, vt appareãt † hominibus ieiunantes: † pareant.
quæ ſtatim vt aliquem viderint, ingemiſcunt, demittunt ſupercilium: & operta facie, vix vnũ oculum liberant ad videndum. Veſtis pulla, cingulũ
ſacceum, & ſordidis manibus pedibusq;, venter ſolus, quia videri non poteſt, æſtuat cibo. His quoti-
die pſalmus ille canitur: Dominus diſſipabit oſſa Pſal.52.
hominum ſibi placentium. Alię virili habitu, veſte mutata, erubeſcunt eſſe quod natæ ſunt, crinẽ
amputant, & impudenter erigunt [61] facies eunu- L
chinas. Sunt quæ ciliciis veſtiuntur, & cucullis fabrefactis: vt ad infantiam redeant, imitantur noctuas & bubones. Sed ne tantum videar diſputare de fœminis, viros quoque fuge, [62] quos videris
catenatos: quibus fœminei [63] contra Apoſtolum
crines, hircorum barba, nigrum pallium, [64] & nu-
di patientia frigoris † pedes. Hæc omnia argumẽ †ad impa-
ta ſunt diaboli. [65] Talem olim Antonium, talem tientiã fri
nuper Sophronium Roma cõgemuit. Qui poſt- goris.
quam nobilium introierunt domos, & deceperũt mulierculas oneratas peccatis, ſemper diſcentes,
& nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes, 2. Timo;
triſtitiam ſimulant: & quaſi lõga ieiunia, furtiuis noctium cibis protrahunt. Pudet dicere reliqua, ne videar potius inuehi, quàm monere. Sunt alij (de mei ordinis hominib9 loquor) qui ideo presbyterium & diaconatum ambiunt, vt mulieres licentius videant. Omnis his cura de veſtibus, ſi bene oleant: ſi pes, laxa pelle, non folleat. Crines [66] calamiſtri veſtigio rotantur, digiti de anulis radiãt:
& ne plãtas humidior via aſpergat, vix imprimũt M
ſumma veſtigia. Tales cùm videris, ſponſos magis exiſtimato quàm clericos. Quidã in hoc omne ſtudium vitamq; poſuerunt, vt matronarum nomina, domos, moresq; cognoſcant. Ex quibus vnum, qui huius artis eſt princeps, breuiter ſtrictimq; deſcribam: quò facilius magiſtro cognito, diſcipulos recognoſcas. Cum ſole feſtinus exurgit, ſalutandi ei ordo diſponitur, viarum compendia requirũtur, & penè vſque ad cubicula † dor- †cubilia.
mientium, ſenex importunus ingreditur. Si puluillum viderit, ſi mantile elegãs, ſi aliquid domeſticæ ſupellectilis, laudat, miratur, attrectat, & ſe
his indigere conquerens, nõ tam impetrat, quàm †Ex trib9
extorquet: quia ſingulæ metuunt veredarium vr- exẽplarib9
bis offendere. Huic inimica caſtitas, inimica ie- vetuſtis,
iunia, prandium nidoribus probat, [67] & altilis γε- vnũ legit
ροντοπίπτης, † vulgo pipizo nominatur. Os barba- altilis γέ-
rum & procax, & in conuicia ſemper armatum. ρων cum
Quocunq; te verteris, primus in facie eſt. Quic- hac gloſa,
quid nouum inſonuerit, aut autor, aut exagge- .i. pinguis
rator eſt famæ. Equi per horarum momenta mu- ſenex.
tantur,

A tantur, tam nitidi, tamq; feroces, vt [68] Thracij regis illum putes esse germanum. Varijs callid⁹ hostis pugnat insidijs. Sapientior erat coluber omnibus bestijs, quas creauerat dominus super terram. Vnde & Apostolus: Non, inquit, ignoram⁹ eius astutias. Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ mundiciæ conueniunt Christiano. Si quid ignoras, si quid de scripturis dubitas: interroga cum, quē vita cōmendat, excusat ætas, fama nō reprobat: qui possit dicere, Despōsaui enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Aut si nō est qui possit exponere, melius est aliquid nescire securè, quàm cum periculo discere. Memēto, quia in medio laqueorum ambulas: & multæ veteranæ virgines castitatis indubitatæ, in ipso mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quæ ancillulæ sunt comites propositi tui, ne erigaris aduersus eas, ne insleris vt domina. Vnum sponsum habere cœpistis, simul psallitis. Christi simul corpus accipitis, cur mensa diuersa sit? Prouocen

B tur & aliæ. Honor virginum sit inuitatio cæterarum. Quòd si aliquam senseris infirmiorem in fide, susci pe, consolare, blandire, & pudicitiam illius fac lucrum tuum. Si qua simulat, fugiens seruitutem, huic apertè Apostolum lege: Melius est nubere, quàm vri. Eas autem virgines & viduas, quæ ociosæ & curiosæ domos circumeunt matronarum: [69] quæ rubore frontis abstrito, [70] parasitos vincūt mimorum, quasi quasdam pestes abijce. Corrumpunt mores bonos, confabulationes pessimæ. Nulla illis nisi ventris cura est, & quæ ventri sunt proxima. Istiusmodi hortari solent, & dicere: [71] Mi catella, † rebus tuis vtere, & viue dū viuis: & nunquid filijs tuis seruas? Vinosæ atque lasciuæ, quiduis mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delitias emolliunt. Et cùm luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quòd primam fidem irritam fecerunt.

Nec tibi diserta multum velis videri, aut lyrici festiuo carminis metro ludere. [72] Non delumbē matronarum saliuam delicata secteris, quæ nunc strictis dentibus, nūc labijs dissolutis, balbutientē linguam in dimidiata verba moderantur, rusticū

C putātes [73] omne quod [naturaliter] nascitur. Adeo illis adulterium etiam linguæ placet. Quæ enim communicatio luci ad tenebras? Qui consensus Christo cum belial? Quid facit cū psalterio Horatius? cum Euangelijs Maro? cum apostolis Cicero? Nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recūmbentem? Et licèt omnia munda mundis, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: tamen simul bibere non debemus calicem Christi, & calicem dęmoniorū. Referam tibi meę infelicitatis historiam. [74] Cùm ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & quod his difficilius est, cōsuetudine lautioris cibi, propter cœlorū me regna castrassem, & Hierosolymā militaturus pergerem, bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio ac labore cō feceram, carere non poteram. Itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabā. Post noctiū crebras vigilias, post lachrymas, quas mihi præteritorū recordatio peccatorum ex imis viscēribus eruebat, Plautus † sumebat in man⁹. Si quādo in memet reuersus, prophetas legere cœpissem, sermo horre-

bat incultus. Et quia lumen cæcis oculis non vi- D debam, non oculorum putabam culpam esse, sed solis. Dū ita me antiquus serpens illuderet, in media fermè quadragesima medullis infusa febris, corpus inuasit exhaustū: & sine vlla requie (quod dictu quoque incredibile sit) sic infelicia membra depasta est, vt ossibus vix hærerem. Interim parantur exequiæ, & vitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore, in solo tātum repēte † pectus- † tepente. culo palpitabat: cùm subito raptus in spiritu, ad tribunal iudicis pertrahor: vbi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, vt proiectus in terram, sursum aspicere nō auderem. Interrogatus de conditione, Christianū me esse respondi. Et ille qui prę sidebat: Mentiris, ait, Ciceronianus es, non Christianus. Vbi enim Matt.6. thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ilico obmutui, & inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientiæ magis igne torquebar, illum mecum versiculum reputans: In inferno autem quis cōfitebitur tibi? Psal.6. Clamare autem cœpi & eiulans dicere: Miserere mei domine, miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsidentis genua pro- E uoluti qui astiterant, precabantur vt veniam tribueret adolescentiæ, & errori locum pœnitentiæ commodaret: *exacturus deinde cruciatum, si gē- Fortè, con tilium literarum libros aliquando legissem. Ego donaret. qui in tanto constrictus articulo, vellem etiā maiora promittere: deierare cœpi, & nomen eius obtestās, dicere: Domine, si vnq; habuero codices seculares: si legero, te negaui. In hæc sacramenti verba dimissus, reuertor ad superos: & mirantibus cunctis, oculos aperio, tanto lachrymarum imbre perfusos, vt etiam incredulis fidem facerē ex dolore. Nec vero sopor ille fuerat, aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est tribunal illud, ante quod iacui: testis iudicium triste, quod timui. Ita mihi nunq; contingat [75] in talem incidere quę stionem, liuentes habuisse scapulas, plagas sensisse post somnum, & tanto dehinc studio diuina legisse, quanto non antè mortalia legeram. Auaritiæ tibi quoq; vitandum est malūm, non vt aliena non appetas (hoc enim & publicæ leges puniunt) sed quò tua, quæ sunt aliena non serues. Si in F alieno, inquit, fideles nō fuistis; quod vestrum est, Lucæ.16. quis dabit vobis? Aliena nobis auri argentiq; sunt pondera, nostra possessio spiritalis est: de qua alibi dicitur: Redemptio animæ viri, propriæ diui- Prouc.13. tiæ. Nemo enim potest duobus dominis seruire: Matt.6. aut enim vnū odiet: & alterum amabit: aut vnum patietur, & alterū contēnet. Non potestis deo seruire & māmonæ, id est, diuitijs. Nam gētili Syrorum lingua, māmona diuitiæ nuncupantur. Co- Māmona. gitatio victus, spinæ sunt fidei. Radix auariciæ, cura gentilium. At dicis: Puella sum delicata, & quæ manibus meis laborare non possum. Si ad senectam venero: si ægrotare cœpero, quis mei miserebitur? Audi apostolis loquentem Iesum: Ne Matt.6. cogitetis in corde vestro, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam nō serunt, neque metunt: neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa. Si vestis defuerit, lilia proponātur. Si furieris, audias, beatos Ibidem.

G pauperes & esurientes. Si aliquis te afflixerit do-
2.Cor.12. lor, legito: Propter hoc complaceo mihi in infirmitatibus meis, & datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanę, qui me colaphizet, ne extollar. Lætare in omnibus iudicijs dei. Exultauerūt
Psal.47. eīn filiæ Iudę in omnib⁹ iudicijs tuis domine. Illa
Iob.1. tibi semp in ore vox resonet: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus redeam. Et: Nihil intulim⁹ in hunc mundum, neque auferre quid possumus.
†ornari ac stipari. At nunc pleraſque videas armaria stipare† vestibus, tunicas mutare quotidie, & tamen tineas non posse superare. Quæ religiosior fuerit, vnum exterit vestimentū, & plenis arcis [76] pannos trahit. Inficiuntur membranæ colore purpureo. Aurum liquescit in literas, gemmis codices vestiuntur, & nudus ante fores earum Christus emoritur. Cùm manum egenti porrexerint, buccinant. [77] Cùm ad agapen vocauerint, pręco conducitur. Vidi nuper (nomen taceo, ne satyram putes) nobilissimam Romanorum mulierem in basilica beati Petri semiuiris antecedentibus, propria manu, quò religiosior putaretur, singulos nummos dispertire
H pauperib⁹. Interea (vt vsu nosse perfacile est) anus quædam annis pannisq; obsita præcurrit, vt alterum nummum acciperet: ad quam cùm ordine peruenisset, pugnus porrigitur pro denario, & tanti criminis reus sanguis effunditur. Radix omniū
Gal.5. malorum est auaricia. Ideoq; ab Apostolo idolo-
Matt.6. rum seruitus appellatur. Quęre primùm regnum dei, & hæc omnia apponentur tibi. Non occidet
Psal.36. fame animā iustam dominus. Iunior fui & senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius
3.Reg.17. quærens panem. Helias coruis ministrātibus pa-
Ibidem. scitur. Vidua Sareptana, ipsa cum filijs nocte moritura, prophetam pascit esuriens. Et mirum in modum capsace completo, qui alendus venerat,
Acto.3. alit. Petrus Apostolus inquit: Argentum & aurū non habeo, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine domini Iesu surge & ambula. At nunc multi, licèt sermone taceant, opere loquuntur: Fidem & misericordiam non habeo: quod autem habeo, argentum & aurum, hoc tibi non do. Habentes
1.Timo.6. autem victum & vestitum, his contenti sumus.
Gene.28. Audi Iacob, quid sua oratione postulet: Si fuerit domin⁹ meus mecum, & seruauerit me in via hac
I per quam ego iter facio, & dederit mihi panem ad
†induedū. manducādum, & vestitum ad vestiendum. † Tantum necessaria deprecatus est: & post annos vi-
Gene.31. & 32. ginti diues domin⁹, & ditior pater, †ad terram reuertitur Chanaam. Infinita de scripturis exempla suppeditant, quæ auariciam doceant esse fu-
†patre. †latere. giendam. Verum quia nunc ex parte† de ea dici-
†adiuuerit tur, & suo (si Christus annuerit†) volumini reseruatur, quid ante non plures annos Nitriæ gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quàm auarior, & nescius triginta argenteis dominum venditum: centum solidos quos lina texendo acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos cōsilium (nam in eodem loco circiter quinque milia diuisis cellulis habitabant) quid facto opus esset. Alij pauperibus distribuendos esse dicebant: alij dandos Ecclesiæ: nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero & Pambo & Isidorus, & cæteri, quos patres vocant, sancto in eis loquente spiritu, decreuerunt infodien-

dos esse cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum Actorū.8.
sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam K
putet factum, tantus cūctos per totam Aegyptū terror inuasit, vt vnum solidum dimisisse, sit criminis. Et quoniam monachorū fecimus mentionem, & te scio libenter audire, quæ sancta sunt, aurem paulisper accommoda. Tria sunt in Aegypto genera monachorum. Primum [78] cœnobitæ, Cœnobitæ
quod illi sauses gentili lingua vocant, nos in communi viuentes possumus appellare. Secundum [79] Anachoritæ.
anachoritæ, qui soli habitant per deserta: & ab eo quòd procul ab hominibus receſſerint nuncupantur. Tertium genus est, quod remoboth dicūt, de- Remoboth.
terrimum atque neglectum: & quod in nostra prouincia aut solum, aut primum est. Hi bini vel terni, nec multò plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viuentes. Et de eo quod laborauerint, in medium partes conferunt, vt habeant alimenta cōmunia. Habitāt autem quàm plurimi in vrbibus & castellis: & quasi ars sit sancta, non vita, quicquid vēdiderint, maioris est precij. Inter hos
sæpe sunt iurgia: quia suo viuentes cibo, non pa-
tiuntur se alicui esse subiectos. Re vera solent cer L
tare ieiunijs: & rem secreti, victoriæ faciūt. Apud hos affectata sunt omnia, laxæ manicæ, caligæ fol licantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum: & si quando dies festus venerit, saturātur ad vomitum. His igitur quasi quibusdam pestibus exterminatis, veniam⁹ ad eos qui plures sunt, & in commune habitāt, id est, quos vocari cœnobitas diximus. Prima apud Cœnobitæ
eos confœderatio est, obedire maioribus: & quicquid iusserint, facere. Diuisi sunt per decurias atque centurias, ita vt nouem hominibus decimus præsit. Et rursus decem præpositos, sub se centesimus habeat. Manent separati, sed iūctis† cellulis. †separati & seiūcti.
Vsque ad horam nonam, vt institutum est, nemo pergit ad aliū, exceptis his decanis, quos dixim⁹: vt si cogitationibus fortè quis fluctuat, illius consoletur alloquijs. Post horam nonam in commune concurritur, psalmi resonant, scripturæ recitātur ex more. Et completis orationibus, cunctisq; residentibus, medius, quem patrem vocāt, incipit disputare. Quo loquente, tantum silētium fit, vt nemo aliū respicere, nemo audeat excreare. Dicē- M
tis laus, in fletu est audientiū. Tacitè voluuntur per ora lachrymæ, & ne in singultus quidē erumpit dolor. Cùm vero de regno Christi, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annūciare vētura: videas cunctos moderato suspirio, & oculis ad cœlū leuatis, intra se dicere: Quis dabit mihi Psal.54.
pēnas sicut colūbæ, & volabo, & requiescam? Post hæc conciliū soluitur, & vnaquæq; decuria cū suo parente pergit ad mēsam, quib⁹ per singulas hebdomadas vicissim ministrant. Nullus in cibo ſtrepitus est: nemo comedēs loquitur. Viuitur pane, leguminibus & holeribus, quę sale solo† condiun- †sale & oleo.
tur. Vinū tantū senes accipiunt, quibus & paruulis sæpe fit prandium, vt aliorum fessa sustētetur ætas, aliorū non frangatur incipiens. Dehinc cōsurgūt pariter, & hymno dicto, ad præsepia redeunt: ibi vsq; ad vesperā cum suis vnusquisq; loquitur, & dicit: Vidistis illū & illum? Quanta in ipso sit gratia? quantū silētium? q̄moderatus incessus? Si infirmum viderint (in fide,) consolantur: si in

dei

A dei amore feruentem, cohortantur ad ſtudium. Et quia nocte extra orationes publicas in ſuo cubili vnuſquiſque vigilat, circũeunt cellulas ſingulorum: & aure appoſita, quid faciant diligẽter explorant. Quem tardiorẽ deprehenderint, non increpant: ſed diſſimulato quod norunt, eum ſępius viſitant: & prius incipientes, prouocãt magis orare q̃ cogunt. Opus diei ſtatũ eſt: quod decano redditu fertur ad œconomũ, † qui & ipſe per ſingulos menſes patri omniũ cum magno tremore reddit rationẽ. A quo etiã cibi cũm facti fuerit, præguſtantur: & quia nõ licet dicere cuiq̃, Tunicã & ſagum textaq; iuncis ſtrata nõ habeo: ille ita vniuerſa moderatur,[80] vt nemo qđ poſtulet habeat. † Si quis vero cœperit ægrotare, trãſfertur ad exedram latiorem: & tanto ſenum miniſterio confouetur, vt nec delitias vrbium, nec matris quærat affectum. Dominicis diebus orationi tantũ & lectionibus vacant: quod quidem & omni tempore[81] completis opuſculis faciunt. Quotidie aliquid de ſcripturis diſcitur. Ieiuniũ totius anni æquale
B eſt, excepta quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictius viuere.[82] A Pentecoſte cœnæ mutantur in prandia, quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato.[83] Tales Philo Platonici ſermonis imitator: tales[84] Ioſephus Græcus Liuius, in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria[85] Eſſenos refert. Verum quia nunc de virginibus ſcribens, penè ſuperfluum de monachis diſputaui, ad tertium genus veniam, quos anachoritas vocant: qui & de cœnobijs exeuntes, excepto pane & ſale, ad deſerta nihil perferũt amplius. Huius vitæ autor Paulus, illuſtrator Antonius: & vt ad ſuperiora conſcendã, princeps Ioannes Baptiſta fuit. Talem vero virum Hieremias quoque propheta deſcribit, dicẽs: Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, quoniã ſuſtulit ſuper ſe iugum, & dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabitur opprobrijs, quia non in ſempiternum abijciet dominus. Horum laborem & cõuerſationem in carne non carnis, alio tempore ſi volueris explicabo.
C Nunc ad propoſitum redeam, quia de auaricia differẽs ad monachos veneram. Quorum tibi exempla proponens, non dico aurum atq; argentum, & cęteras opes: ſed ipſam terram & cœlum deſpiciens, & Chriſto copulata cãtabis: Pars mea dominus. Poſt hæc quãquã Apoſtolus orare nos ſemper iubeat, & ſanctis etiã ipſe ſit ſomnus oratio, tamen diuiſas orandi horas debemus habere: vt ſi fortè aliquo fuerimus opere detẽti, ipſum nos ad officium tempus admoneat. Horam tertiam, ſextã, nonam, diluculum quoque & veſperam, nemo eſt qui neſciat. Nec cibi ſumãtur, niſi oratione præmiſſa: nec recedatur à menſa, niſi referatur creatori gratia. Noctib⁹ bis terq; ſurgendum, reuoluenda quæ de ſcripturis memoriter retinemus. Egredientes de hoſpitio, armet oratio: regredientibus de platea, oratio occurrat antequam ſeſſio: nec prius corpuſculum requieſcat, q̃ anima paſcatur. Ad omnem actum, ad omnẽ inceſſum manus pingat domini crucẽ. Nulli detrahas, nec aduerſus filium matris tuæ ponas ſcandalum. Tu quæ es, vt alienum ſeruum iudices? Suo domino ſtat, aut cadit. Stabit autem: Potens eſt enim dñs ſtatuere illum. Nec ſi biduo triduoq; ieiunaueris, putes te nõ ieiunãtib⁹ eſſe meliorem. Tu ieiunas, & iraſceris: ille comedit, & fortè blanditur. Tu vexationem mentis & ventris eſuriem rixando digeris: † ille moderati⁹ alitur, & deo gratias agit. Vnde quotidie clamat Eſaias: Nõ tale ieiunium elegi, dicit dominus. Et iterum: In diebus ieiuniorum veſtrorum inueniuntur voluntates veſtræ, & omnes qui ſub veſtra poteſtate ſunt ſtimulatis. In iudicijs & litibus ieiunatis, & percutitis pugnis humilem. Vt quid mihi ieiunatis? Quale illud poteſt eſſe ieiunium, cuius iram non dicam nox occupat, ſed luna integram derelinquit? Teipſam conſiderans, noli in alterius ruina, ſed in tuo opere gloriari. Nec illarum tibi exempla proponas: quæ carnis curam facientes, poſſeſſionum reditus, & quotidianas domus impenſas ſupputant. Neque enim vndecim apoſtoli Iudæ proditione ſunt fracti: nec[86] Phygelo & Alexandro facientibus naufragium, cæteri à curſu fidei ſubſtiterunt. Nec dicas, illa & illa ſuis rebus fruitur: honoratur ab hominibus: fratres ad eam conueniunt & ſorores. Nunquid ideo
E virgo eſſe deſijt? Primò dubium eſt, an virgo ſit talis. Non enim quomodo videt homo, videt deus. Homo videt in facie, deus autem videt in corde. Dehinc etiam ſi corpore virgo eſt, an ſpiritu virgo ſit, neſcio. Apoſtolus autem ita virginem definiuit: Vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. Ad extremum habeat ſibi gloriam ſuam. Vincat Pauli ſententiam, delitijs fruatur & viuat. Nos meliorum exempla ſectemur. Propone tibi beatam Mariam: quæ tantæ extitit puritatis, vt mater domini eſſe mereretur. Ad quam cùm angelus Gabriel in viri ſpecie deſcendiſſet, dicens: Aue gratia plena, dominus tecum: conſternata & perterrita, reſpondere non potuit. Nũquam enim à viro fuerat ſalutata. Denique nuncium diſcit & loquitur. Et quæ hominem formidabat,[87] cum angelo fabulatur intrepida. Potes & tu eſſe mater domini.[88] Accipe tibi tomum magnum, nouum, & ſcribe in eo ſtilo hominis: velociter ſpolia detrahe: & poſtquam acceſſeris ad prophetiſſam, &
F conceperis in vtero, & pepereris filium, dic: A timore tuo domine cõcepimus, & doluim⁹, & peperimus ſpiritũ ſaluationis tuæ, quẽ fecimus ſuper terram. Tunc & filius tuus tibi reſpondebit, & dicet: Ecce mater mea & fratres mei. Et mirũ in modum, illum quem in latitudine pectoris tui paulò antè deſcripſeras, quem in nouitate cordis ſtilo ſignaueras: poſtquam ſpolia ex hoſtibus receperit: poſtquam denudauerit principatus & poteſtates, & affixerit eas cruci: conceptus adoleſcit, & maior effectus ſponſam te incipit habere de matre. Grandis labor, ſed grande prẽmiũ, eſſe quod martyres, eſſe quod apoſtoli, eſſe quod Chriſtus eſt. Quæ quidem vniuerſa tũc proſunt, cùm in eccleſia fiunt, cùm in vna domo paſcha celebramus: ſi arcam ingredimur cũ Noẽ: ſi pereunte Hiericho, Rahab meretrix iuſtificata nos continet. Cæterũ virgines, quales apud diuerſas hereſes, & q̃les apđ impuriſſimũ Manichęũ eſſe dicunt, ſcorta ſũt exiſtimãdę, nõ virgines. Si enim corporis earũ autor eſt diabol⁹, quomodo poſſũt honorare plaſmationẽ hoſtis ſui? Sed quia ſciunt virginale vocabulũ glorioſum,

tæ. Anachoritæ. Tren. 3. † cœnobiũ † nemo qđ poſtulet, nemo debeat. Pſal. 72. Pſal. 49. Rom. 14. D † detegis. Eſa. 58. Ibidem. Marc. 3. Lucæ. 1. 1. Cor. 7. Iudith. 8. Ioſue. 11.

Matt.7. glorioſum, ſub ouium pellibus lupos tegunt.
G Chriſtum mentitur antichriſtus, & turpitudinem vitæ falſo nominis honore conueſtiunt. Gaude ſoror, gaude filia, gaude mi virgo: quia quod aliæ ſimulant, tu vere eſſe cœpiſti. Hæc omnia quæ digeſſimus, dura videbũtur ei, quę nõ amat Chriſtum. Qui autem omnem ſeculi pompã pro purgamẽto habuerit, & vana duxerit vniuerſa ſub ſole, vt Chriſtũ lucrifaciat: qui cõmortuus eſt domino ſuo, & conſurrexit, & crucifixit
Gal.5. carnem cum vitijs & concupiſcentijs, liberè proclamabit: Quis nos ſeparabit à charitate dei? an
Roma.8. tribulatio? an anguſtia? an perſequutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et iterum: Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neq; angelus, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neq; fortitudo, neque excelſum, neque profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare à charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Dei filius pro noſtra ſalu
†Decẽ. H Cautè legito. te hominis factus eſt filius. Nouem† menſibus in
Eſa.40. vtero vt naſcatur expectat, faſtidia ſuſtinet, cruc tus egreditur, pannis inuoluitur, blandicijs delinitur: & ille pugillo mundũ includens, præſepis cõtinetur anguſtijs. Taceo quòd vſque ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate contentus
Luc.23. eſt: verberatur, & tacet: crucifigitur, & pro crucifi
Pſal.115. gentibus deprecatur. Quid igitur retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.
Ibidem. Præcioſa eſt in conſpectu domini, mors ſanctorũ eius. Hæc eſt ſola digna retributio, cùm ſanguis ſanguine cõpenſatur: & redempti cruore Chriſti, pro redemptore libenter occumbimus. Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt? Abel iuſtꝰ
Gene.4. occiditur: Abraham vxorem periclitatur amit-
Gene.12. &.20. tere. Et ne in immenſum volumen extendã, quære & inuenies ſingulos aduerſa perpeſſos. Solꝰ in
Reg.3. delitijs Solomõ fuit, & forſitã ideo corruit. Quẽ
Prouer.3. enim diligit dominus, corripit. Caſtigat autem omnem filium quem recipit. Nonne melius eſt
I breui tempore dimicare, ferre vallũ, arma ſume-
†arma, cibaria. re, †laſſeſcere ſub lorica, & poſtea gaudere victorẽ quàm impatientia vnius horæ ſeruire perpetuò? Nihil amantibus durũ eſt, nullus difficilis cupiẽti labor eſt. Reſpice quanta Iacob pro Rachel pacta vxore ſuſtinuit: Et ſeruiuit, inquit ſcriptura,
Gene.29. Iacob ꝓ Rachel annis ſeptẽ. Et erant in cõſpectu eiꝰ quaſi dies pauci, ꝙ ea amabat illã. ꝟ Vñ & ipſe
Gene.31. poſtea memorat: In die vrebar æſtu, & gelu nocte. Amemus & nos Chriſtũ, eiuſq; ſemꝑ quæramus amplexus, & facile videbitur omne difficile: breuia putabimus vniuerſa quæ longa ſunt: & iaculo illius vulnerati, per horarũ momẽta dicemus:
Pſal.119. Heu me, quia peregrinatio mea prolongata eſt à
Roma.8. me. Non ſunt enim condignę paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quia tribulatio patientiam operatur, patien
Roma.5. tia autem probationem, probatio autẽ ſpem, ſpes autem non confundit. Quando tibi graue videtur eſſe quod ſuſtines: Pauli ſecundam epiſtolam
2.Cor.11. ad Corinthios lege: In laboribus plurimũ, in carceribus abundantius, in plagis ſuprà modum, in mortibus frequẽter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & K die in profundo maris fui. In itineribus ſæpius, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis in falſis fratribus: in laborib9, in miſerijs, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs plurimis, in frigore & nuditate. Quis noſtrum ſaltem minimam portionem de catalogo harum ſibi poteſt vendicare virtutum? Ob quę ille poſtea confiden
ter aiebat: Curſum conſummaui, fidem ſeruaui: 2.Tim.4.
Supereſt mihi corona iuſtitiæ, quã retribuet mihi in illa die dominus iuſtus iudex. Si cibus inſulſior fuerit, contriſtamur: & putamus deo nos aliquod præſtare beneficium: cùm aquatius vinum bibimus. Calix frangitur, menſa ſubuertitur, verbera reſonant, & aqua tepidior ſanguine vindicatur. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti Mat.11.
rapiunt illud. Niſi vim feceris, cœlorũ regna non capies. Niſi pulſaueris importunè, panẽ non accipies ſacramenti. An non tibi videtur violentia, L
cùm caro cupit eſſe quod deꝰ eſt: & illuc vnde angeli corruerunt, angelos iudicatura conſcendit? Egredere quæſo pauliſper de carcere, & prẽſentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedẽ, quã
nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho- 1.Cor.2.
minis aſcendit. Qualis erit illa dies, ⁸⁹ cùm tibi Maria mater domini choris occurret comitata virgineis? cùm poſt rubrum mare, ſubmerſo cum ſuo exercitu Pharaone, tympanũ tenens ꝙ Maria ſoror Aaron in ſua manu, ꝟ prẽcinet reſponſuris: Cãtemus domino, glorioſè enim honorificatꝰ eſt: Exod.15.
equum & aſcenſorem proiecit in mare. Tunc Tecla in tuos læta volabit amplexus. Tunc & ipſe
ſpõſus occurret, & dicet: Surge, veni ꝓxima mea, Cant.2.
†ſpecioſa. ſpõſa† mea, colũba mea: quia ecce hyems trãſiuit, pluuia abijt ſibi. Tũc angeli mirabuntur, & dicẽt:
Ibidem. Quæ eſt iſta proſpiciens quaſi diluculum, ſpecioſa vt luna, electa vt ſol? Videbunt te filiæ, & laudabunt reginæ, & concubinæ prædicabunt. Hinc & alius caſtitatis chorus occurret: Sara cum nuptis veniet: ꝙ Rebecca cũ gaudio, ꝟ filia Phanuelis Anna cum viduis. Erunt in diuerſis gregibus carnis
M & ſpiritus matres tuæ. Lætabitur illa quod genuit: exultabit iſta quod docuit. Tũc verè ſuper aſinam dominus aſcendet, & cœleſtem ingredietur Lucæ.19.
Hieruſalem. Tunc paruuli, de quibus in Eſaia ſaluator effatur: Ecce ego & pueri quos mihi dedit Eſaiæ.8.
deus, palmas victoriæ ſubleuantes, cõſono ore cãtabunt: Oſanna in excelſis: Benedictus qui venit Ioan.12.
in nomine domini, oſanna in excelſis. Tunc centum quadraginta quatuor milia in cõſpectu throni & ſeniorũ tenebunt citharas, & cantabunt can Apoc.14.
ticum nouum. Et nemo poterit dicere canticum illud, niſi numerus definitus. Hi ſunt qui cum mulieribus ſe non coinquinauerunt: virgines enim permanſerunt. Hi ſunt qui ſequuntur agnum quocunque vadit. Quotieſcunque te vana ſeculi delectauerit ambitio: quoties in mundo aliquid videris glorioſum, ad paradiſum mente tranſgredere: eſſe incipe quod futura es, &
audies à ſponſo tuo: Pone me ſicut vmbracu- Cant.8.
lum in corde tuo, ſicut ſignaculum in brachio tuo, & corpore pariter ac mente munita clamabis, & dices: Aquæ multæ non poterunt extin- Ibidem.

guere

A guere charitatem, & flumina non operient eam.

SCHOLIA.

1 NE respexeris, inquit.) Alluſit ad hiſtoriam Lot fugientis è Sodoma. 2 Non eos qui foris ſunt.) Ita diuus Paulus appellat alienos à profeſſione Chriſti: Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare? 3 Eſcæ eius electę.) Apud Abacuc capite primo: Diabolus piſcatori confertur, qui illicit eſca homines, & attrahit velut hamo. Nam eſca propriè dicitur, quod hamo præfigitur:
Ineſcare. vnde dictum eſt & ineſcare. 4 Et deuorato Iuda.) Iam enim pactus erat de prodendo Chriſto. Verba Chriſti ad Petrum ſunt, Lucę capite vigeſimoſecundo. 5 Timeamus illam prophetiam.) Eſt apud Amos capite octauo: In illa die virgines deficient pulchræ. Porrò καλὸς Græcis & bonum ſignificat, & pulchrum. 6 Deſcende, ſede in terra.) Verba ſunt Eſaię ca. xlvij. 7 Nudabitur & poſteriora.) Ita cōminatur deus Hieremiæ capi. xiij. 8 Diuaricabit pedes ſuos omni tranſeunti.) Locus eſt apud Ezechielē cap. xvj. 9 Et vſque ad verticem pollluetur.) Ita Hieremias capite. ij. Filij quoque Mempheos & Taphneos conſtuprauerunt te vſque ad verticem. Vnde ego nudabo & reuelabo femora, & poſteriora tua contra faciem tuam, & apparebit ignominia tua.
10 Et Sirenę nidificent.) Locus eſt apud Eſaiā cap. xxxiiij.
B quanquam de vocabulis portentorum nonnihil variant interpretes. 11 Et ante hominem ſuum.) Hic locus in omnibus quę viderim exemplaribus erat deprauatus. Quædam habebant, & quidem vetuſtiora: Et ante hominem ſuum, iam carne præmortua: Quædam ita: Et ante hominem, ſua iam carne præmortuum. Alia rurſum: Et ante omnem eſum, iam carne præmortua. Fortaſſe lēgendum: Intra ſinum, iam carne præmortua. Aut, intra hominem ſuum, iam carne præmortua: vt intelligas libidinem in ſola mente viuere, cùm in carne ſit mortua. Aut, ante hominem ſuum, id eſt, ante ſenectam. 12 Inde naſcuntur Moabitæ.) Nempe ex inceſtu. Locus eſt Deuteronomij capi. xxiij. vbi deus vetat, ne Iſraëlitæ fœdus aut pacem ineant vnquam cum Moabitis & Ammonitis, nęve ſinant illos venire in Eccleſiā: quòd illis ex Aegypto venientibus, non occurrerint cum pane & aqua: quòdq; Balaam aduerſus illos conduxerint, vt malediceret populo.
13 Panis Collyrida.) Locus eſt tertio Regum libro, capite vigeſimonono. Nonnulli codices habebant, Collyre. Eſt autē
Collyra. Collyra genus panis ſiue cruſti, à quo diminutiuum Collyris. Vnde Collyridas in Leuitico legimus, quæ frixa eſt farina, aut alio quouis humore cohærens. 14 Conditum ei merum.) Mulſum ſignificat, quod olim erat in delitijs: vel
Hippocra potius quod Græci vocāt ὃ ἶνον ἁρωματίτην, vulgò Hippoticū vinū. craticum appellant. 15 Contuſione mutatas. Confundunt
C enim contuſas carnes, ac miſcent, vt ſorberi quoque poſſint, & non videantur eſſe carnes. 16 Maran in dulcedinem.)
Mara. Nam מָרָה Mara Hebræis ſonat amaritudinem. Locus eſt Exodi decimoquinto. 17 Nec non & illos.) Locus eſt libro Regum. iiij. cap. vj. 18 Diuina reſpōſa.) Non quòd in-
Reſponſa. terroganti ſint dicta, ſed quòd ſimpliciter oracula reſponſa dicantur. 19 Super quæ ſydera inimicus ſuperbus.) Nam ita minatur apud Eſaiam, capi. xiiij. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum. 20 Et ludentibus pedib⁹.) Ita depinxit laſciuum & fractum puellarum inceſſum, quod alibi quoq; ludere pedibus vocat. Alluſit ad Eſaię ſermonem, cap. iij. niſi quòd ſeptuaginta verterunt τοῖς ποσὶν ἅμα παίζουσαι, id eſt pedibus ſimul ludentes: Hieronymus vertit, pedibus ſuis compoſito gradu incedebant. Hoc loco fortaſſe Hieronymus ſcripſerat, ludentes pedibus, nimirum reddens quod verterāt ſeptuaginta. 21 Aliæ verò ſterilitatem præbent.) Videtur deeſſe, ſibi: vt intelligas ſterilitatem nō à natura datam, ſed pharmacis accerſitam, quò citra periculum conceptus libidinentur: & hìc nondum natum vocat, nondum conceptum. Nam conceptus abortio occiditur, de quo mox dicet. 22 Volunt viuere.) Quidam codices habebant, videri. Viuere autem hìc vocat, voluptariè viuere, ſicuti Catullus: Viuamus mea Lesbia. Porrò lepidè ac feſtiuè dixit, quòd illas tetricas & illepidas appellare ſolēat, quæ ſeuerius viuant. 23 Miſeram & Manichæam vocāt.) D
Miſeram ob ſordes: Manichæam, quòd Manichæi cùm turpiſſima committerent flagitia, tamen nec carnibus, nec ouis veſcebantur. Negabant enim vllo mortuo corpore veſcendū eſſe, quòd inde ſubſtantia diuina receſſiſſet. Nec vinum bibebant, quod dicebant eſſe fel principis tenebrarum. Vuis tamen veſcebantur, vt teſtatur Auguſtinus in libro ad Quotuultdeum. 24 Et conſequenter.) Id eſt, congruè & meritò. Sic enim aliquoties Hieronymus vtitur hoc aduerbio.
Manichęi.
25 Purpura tantum in veſte tenuis.) Depingit virginem delicatam, & ſibi parum conſtantem, cùm quædam caſtimoniam præ ſe ferant, quædam laſciuiam indicent. Purpura tenuis, id eſt, minus ardens, cùm pulla veſtis magis conueniat veræ virgini. 26 Et laxius, vt crines.) Cùm oporteat virginem comā radere, hæc tantum laxius alligat: ita tamen, vt hac occaſione capillos oſtentet. 27 Soccus vilior.) Soccus
Soccus. delicatum erat calciamentum: virgines oportebat nudis incedere pedibus. At illæ ſoccis vtebantur, niſi quòd paulò vilioribus. 28 Et per humeros hiacynthina lena.) Hic quoq; locus in omnibus erat deprauatiſſimus. Fortè legendum: Et per humeros lena fortè volitans. Nam lena pallium eſt fœ-
Lena. mineum ac delicatum. Fortè volitans dixit, quòd non eſſet aſtricta ſicut cæteris, ſed temerè volitaret, neglectum magis quàm ſanctimoniā indicans. 29 Succinctæ manicæ.) Obijcitur apud Maronem Troianis veluti delicatū, quòd tunicę E
haberēt manicas. Hæc virgo hoc tantum diſtabat, quòd manicas haberet non pendulas, ſed aſtrictas brachijs. 30 Solutis genibus.) Nam hoc quoq; putabant ad virginitatē pertinere, cùm ſit laſciuū. Animaduerte lector, ita depinxit hāc virginē, vt quod minus ad rem pertineret, in hoc eſſet aliqua virginis imago, velut in ſocco viliore, in laxius alligato capite. In his vero quæ propius ad rē pertinebant, vt in ſermone, in cibo, in inceſſu, appareret impudicus anim⁹. 31 Vt ſub nomine virginali lucroſius.) Proderat enim illis virginis titulus ad lucrum, non ad ſanctimoniam: atq; hæc lectio magis probatur, quòd aliàs ſimile quiddam ſcripſit Hieronymus. Et ita quædam habebant exemplaria: Vide num legendum, lurcoſius, hoc eſt, perditius, aut certè licētius pereant. Nam, citius, quod in pleriſq; ſcriptū erat, mihi non probatur: neq; multo magis arridet lurcoſius. Lucroſius, vt dixi, maximè probo. 32 Vnde in eccleſias Agapetarū peſtis.) Ἀγαπητὴ Græcè ſignificat dilectam. Eo verbo Paulus libenter vtitur. Vnde hac voce iſti abutebantur, ad prætexendum turpe cōmerciū ſuū. 33 Vnde meretrices vniuiræ.) Vniuiræ, quas Græci vocāt μονογάμους. Quoniam apud veteres honeſtius erat concubinæ vocabulum, adiecit quod erat odioſius, meretricis: rurſus adiecit Vniuiræ, quaſi nihil intereſſet, inter illas, & publicitus corpore quæſtum facientes, niſi quòd illæ apud vnum meretricarentur. 34 Frater ſororem.) Mirū F
eſt, vt iſti qui grammaticen ceu rem triuialem & humilem aſpernantur, & ſophiſticis argutijs freti, nihil non poſſe ſeſe putant, inuertant omnia. Locus hic ita diſtinguendus eſt, ne repetam quot modis fuerit confuſus. Frater ſororem virginem deſerit, cœlibem ſpernit virgo germanum: Fratrē quęrit extraneum. Atq; hunc locum nominatim Seuerus Sulpitius citat. 35 Exploſis igitur & exterminatis.) Auſim deierare, & exterminatis, ſubditicia eſſe verba: & aut addita eſſe ab audaculo quopiam, aut pro his ſcripſiſſe Hieronymum, & exibilatis. Vtrunq; tranſlatum eſt à Theatris, in quibus fabula quæ populo diſplicuiſſet, ſibilis & ſtrepitu pedū eijciebatur. 36 Caueas Baſtarnarum.) Baſternas dixit delicatas
Baſternæ. lecticas, quibus opulentæ matronæ deferebantur per vrbem, præcedente Eunuchorum turba. Meminit huius vocis Hieronymus, enarrans cap. Eſaię lxvj. Vſurpauit eandem Helius Lampridius in Heliogabalo. Rurſum Ammianus Marcellinus lib. xiiij. Porro Hieronymus Baſternas appellat caueas, quòd cancellatæ ſpeciem præbeant cauearum. Vnde celebratur dictum cuiuſdā, qui conſpiciens matronam Baſternā vehi, negauit caueam eſſe pro fera. Significans tam ma-
" lam beſtiam ferreæ caueæ includendam eſſe. Videtur autem hoc vehiculi genus nomē eſſe ſortitum à populo, vnde forſitan fuit inuectum Romā. Nam Baſtarnarum meminit Stra-
Baſtarnæ. bo lib.

G bo lib.vij. quos ait ſupra Germaniam eſſe, in confinio Germanorum & Pyrrhigetarum. Niſi quòd gentis nomen ſcribitur per a, Baſtarnæ: vehiculi per e, Baſternæ. 37 Ordo ſemiuirorum.) Aut eunuchos intelligit, quorum miniſterio nobiles matronæ gaudebant: aut miniſtros molles ac delitijs
Nonnæ. effœminatos. 38 Caſtæ vocantur & nonnæ.) Ita nũc quoque vulgò vocantur monachæ virgines. Apparet hoc verbi ab Aegyptijs in vulgi ſermonem veniſſe. Solẽt enim aliquoties res eius gentis ſortiri vocabula, in qua præcipuę fuerint, aut vnde natæ ſint. Aegyptus autem, præter cæteras prouincias, monachorum gregibus abundabat. Quorum lingua pu
Nonni. to monachos & ſanctos, Nonnos fuiſſe vocatos, monachas & virgines Nonnas. Nam meminit Suidas Nonni cuiuſdam Aegyptij, qui Parthenum theologum verſibus ſit interpretatus. Et parthenos Græcè virginem ſonat, quaſi virgo ſcripſerit in virginem. Denique in hac eadem epiſtola aliquanto inferius, cùm de monachorum agit generibus, Aegyptijs vtitur vocabulis. 39 Poſt cœnam dubiam.) Retulit verba
Dubia Terentij ex Phormione: Cœna dubia apponitur. Dubiam
cœna. vocat opiparam, vbi dubites quid ſumas potiſſimum: alioqui dubia cœna dici poterat, quæ non caret ſuſpitione veneni.

40 Libidinum pompa.) In pompa circunferuntur, quæ delectent oculos. Et libidines ſuam habent pompam, cùm
H oſtendunt commoda matrimonij, & animo ſubijciunt varia coniugij delectamenta. 41 Omnes adulterantes.) Ita legis Oſee capit.vij. Omnes adulterãtes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente. Nam ad eum modum deſcribit æſtus impiorũ. Sed habent alium felicem æſtum & pij, cùm diuinæ ſcripturæ flagrant amore. 42 In imagine perambulat.) Alluſit ad verba pſalmi trigeſimioctaui: Veruntamen in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra cõturbatur. In imagine perambulant, qui ſecundum ſpiritum viuunt, non ſecundum carnem. Iuxta ſpiritum & animum ad dei imaginem conditi ſumus, qui ſpiritus eſt & inuiſibilis: iuxta carnem ad pecudum accedimus ſimilitudinem. 43 Eſto cicada noctiũ.) Cicadæ non canunt, niſi feruеſcente ſole: manè, veſperi, & noctu mutæ ſunt: & cùm canunt, ſtridore quodam lugubri ſtrepunt. At pij noctu maximè canunt. Et cicadæ rore paſcũtur, pij lachrymis. 44 Mulieris iſta lex eſt, non mea.) Quaſi virgo mulier non ſit, quòd dicat Paulus: Diuiſa eſt mulier & virgo. 45 Poſtquam de duritia nationũ.) Alluſit ſimul & ad Euangelicum illud: Potens eſt deus de his lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, & ad locum prophetæ, qui eſt apud Zachariam cap.ix. iuxta enarrationem Septuaginta. Nam ex Hebræis Hieronymus vertit, Lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram. 46 Conſuant tunicas.) Matres coguntur parare tunicas proli. At Chriſti tunica fuit
I inconſutilis, ſimplicitatem ſignificans verè Chriſtiani hominis, nihil curantis niſi bonam mentem. At quæ nupſit hanc perdidit tunicam, diſtracta in varias curas. 47 Fletu lugentes quòd nati ſunt.) Quanquam ferè conſentiunt exemplaria, quæ quidem ipſe viderim: tamen quoniam omnino non conſiſtit hæc lectio, non dubitem mutare ad hunc modum: Quos vagitus delectat infantium, in ipſo lucis exordio fletu lugentium quòd nati ſunt. Aut, flentiũ quòd nati ſunt. Sic & Plinius: A fletu vitam auſpicamur. Nam prima vox naſcentis hominis ploratus eſt, 48 Et ad ſimilitudinẽ dei
Vnio. vnione fœcunda.) Quid dignum imprecemur ſciolis, qui nihil non deprauarunt? Non ſuccurrentibus exemplaribus, ita legendum arbitror: Nullo extrinſecus cohærente germine, ſed ad conchæ ſimilitudinem, dei vnione fœcunda. Siquidem gemma eſt vnio, quam & margaritum vocant. Ea naſcitur in conchis puriſſimis, non aliunde concepta quàm ex ipſis conchis quibus cohæret. Plinius è rore cœleſti concipi putat, ac miram habere cum cœlo cognationẽ. Lege Plinij caput trigeſimumquintum libri noni. Porrò quod ait, dei vnione, aut interpretando dixit per appoſitionem, fœcunda vnione, qui deus eſt: aut vnione dei, cui coniuncta fuit infuſione diuinæ naturæ: ſimulq; fit alluſio ad vocem vnionis, quæ gemmam ſignificat. Paulò poſt memor huius ſimilitudinis: Lego, inquit, de ſpinis roſam, de terra aurum, de concha margaritum. 49 Quod prohibuerat.) Quod nempe habere caligas. Caliga calciamenti genus eſt. Nam, Caliga.
hoc caligarum genus quo nunc vtimur, veteres neſciebant. K
Prohibet Chriſtus, ne calciamentum haberent apoſtoli. Et tamen Petrus in Actis ab angelo iubetur calciare ſe caligis ſuis. Vnde hæc non ad literam accipienda ſunt, ſed eatenus, vt intelligamus omnium rerum corporearum ſolicitudinẽ abijciendam ijs, qui velint apoſtolico fungi munere. 50 Nunquid qui arat, tota die arabit?) Locus eſt apud Eſaiam capit.xxviij. quem trahit ad matrimonium & virginitatem: vt intelligas arandi & ſerendi tempus præteriſſe, nunc eſſe tempus colligendi fructus. Fructus autem matrimonij, virginitas. 51 Neque enim audiendi ſunt.) Quidam opinati ſunt Paulo vxorem fuiſſe, quam in epiſtolis ſororem appellans, ſaluere iubet & commẽdat. 52 Nouellæ oliuarum.) Quidam codices habebant, ſicut nouellatio oliuarum. 53 Vt de typicis taceam.) Innuens illa aliud ſignificare, quàm ſonent. Atque ita duplici repellit argumẽto, primùm quòd typum habeant: deinde quòd vnà cũ Moſaica lege deſierint, ſicuti bellum, & alia pleraque. 54 Diuiſa eſt mulier & virgo.) Et hic ſecus citat, quàm nos vulgò legimus, vt indicatum eſt alibi. 55 Et Ambroſij noſtri.) Noſtrum addidit, quòd Tertullianus Afer fuerit, vt & Cyprianus: Damaſus Hiſpanus: Ambroſius Italus, aut ſi mauis, Gallus. 56 L
Theriſtrũ Theriſtrum,) ſiue Theriſtrium. Veſtis eſt genus, cuius meminit Iulius Pollux. Apparet fuiſſe veſtem æſtiuam. Nam θέρος æſtatem ſignificat. 57 Populus meus intra.) Locus eſt apud Eſaiam capit.xxvj. 58 Daniel in cœnaculo.) Eſt
Cœnaculũ apud ipſum capit.vj. Cœnaculum autem eſt pars domus ſuperior, quam vulgò ſolarium vocant. 59 Ne inanis gloriæ ardore.) Fortè legendum eſt pro ardore, nidore: veluti fumo, qui ad tempus delectet, non expleat animum, vt nidor carnium. 60 Digito monſtreris.) Alluſit ad Perſianum illud: At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.

61 Facies eunuchinas.) Nam eunuchi cùm veſtẽ habeant virilem, tamen imberbi mento, ſpeciem fœminæ præ ſe ferunt. 62 Quos videris catenatos.) Qui cinguli loco catenis ferreis vtebantur, ad oſtentationem ſanctimoniæ. 63 Contra Apoſtolum.) Qui ſcripſerit indecorum eſſe viro, ſi comam nutriat. 64 Et nudi impatientia frigoris pedes.) Aut legẽdum: Nudi patientia frigoris pedes, aut tumidi impatientia frigoris pedes. 65 Talem olim Antonium.) De his tacito nomine ſignificauit in epiſtola ad Ruſticum monachum. 66 Calamiſtri veſtigio.) Nam calamiſtro circũuo luti, poſtea ſeruant illius veſtigium, iam criſpi redditi. 67 Et altilis geranopopa.) Vix locꝰ hic reſtitui poſſit citra ſuppetias exemplarium. Ex veſtigijs mendoſæ ſcripturæ puto ſic eſſe legendum: Prandium nidoribus probat, altilis, vulgò pipizo nominatur: vt intelligas id demũ prandium illi lau- M
tum eſſe, quod altilium habeat nidorem. Et ob id pipizonẽ vulgò dictum, quòd pipi vox ſit auium cortalium, vt teſta- Pipi.
tur & Ariſtophanes. Sed vnde geranopopa? Nam quidam codices non habent. Fortè legendum γεϱανοπέπτα, geranopepta, à coquendis gruibus, quæ tum in delitijs erãt. Aut γεϱανοκόπτα, quòd geranos Græcis ſignificet, etiam inſtrumentũ quo comminuebantur farinæ. 68 Thracij regis germanum.) Germanus plus eſt quàm frater, hoc eſt, ſimillimus. German.
Sentit autem Diomedem Thraciæ regem, qui hoſpitum carne ſolitus eſt paſcere equos ſuos. Hunc Hercules confecit, ſi fabulis credimus. 69 Quæ rubore frontis attrito.) Lego abſtrito, aut certè abſterſo. 70 Paraſitos vincunt mimorum.) Mimos vocat ſordidas & vulgares comœdias, in quibus inducuntur paraſiti abiectiſſimè aſſentãtes. 71 Micatella.) Imitatur blandimenta mulierculæ. 72 Nõ delumbem matronarum ſaliuam.) Delumbem vocat, mollem & effœminatam. Et ſaliuam, guſtum opinionemq;, quam aliquis primis imbiberit annis. Sumptum eſt ab infantibus, qui abhorrent à ſaliua, cui non aſſueuerint: & eum ſaporẽ putant eſſe ſuauiſſimum, quẽ prima nutrix præmanſo cibo indidit. Retulit autẽ Satyrici verba. 73 Omne quod naſcitur.) Id eſt, quicquid eſt naturale, qcqd non eſt adulteratũ artificio. Et eleganter dixit, adulteriũ linguæ. 74 Cùm ante annos plurimos.) Hæc eſt illa fabula, quã memoriter tenent oẽs,

etiam

A etiam ij, qui ne verbum quidem vnquam legerũt in ſcriptis Hieronymianis. Vapulauit, inquiunt, Hieronymus, quòd Ciceronem legerit. Ac mira quadam religione ſic ab omnibus bonis abſtinent literis, vt nec ſacras attingãt, ne fortè imprudentes incidant in aliquod verbum Ciceronis, & cum Hieronymo vapulent: & tum ſibi videntur Apoſtolis proximi, ſi quàm ſpurciſſimè loquantur. At diuus Hieronymus cùm Ruffino locum hunc obijcienti reſpondet, ſomnium vocat, etiam ſi hic ſomnium fuiſſe neget. Nec hoc vnquam ſenſit Hieronymus, Ciceronem non eſſe legendum: ſed in hoc dũtaxat, vt diuina rectius intelligamus, & cõmodius tractem⁹. Alioqui quid ſibi vult, quod ſcribit ad Oratorem Magnum? At iſti, cùm vniuerſam vitam in nugis ſophiſticis & inaniſſimis quæſtiuncularum rixis conſeneſcant, ſibi placent quòd nihil attigerint bonorum autorum. Vnde rectè ſtatuit Leo decimus: qui, cùm hęc ſcriberẽ, Romanã tenebat ſedẽ, ne qs in ſcholis publicis, quas vniuerſitates vocant, vltra quinque annos ſic in rhetoricis aut poëticis literis ſtudium omne cõſumeret, vt nihil attingeret grauiorum ſtudiorum. Verum quod vetuit in poëticis, idem vetuit in philoſophicis. Nos quoque pueri quondam libris aliquot iſtorum ſtolidam ſuperſtitionem exploſimus, qui prætextu religionis politiores literas, quia non didicerint, inſectantur. His acceptum ferimus, quot autorum vt quiſque eſt lectu digniſſimus, ita de-
B prauatiſſimum habemus. Horum opera factum eſt, & vt in reſtituendo Hieronymo, doctis aliquot plus ſudoris impenſum ſit, quàm ipſe inſumpſerit ſcribendo. Quin inſuper ſacrilegi tantum ac tam ſacrum virum audẽt vocare poëticũ, parumq; religioſum, quòd non ſcribat quæſtiones Scotico ſtilo. Quaſi vero Paulus aut prophetæ, aut omnino quiſq; veterum ac verè Chriſtum ſpirãtium theologorum, ad iſtũ ſcripſerit modum. Ne ipſe quidem Ariſtoteles homo ethnicus, nec inter philoſophos admodum probatæ vitę, qui tan-
Ariſtote- tum auri reliquerit, vt à Plinio inter Crœſos & Craſſos re-
lis diuitię. feratur: deinde talium argutiarum pater, vnquam tã ſophiſticè nugatus eſt, quàm nugantur iſti, qui ſe diuinarum literarum doctores & interpretes vocant. 75 In talẽ incide-
Quæſtio. re quęſtionẽ.) Quæſtiones dicũtur etiã cruciatus, quib⁹ veri confeſſio exprimitur. 76 Pannos trahit.) Pãnos vocat
Ἀγάπη. veſtes tritas ac laceras. 77 Cùm ad Agapen.) Ἀγάπη dilectio eſt, ſiue charitas. Sic & hodie apud vulgus Italiæ, Galliæ, & noſtrum denique, vocant eleemoſynam charitatem. Nec ſine cauſa voluit hoc verbo vti, cùm deſcribat, quàm nõ amanter dent, quod vocant dilectionem. Hoc nomine propriè ſignificabant conuiuiũ, quo pauperes reficiebantur: qua voce vſus eſt & Iudas in epiſtola ſua, res non diſſimilis ſpor-
Cœnobiũ. tulæ ethnicorum. 78 Cœnobitæ.) κοινὸς cõmunis, βίος
C vita, ſiue victus. Id à Pythagora fluxiſſe tradunt, cuius eſt illud: Amicorum communia eſſe omnia. Hãc vitã κοινόβιον appellabant, teſte Gellio. 79 Anachoritæ.) ἀναχωρήμ ſecedere. 80 Vt nemo quid poſtulet, nemo nõ habeat.) Nõnulli codices habebant: Vt nemo quid poſtulet, nemo dehabeat: vtranq; lectionem quis non videat eſſe mendoſam? Sic autem legendum cenſeo: Vt nemo quod poſtulet habeat, id eſt, vt non ſit neceſſe quicquam petere. 81 Cõpletis opuſculis.) Præſcriptas operas vocat opuſcula, niſi mauis ope-
Pẽtecoſte. culis. 82 A Pentecoſte.) Paſchale tempus quinquageſima eſt, quæ Græcè dicitur πεντηκόστη: cuius extremus dies eſt,
Ieiunium quo datus fuit ſpiritus ſanctus. A Paſcha vero vſq; ad aſcen-
primitiuæ ſionem domini, vetabat ieiunium Eccleſiaſtica conſuetudo,
Eccleſiæ. ſicuti teſtant & decreta. Ex hoc loco palàm patet, olim cùm ieiunarẽt Chriſtiani, ſolitos differre cibum vſq; ad veſperã. Et monachi, ne viderentur ieiunare, cibum capiebãt in meridie, quod vulgo nunc faciunt in quadrageſima ieiunantes.

Philo. 83 Tales Philo Platonici ſermonis.) Hic Philo Iudæus fuit, de quo dictũ eſt illud, teſte Hieronymo, ἢ φίλωμ πλατωνίζῃ, ἢ πλάτωμ φιλωνίζει, hoc eſt, aut Philo imitãt Pla-
Ioſephus. tonem, aut Plato Philonem. 84 Ioſephus Græcus Liui⁹.) Scripſit enim Græcè, tametſi Iudæus natus, ſed eloquentiſſimè, tantũ in aliena profecerat lingua. 85 Eſſenos refert.)
Eſſeni. Hic deprauarant, pro Eſſenos, eſſe nos debere. Eſſeni popul⁹ eſt interioris Iudææ, vergentis ad Occidentem, nouum phi-
loſophorum genus: cum fœminis nullum commercium, pal D
mulis victitant, pecuniam ſpernunt, conuenarũ afluxu propagatur populus. Nemo tamen admittitur, vllius culpæ vel leuiſſimæ ſibi conſcius. Hæc fermè Plinius. Nec admodum diuerſa tradunt Ioſephus & Philo. 86 Phygelo & Alexãdro.) Hi deſciuerant à Paulo, ſicut alibi monſtrauimus.

87 Cum angelo fabulatur.) Venuſtè vſus eſt verbo familiari: Fabulantur enim inter ſe familiares, cùm liberius colloquuntur. 88 Fac tibi Tomum grandem.) τόμος Græci Tomus.
vocãt à ſecando, quòd excidantur è pellibus animantiũ, quę Latini à conuoluendo & euoluendo dicunt volumina: locus eſt apud Eſaiam, cap. viij. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtilo hominis, velociter ſpolia detrahe, citò prædare. Ac paulò poſt ſequitur: Et acceſſi ad prophetiſſam, & cõcepit & peperit filiũ &c. 89 Cùm Maria mater domini.) Exodi. xv. cap. Maria prophetiſſa ſoror Aaron tympanum tenens, præcinit mulierum choro, quod hic torquet ad Mariam virginem.

ANTIDOTVS. Videtur in hac, Satyrica mordacitate inuehi in virgines & monachos ac clericos, & argutius illorum vitam depingere. Verum quando neminẽ carpit nominatim, & malos reprehendit, non probos, illis imputandũ eſt, qui ſic vixerunt, non Hieronymo, qui illos ſuis depinxit coloribus.

AD HAEC. Videtur hìc quoq; quędam durius dice- E
re in matrimonium, cui Hieronymus non admodum fauit, imò tanto magis fauit, quòd voluit eſſe q̃ minimè inquinatũ libidine, & virginitati ſimillimum. Nominatim illud dictũ durius: Tempus amplexandi, & tempus abſtinendi à complexibus. Significat in Euangelij lege tẽpus eſſe abſtinendi à cõplexibus. Rurſum illud: Conſuant tunicas &c. quaſi Chriſti tunicam non habeant quæ nupſerint. Item illud: Et vt ſcias virginitatem eſſe naturæ, nuptias poſt peccatum. Significat coïtum eſſe naturæ corruptæ, non conditæ. Sunt & alia, quę ſi quis iniquè excutiat, diſſentire viderentur à vulgata theologorum opinione, qui matrimonium faciunt vnum è ſeptẽ ſacramentis. Verum hæc omnia, ſi quo animo ſcripſit Hieronymus, eo legantur, nihil habent quod quẽquam offendat.

IN hac epiſtola locus ille eſt, quo quidã ridiculè iactitãt, euidenter refelli eos, qui putant Hieronymum in adoleſcentia perdidiſſe virginitatẽ: id quod ipſe locis aliquot ingenuè fatetur. Sed iſtorum glorioſum errorẽ peperit Schematis ignoratio. Eo ſiquidem tropo dixit, virginitatem ſeruamus, quo Virgilius dixit: Proceras erigit alnos. Seruat enim, qui ſeruandi rationem tradit. Et titulus eſt, non de laude, ſed de cuſtodia virginitatis. Pueriliter itaq; geſtiunt, qui ſibi videntur arguti, dum ita colligunt: Hieronymus ſeruat virginitatem: Nemo autẽ ſeruat quod non habet: quaſi non ſeruemus & res alienas. Alioqui ſi Hieronymus loquitur de ſua virgi F
nitate, quomodo ſibi cohæret ſermo? Nobis, inquit, diuerſo tramite ineedendum, virginitatem nõ tantum efferimus, ſed ſeruamus: nec ſufficit ſcire quod bonum eſt, niſi cuſtodiatur attentius quod electum. Hæc quum quidã ſcripto euulgẽt, idq; cum atroci calumnia, tamen appellari gaudent magiſtri noſtri, ſibiq; videtur ſemidei, miro ſupercilio præ ſe deſpicientes grãmaticos. Qui ſi grãmaticæ litaſſent, non ad hunc modum ſe pueris deridendos propinarent. Si tantopere fauent gloriæ ſanctiſſimi viri, dicere poterant illum fuiſſe lapſum ante baptiſmum. Nam mendacijs laudari nolunt, quibus ſemper placuit veritas.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ ſequentis.

Bleſilla Paulæ filia, mortuo marito, admonita valida febri, totam ſeſe conuertit ad Chriſtum, & monacham profiteri cœpit, non ſine magna inuidia & oblatratione cognatorum, quorum obtrectationibus hic reſpondet diuus Hieronymus.

Hieronymus.

G HIERONYMVS AD MARcellam,de ægrotatione Blesillæ.

Gene. 22. ABraham tentatur in filio,& fidelior
Gene. 37. & seq. inuenitur. Ioseph in Aegyptū vendi-
4. Reg. 20 & Esa. 38. tur, vt patrem pascat & fratres. Ezechias vicina morte terretur, vt fusus in lachrymas, quindecim annorum spatiū ei proteletur ad vitā. Petrus Apo-
Matt. 26. stolus domini passione cōcutitur,vt amarè flens,
Ioan. 21. audiat: Pasce oues meas. Paulus lupus rapax,
Gene. 49. & Beniamin adolescentior in ecstasi cæcatur vt
Acto. 9. videat: & repentino tenebrarum horrore circundatus,dominum vocat, quem dudum vt hominē persequebatur. Ita & nunc,mi Marcella,Blesillam nostram vidim⁹ ardore febrium per triginta fermè dies iugiter æstuasse:vt sciret reijciendas delitias corporis, quod paulò post vermibus exarandum sit. Venit & ad hanc dominus Iesus,tetigitq; manum eius,& ecce surgens ministrat ei. Redolebat aliquid negligētiæ, & [1] diuitiarum fascijs col-
Matt. 8. H ligata,in seculi iacebat sepulchro. Sed infremuit
Ioan. 11. Iesus,& conturbatus in spiritu, clamauit dicens: Blesilla,veni foras. Quę vocata surrexit,& egressa cum domino vescitur. Iudæi minentur & tumeant,quęrant occidere suscitatam:soli Apostoli
Ibidem. glorientur. Scit se vitam suam ei debere, qui reddidit. †Scit se eius amplexari pedes,cui⁹ paulò an-
†cui credidit. te iudiciū pertimescebat. Corpus penè iacebat exanime, & anhelos artus mors vicina quatiebat. Vbi tunc erant auxilia propinquorum? [2] vbi verba omni inaniora fumo? Nihil tibi debet ô ingrata cognatio,quę mundo perijt,& Christo reuixit. Qui Christianus est,gaudeat: qui irascitur, non se esse indicat Christianum. Vidua quæ soluta est vinculo maritali,nihil necesse habet nisi perseuerare. At scandalizat quempiā vestis fuscior. Scan-
Matt. 11. dalizet Ioannes,quo inter natos mulierum maior
Marc. 1. & Matt. 3. nullus fuit:qui angelus dictus, ipsum quoque dominum baptizauit:quia camelorū vestitus tegmi-
Lucæ. 4. ne,zona pellicea cingebatur. Cibi displicent vi-
Marc. 1. liores? [3] nihil vilius est locustis. Illæ Christianos oculos scādalizent potius,quæ purpurisso,& quibusdam fucis ora oculosq; depingunt:quarū [4] fa-
I cies gypseę,& nimio candore deformes,idola mētiuntur. Quibus si fortè improuidis lachrymarum stilla eruperit,sulco defluit: quas nec numerus annorum potest docere,quòd vetulæ sint,quę capillis alienis verticem struunt, & præteritam iuuentutem in rugis anilibus poliunt:quæ deniq; ante nepotum gregem [5] trementes virgunculæ co ponuntur. Erubescat mulier Christiana, si natu-
Roma. 6. & 13. ræ cogit decorem, si carnis curam facit ad concupiscentiam,in qua qui sunt,secūdum Apostolum,
Gal. 5. Christo placere non possunt. Vidua nostra antè
†monilib⁹ morosius †ornabatur,& die tota quid sibi deesset, quærebat ad speculū. Nunc loquitur confidenter:
Roma. 8. Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculātes,in eandē imaginem transformamur,à gloria in gloriā quasi à domini spiritu. Tunc crines ancillulæ disponebant, & [6] mitellis crispantibus vertex [7] artabatur innoxius:nunc neglectum caput scit sibi tantum sufficere quòd velatur. Illo tempore plumarum quoque dura mollicies videbatur, & in extructis thoris iacere vix poterat. Nunc ad orandum festina consurgit,& tinnula† voce cęteris alleluia præripiens,prior incipit laudare dominum suum. Flectuntur genua super nudam humum, & crebris lachrymis [8] facies psimmithio antè sordidata purgatur. Post orationem psalmi concrepant,& laxa†ceruix,poplites vacillantes,in somnumq; vergentes oculi,nimio mētis ardore vix impetrant vt quiescant. Pulla tunica, minus cùm humi iacuerit,sordidatur. Soccus vilior,auratorum precium calceorum egentibus largitur. Cingulum non auro,gemmisq; distinctum est,sed laneum,& tota simplicitate purissimum:& quod possit magis astringere vestimēta,quàm cingere.† Si huic proposito inuidet scorpius, & ser-
mone blando de vetita rursum arbore comedere
persuadet, illidatur ei pro solea anathema,& [9] in
suo morienti puluere dicatur: Vade retro Satana,
quod interpretatur,aduerse. Aduersarius quippe Christi est & antichristus, cui præcepta displicēt Christi. Oro te,quid tale vnquam,quale Apostoli L
fecimus,vt meritò scandalizentur? Patrem senem
cum nauicula & reti dimittunt. Publicanus à te-
loneo surgit,& sequitur saluatorem: volens discipulus reuerti domum,& suis antè renunciare,magistri voce prohibetur. Sepultura nō datur patri:
& pietatis genus est,impiū esse pro domino. Nos quia serica veste nō vtimur,monachi iudicamur: quia ebrij non sumus, nec cachinno ora dissoluimus,continentes vocamur & tristes. Si tunica nō canduerit,statim illud è triuio,[10] impostor & Græcus est. Cauillentur [11] vafriora licet, & [12] pingui
aqualiculo fartos circunferant homines. Blesilla
nostra ridebit, nec * dignabitur loquacium ranarum audire conuicia, cùm dominus eius dictus sit beelzebub.

†modulata.

K

†lassa.

†scindere. Gene. 3. Ibidem. Marc. 8.

Matt. 7. Marc. 2. Lucæ. 5.

Matt. 8.

* Videnū dedignabit sit legendum.

Lucæ. 11.

SCHOLIA.

1 Diuitiarum fascijs.) Historiam Lazari,reuocati ad vitā, accommodat ad allegoriam. 2 Vbi verba.) Quibus antè adhortabantur, vt mundum sequeretur, opes,honorem,voluptatem, in summa, felicitatem pollicentes,hoc est, inanissimas nugas. 3 Nihil vilius est locustis.) Vbi sunt isti,qui stultissimos mouent tumultus, quòd scribatur Ioannes locustis animantibus vesci solitus,& è locustis conantur Iouis,quod aiunt,cerebrū redM
dere,ne tantus vir cibo parum opiparo videatur ali? Hieronymus fatetur,eo cibo nihil fuisse vilius, idq; putat ad illius laudem pertinere. 4 Facies gypseæ.) Olim è gypso statuæ Gypsum.
quoque fiebant,Galli vulgò vocant plastre. Gypseas ergo facies vocat,cerussa ôblitas, & velut incrustatas: hoc ipso deformes,quòd nihil habeant ruboris. Vnde nonnullæ purpurissum adhibebant. 5 Trementes virgunculę.) Ironicè dixit,anus iam,vt quibus sint filij,filiq; filiorum, & tamē perinde quasi virgunculæ sint præ teneritudine trementes, comuntur & poliuntur. 6 Mitellis crispantibus.) Mitellam Mitella.
fecit à mitra,quod est capitis ornamentū: crispantibus,quia thorulis intortæ sint. 7 Artabatur innoxius.) Torquebāt caput mitris,nihil cōmeritum, cùm alia membra forent crucianda. 8 Facies psimmithio.) Quod Latini vocāt cerussam, Græci ψιμμίθιον. 9 In suo morienti puluere.) Ad Psimmithium.
hunc modum habebant exemplaria. Quanquam ipse censeo legendum pure pro puluere, à pus, quod pro veneno nonnunquam accipitur. Horatius: Rupuli pus atque venenum. Et in præfatione quadam in Esaiam Hieronymus isdem fermè verbis vtitur de pure & scorpio. 10 Impostor & Impostor.
Græcus.) Impostor est, qui arte decipit. Græci olim malè audiebāt apud Romanos,vt hinc quoq; apparet. Huius prouerbij meminit & alibi. 11 Vafriora.) Id est,salsiora, magisq;

A gisq; mordacia. 12 Pingui aqualiculo.)Videlicet obesos, qui mulierem ieiunijs macilentam rideant.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ sequentis.

Leæ,quæ virginum monasterio præfuerat,mortem, cùm consulis designati, qui sub idem ferè tempus obierat diem, morte componit: ostendens, quantum interfit inter exitum sanctorum, & interitum eorum quos hic mundus vt felices adorat.

HIERONYMVS AD MARcellam, de exitu Leæ.

CVm hora fermè tertia hodiernę diei, septuagesimum secūdum psalmum, id est, tertij libri principium legere cœpissemus, & docere cogeremur, tituli ipsius partem ad finem secundi libri,partem ad principium tertij libri pertinere: quòd scilicet, defecerunt hymni Dauid, filij Iesse,finis esset prioris:psalmus vero Asaph,principium sequentis, & vsque ad eum locum perue-
B nissemus, in quo iustus loquitur: Dicebam,si narrabo sic,ecce generationem filiorum tuorum prę-uaricatus sum: quod in Latinis codicibus non ita habemus expressum, repentè nobis nūciatum est sanctissimam Leam exisse de corpore. Ibique ita te palluisse conspexi, vt verè aut pauca, aut nulla sit anima, quæ [1] fracto vase testaceo, non tristis erumpat. Et tu quidem, non quòd futuri incerta esses dolebas,sed quòd triste funeri obsequium nō dedisses. Denique in medijs fabulis, rursum didicimus reliquias eius iam Ostiam fuisse delatas. Quæras, quó pertineat ista replicatio? Respon-
Rom.3. debo tibi verbis Apostoli, multum per omnem modū. Primùm, quòd vniuersorum gaudijs prosequenda sit, quæ calcato diabolo, coronam iam securitatis accepit. Secundò, vt eius vita breuiter explicetur. Tertiò, vt [2] designatum consulem
† socculis detrahētes de suis seculis detrahentē,† esse doceamus in tartaro. Et quidem conuersationē Leæ nostræ, quis possit digno alleuare præconio? Ita eam totam ad dominum fuisse conuersam, vt monasterij prin-
C ceps, mater virginum fieret, post molliciem vestium sacco membra triuisse, insomnes orationibus duxisse noctes, & comites suas plus exemplo docuisse quàm verbis. Humilitatis fuit tantę tāq; subiectæ, vt quondam domina plurimorum, an-
† hominis cilla omniū † putaretur: nisi quòd eo Christi magis esset ancilla, dum domina hominum non putatur. Inculta vestis,vilis cibus,neglectum caput: ita tamen, vt cùm omnia faceret, ostentationem fugeret singulorum, ne reciperet in præsenti seculo mercedem suam. Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruitur, excipitur angelorum
Lucæ.16. choris: Abrahæ sinibus confouetur, & cum pau-
† sceleratū pere quondam Lazaro, diuitem purpuratum & [3] non palmatum consulē, sed [4] atratum, † stillam digiti minoris cernit inquirere. O quanta rerum mutatio: Ille quem ante paucos dies dignitatum omnium culmina præcedebant: qui,quasi de subiectis hostibus triumpharet, Capitolinas ascēdit arces, quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit, ad cuius interitum vrbs vniuersa commota est, nunc desolatus & nudus, non [5] in lacteo cœli palatio, [6] vt vxor mentitur † infe- †cōmētat.
lix, sed in sordentibus tenebris continetur. Hæc D
vero quam vnius cubiculi secreta vallabant, quæ pauper videbatur & tenuis, cuius vita putabatur Sapien.5.
amentia, Christum sequitur,& dicit: Quæcūque Psal.47.
audiuimus, ita & vidimus in ciuitate dei nostri: & reliqua. Quapropter moneo,& flens gemensq; contestor, vt dum huius mundi viam currimus, [7] non duabus tunicis, id est, [8] duplici vestiamur Matt.10.
fide. Nō calciamentorum pellibus, mortuis vide- & Mar.6.
licet operibus,prægrauemur: Non diuitiarum nos & Lucæ.9
pera ad terram premat: Non virgæ, id est, poten- 10.22.
tiæ secularis quæratur auxilium: non pariter, & Christum velim9 habere & seculum, sed pro breuibus & caducis, æterna succedant:& cùm quotidie(secūdum corpus loquor) præmoriamur,in cęteris non nos perpetuos existimemus, vt possim9 esse perpetui.

SCHOLIA.

NOn temerè meminit interruptę interpretationis. Siquidem defecerunt hymni Dauid, pertinet ad luctum de morte Leæ. Et illud: Si narrabo sic,ec- E
ce nationem filiorum tuorum &c. pertinet ad vtrunque,ad Leam trāslatam ad immortalitatem, & ad impium diuitem ad inferos præcipitatum. 1 Quę fracto vase testaceo.)Ita vocat corpusculum hoc, Ecclesiasten sequutus, qui per ænigma corpus hydriam vocat. Vt conteratur, inquit, hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Significat autem diuus Hieronymus, perpaucos esse, qui mortem non horreant. 2 Designatum consulem.) Designati dicebantur, Designati.
iam quidem creati, sed qui nondum inissent magistratum: & idcirco addit, de suis seculis detrahentem, quod interceptus fuisset, antequam incundi magistratus dies venisset.

3 Non palmatum consulem.)Toga consularis palmas habebat, quemadmodum & triumphantis. Ea candida consue- Toga consularis.
uit esse,præsertim candidatis. 4 Atratum.)Allusit ad magistratuum petitores, qui ob candidam vestem,candidati vocabantur. Cādidati.
5 In lacteo cœli palatio.)Allusit ad lacteam viā, Lactea via
qua poętę fingunt iter esse ad Iouis arcem,reliquorum deorum palatijs,hinc atque hinc dispositis. 6 Vt vxor mentitur.) Nam erat ethnici mariti vxor ethnica. Vnde iuxta ethnicorum morem,in deos relatum fingebat. Meminit huius in epistola ad Paulam,de morte Blesillæ. Quidam codi- F
ces pro mentitur habebant, commentatur: vtraque lectio probè habet. Nam commentum, figmentum vocamus. Vn- Cōmentū.
de commentari. 7 Non duabus tunicis.) Mirè totū hunc euangelij locum ad allegoriam trahit. 8 Duplici vestiamur fide.)Vt partim fidamus Christo, partim mundo. Hāc epistolam scripsit ab eremo Romam reuersus, cùm Marcellam erudiret in sacris literis, vt in illius testatur epitaphio.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Paulæ primogenita filia, septimo post nuptias mense maritum amisit: deinde perijt & ipsa, nomine Blesilla, maternæ auiæ vocabulum referens. Huius obitum intemperantius ac fine fine plorātem Paulam Hieronymus consolatur, atque etiam acriter obiurgat, ostendens non esse Christianorum tantopere deflere bene vita defunctos. In ipsius autem epitaphio Paulæ, vitium hoc illi tribuit Hieronymus, quòd impensissimè dilexerit liberos suos. Huius epistolæ mentionem facit in eo quod modo citauimus epitaphio, testans Romæ scriptam fuisse, nimirum eo tempore cùm illuc per Epiphanium, & Paulinum episcopos è Syria retractus, Marcellæ cæterisque nobilibus fœminis innotuisset.

Hieronymus

G

HIERONYMVS AD PAVLAM SVPER OBITV BLESILLÆ FILIÆ.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū & plorabo, nō vt Hieremias ait, vulneratos populi mei: nec vt Iesus miseriā Hierusalem: sed plorabo sanctitatē, misericordiam, innocentiam, castitatem: plorabo omneis pariter in vnius morte defeciſſe virtutes. Non quòd lugenda sit illa quæ abijt, sed quòd nobis impatientius sit dolendum, qui talē videre desiuimus. Quis enim siccis oculis recordet, viginti annorum adolescentulam tam ardenti fide crucis leuasse vexillum, vt magis amissam virginitatem, q̄ mariti doleret interitum? Quis sine singultibus transeat orandi instantiam, [1] nitorē linguę, memoriæ tenacitatem, acumen ingenij? Si Græcè loquentem audisses, Latinè eam nescire putares. Si in Romanum sonum lingua se verterat: nihil omnino peregrini sermo redolebat. Iam vero: qđ [2] in Origene quoque illo, Græcia tota miratur, in paucis non dicā mensibus, sed diebus, ita Hebręæ linguæ vicerat difficultates, vt in discendis canēdisq̄ psalmis, [3] cum matre contēderet. Humilitas vestium non (vt in plerisque solet) [4] tumētes animos arguebat, sed cum interiori se mente deiecerat, inter ancillarum virginum cultum dominā q̄ nihil medium, nisi quòd in eo facilius dignosceba tur, quòd neglectius incedebat. [5] Vacillabāt ægrotatione gressus, & [6] pallentem ac tremētem faciē, vix collum tenue sustinebat, & tamē aut prophetam, aut Euangeliū semper in manibus tenebat. Lachrymis ora complētur, singultus occupat vocem: & hærentem linguam, viscera commota non laxant. Cùm sanctum corpusculum febriū ardor excoqueret, & [7] semianimæ lectulum vallaret circulus propinquorum, hæc in extrema verba mandabat: Orate dominum Iesum vt mihi ignoscat, quia implere non potui quod volebā. Secura esto mi Blesilla: cōfidimus, probas vera quæ dicimus: Nunquam est særa conuersio. Vox hæc primùm dedicata est in latrone: Amē dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Postquam autem sarcina carnis abiecta, ad suum anima reuolauit autorē, & in antiquam possessionem diu peregrinata conscendit: ex more parantur exequiæ, & nobiliū ordine præeunte, aureum feretro velamen obtenditur. Videbatur mihi tunc clamare de cœlo: Non agnosco vestes, amictus iste nō est meus, hic ornatus alienus est. Sed quid agimus? Matris prohibituri lachrymas, ipsi plangimus. Confiteor affect⁹ meos, totus hic liber fletib⁹ scribitur. Fleuit & Iesus Lazarum, quia amabat illū. Non est optimus consolator, quem proprij vincunt gemitus, cuius viscerib⁹ emollitis, fracta in lachrymis verba desudant. Testor mi Paula Iesum, quē Blesilla nūc sequitur: testor sanctos angelos, quorum cōsortio fruitur, eadem me dolorum perpeti tormēta quæ pateris: patrem esse spiritu, nutricium charitate, & interdum dicere: Pereat dies illa, in qua natus sum. Et, hei mihi mater, vt quid genuisti me virū, qui dicerer discrimen omni terræ. Et illud: Iustus es domine, verūtamen iudicia loquar ad te. Quid est, quòd viæ peccatorū prosperantur? Et, mei quoq̄ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum vidēs. Et dixi: Quomodo cognouit deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Sed rursus illud occurrit: Si narrauero sic, ecce generationem filiorū tuorū prę uaricatus sum. Nunquid & in meam mentem, nō hic sæpius fluctus illiditur? Quare senes impij, seculi diuitijs perfruuntur? quare adolescentia rudis, & sine pec cato pueritia, immaturo flore metitur? Quid causæ est, vt sępe bimuli, trimuliq̄, & vbera materna lactentes à dæmonio corripiantur, repleantur lepra, morbo regio deuorentur? & ecōtrario, impij, adulteri, homicidæ, sacrilegi, vegeti atq̄ securi de sua sanitate, in deū blasphement? Præsertim cùm iniustitia patris non redūdet ad filium: & anima quæ peccauerit, ipsa moriatur. Aut si manet vet⁹ illa sentētia, peccata patrum in filios oportere restitui, iniquum sit longæui patris innumera delicta in innocentem infantiam repensare. Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & factus sum flagellatus tota die. Sed cùm hæc cogitarem, statim didici cum propheta: Et susċepi, vt cognoscerē: hic labor est in conspectu meo, donec ingrediar sanctuarium dei, & intelligam in nouissima eorum. Iudicia enim domini abyssus multa. Et, ò profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia ei⁹, & inuestigabiles vię eius. Bonus est deus, & omnia quę bonus facit, bona sint necesse est. [8] Mariti orbitas irrogatur, plango quod accidit. Sed quia sic placet domino, æquo animo sustinebo. Vnicus raptus est fili⁹: durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille, qui dederat. Si cæcus fuero, amici me lectio consolabitur. Si auditum quoq̄ surdæ aures negauerint, vacabo à vitijs: nihil aliud, nisi dominum cogitabo. Imminebit super hæc & dura pauperies, frig⁹, languor, & nuditas: extremam expectabo mortē, & breue putabo malum, quod finis melior subsequatur. Considerem⁹ quid Ethicus ille psalmus sonet: Iustus es domine, & rectum iudicium tuū. Hoc nō potest dicere, nisi ille, qui ad vniuersa quę patitur, magnificat dominū, & suo merito imputans, in aduersis de eius clemētia gloriatur. Exultauerunt enim filiæ Iudæ in omnibus iudicijs domini. Si Iuda confessio interpretatur: cōfitens autem omnis anima credentis est: necesse est, vt qui se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudicijs gaudeat. Sanus sum, gratias refero creatori. Lāgueo, & in hoc laudo domini volūtatē. Quā- do enim infirmor, tunc fortis sum, & virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur. Patitur & Apostolus aliquid quod nō vult, pro quo ter dominum deprecatur. Sed dicitur ei: Sufficit tibi gratia mea, quia virt⁹ in infirmitate perficitur, & ad reuelationum humiliandam superbiam, monitor quidā humanæ imbecillitatis apponitur, in similitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhærebat per singulas acclamationes ciuium, dicens: Hominem te esse memēto. Cur autem durum sit, quod quandoq̄ patiendum est? Et cur dolemus quēquam mortuū? Ad hoc enim nati sumus, vt maneamus æterni? Abrahā, Moyses, Esaias,

Hiere. 9. Lucæ. 19.

Origenes.

Lucæ. 23.

Ioan. 11.

Hier. 20. Hiere. 15. Psal. 118.

Psal. 72. K Ibidem. Ezech. 18. Exo. 34. Psal. 72. L Ibidem. Psal. 35. Roma. 11. Psal. 118. M Psal. 47. Psal. 96. 2. Cor. 12. Ibidem. Ibidem.

A Esaias,Petrus,Iacobus,Ioānes, Paulus electionis vas,& super omnia filius dei,moritur:& nos indi gnamur aliquem exire de corpore,qui ad hoc forsitan raptꝰ est, ne malitia mutaret intellectū eiꝰ? Sapien. 4. Placita enim erat deo anima eius. Propter hoc properauit educere eā de media iniquitate,ne longo vitæ itinere, deuijs oberraret anfractibus.

Lugeatur mortuus,sed ille quem gehēna suscipit,quem tartarus deuorat,in cuius pœnam æternus ignis æstuat. Nos quorum exitum angelorū turba comitatur,quibus obuiam Christus occurrit:grauemur magis,si diutiꝰ in tabernaculo isto mortis habitemus. Quia quandiu hīc moramur, peregrinamur à domino. Illa illa nos cupido teneat: Psal.119. Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est à me,habitaui cū habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Si cedar tenebrę sunt,& mundus iste sunt tenebræ, quia lux lucet Ioan.1. in tenebris,& tenebrę eam non comprehenderūt: faueamus Blesillæ nostræ,quæ de tenebris migrauit ad lucem,& inter fidei incipiētis ardorem,cōsummati operis percepit coronam. Reuera si secu
B lare desiderium:&,quod deus à suis auertat, delitias vitæ huius cogitātē, mors immatura rapuisset:plangenda erat, & omni lachrymarum fonte ploranda. Nunc vero cùm,propitio Christo,ante quatuor fermè menses,secundo quodāmodo' propositi se baptismo lauerit,& ita deinceps vixerit, vt calcato mūdo,semper monasterium cogitarit, non vereris,ne tibi saluator dicat:[10] Irascēris Paula,quia tua filia,mea facta est filia? Indignaris de iudicio meo,& rebellibus lachrymis facis iniuriā possidenti? Scis enim quid de te,quid de cæteris tuis cogitem. Cibum tibi denegas,nō ieiuniorum studio,sed doloris. Nō amo frugalitatē istā. Ieiunia ista aduersarij mei sunt. Nullam animam recipio,quæ me nolente,separatur à corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres,[11] habeat Zenonem,[12] Cleombrotum,vel[13] Catonē. Super Esaiæ.66. nullum requiescit spiritus meus,nisi super humilem & quietum,& tremētem verba mea. Hoc est quod mihi ī monasterio promittebas? Quòd habitu à matronis cęteris separato,tibi quasi religiosior videbaris? Mens ista quæ plangit,sericarum
C vestium est. Interciperis & emoreris,& quasi non in meas manus ventura sis crudelem iudicem fugis. Ionæ.1. Fugerat quondam & Ionas animosus prophe ta,sed in profundo maris meus fuit. Si viuentem crederes filiam,nunquam plāgeres ad meliora migrasse. Hoc est quod per Apostolum meum iussēram,ne pro dormientibus in similitudinem gentium tristaremini. Erubesce,[14] ethnicæ compara 1.Thes.4. tione superaris. Melior diaboli ancilla,quàm mea est. Illa infidelem maritum trāslatū fingit in cœlum,tu mecum tuam filiam commorantē,aut nō credis,aut non vis. Sed dicis:quomodo lugere me Gene.37. phibes,cùm & Iacob Ioseph in sacco fleuerit: cōgregatisq; ad se omnibus propinquis noluerit cōsolari, dicens: Descendam ad filium meum lu- 2. Reg.18. gens in infernum: Et Dauid Absalon cooperto capite planxerit,repetens: Filius meus Absalon, Absalon filius meus:quis dabit,vt moriar pro te Deut.c.vl. filius meus Absalon? Moysi quoque & Aaron,cæterisq; sanctorum solennis sit luctus exhibitus? Perfacilis ad ista responsio est, Luxisse Iacob filium,quem putabat occisum,ad quem & ipse erat D ad inferos descensurus,dicēs: Descendā ad filium meū lugēs in infernum, quia necdum paradisi ianuam Christus effregerat,nec dum flammeam il Gene.3. lam rompheam & vertiginem pręsidentium cherubim,sanguis eius extinxerat. Vnde & Abrahā Lucæ.16. licèt in loco refrigerij,tamē apud inferos cum Lazaro fuisse scribitur. Et Dauid iustè fleuisse filiū 2.Reg.12. parricidam,qui alium paruulum,postquam vt vi ueret impetrare non potuit,quia sciebat non peccasse,non fleuit. De Moyse vero & Aaron,quod eis ex veteri more sit planctus exhibitus, non mirandū est, cùm & in Actis Apostolorum iā Euā- Actor.8. gelio coruscante, Stephano fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum: Et vtique planctus magnus,nō plangentium exanimatione, vt tu putas,sed in pompa funeris,& exequiarum frequentia intelligendus sit. Denique de Iacob scriptura sic loquitur: Et ascendit Ioseph sepelire pa- Gene.50. trem suum, & ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis,& seniores domus eius, & seniores omnis terræ Aegypti, & omnis domus Ioseph & fratres eius. Et post paululum: Et ascenderunt E cum eo quadrigæ & equites, & facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde: Et plāxerunt eū planctu magno,& forti nimis. Planctus iste solennis, non longas Aegyptijs imperat lachrymas,sed funeris monstrat ornatum. Iuxta quem modū Aaron quoque & Moysen,fletos esse manifestū est. Nequeo satis scripturæ laudare mysteria,& diuinū sensum, in verbis licèt simplicibus admirari, quid sibi velit quòd [15] Moyses plangitur, & Iesus Naue vir sanctus sepultus refertur, & tamen fletus esse nō scribitur. Nempe illud quod in Moyse,id est,in lege veteri sub peccato Adam omnes tenebantur elogio,& ad inferos descendētes,[16] cōsequenter lachrymæ prosequebantur, secundum Apostolum,qui ait: Et regnauit mors ab Adam Roma.5. vsque ad Moysen,etiam super eos qui non peccauerunt. In Iesu vero,id est,in Euangelio: per quē paradisus est apertus,mortem gaudia prosequuntur,flentesq; hodie Iudęi & nudatis pedibus in cinere volutati,sacco incubant. Ac ne quid desit su
F perstitioni,ex ritu vanissimo pharisæorum, primum cibum lentis accipiunt,videlicet ostendentes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito,quia in resurrectionem domini non credētes,antichristi præparantur aduentui. Nos vero qui Christum induimus,& facti sumus,iuxta Apostolum,genus regium & sacerdotale,non debe- 1.Pet.2. mus super mortuos contristari. Et dixit,inquit, Leuit.10. Moyses ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios eius,qui relicti erant: Caput vestrum non denudabitis,& vestimenta vestra non scindetis,ne moriamini,& super omnem synagogam veniat ira. Nolite, inquit, scindere vestimenta vestra, & luctum exhibere gentilem,ne moriamini. Mors nostra peccatū est: Et,quod forsitan crudele alicui videatur,sed fidei necessarium est,[17] in eodem Leuitico scribitur:quomodo sacerdos magnꝰ ad patrem,matrem,fratresq;,vel liberos mortuos prohibeatur accedere:ne videlicet anima dei sacrificijs vacans,& tota in illius mysterijs occupata,aliquo impediatur affectu. Nonne alijs verbis idipsum in Euangelio præcipitur, vt nō renunciet

Lucæ.9. domui discipulus? vt mortuo patri non exhibeat
G sepulturam? [13] Et de sanctis, inquit, non exiet, & non contaminabit sanctificatio dei eius, quia sanctum oleum vnctionis à deo super eum est. Certe postquam credimus in Christum, & oleo vnctionis eius accepto, illum portamus in nobis, nō debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano: non foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commiscere, sed esse semper intrinsecus, id est, voluntati domini ministrare. Hæc idcirco dicimus: ne ignorātia scripturarum autoritatem tibi præberet in luctu, & videreris rationabiliter errare. Et adhuc sic loquutus sum, quasi vnam de turbis conuenerim Christianam. Nūc vero cùm sciam toti te renunciasse mundo, & abiectis calcatisq; delitijs seculi, orationi, ieiunijs, lectioni va-
Gene.12. care quotidie, cùm ad exemplum Abraham cupias exire de terra tua, & de cognatione tua, vt & Chaldæis & Mesopotamia derelictis, terram repromissionis introeas, cùm omnem substantiolā, aut pauperibus dilargita sis, aut filijs ante mortē mundo mortua dederis: miror te ea facere, quæ si facerent cæteræ, reprehensione dignæ viderenH tur. Redit tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiæ, sermo, consortium: & quòd his careas, pati non potes. Ignoscimus matris lachrymis, sed modum quærimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo quod plangis. Si Christianam & monacham, istis nominib⁹ mater excluditur. Recens vulnus est, & tactus iste [19] quo blandior, non tam curat, quàm exasperat. Attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur?
Ruth.1. Nam & Noëmi famem fugiens in terra Moab, & maritum perdidit & filios. Et cùm suorum auxilio esset destituta, Ruth alienigena ab eius latere non recedit. Vide quanti meriti sit desertæ prę-
Ruth. vlt. sti esse solatiū. Ex eius semine Christus oritur. Respice Iob, quanta sustinuit, & videbis te nimium delicatam, illum erectis in cœlum oculis, inter ruinas domus, pœnas vlceris, innumeras orbitates, & ad extremum vxoris insidias, inuictam tenuisse patientiam. Scio quid responsura sis: Hoc illi quasi iusto ad probationem euenisse. Et tu è
I duobus elige, quod velis: aut sancta es, & probaris: aut peccatrix, & iniustè quereris, minora sustinens, quàm mereris. Quid vetera replicem?
Melania. Præsentia exempla sectare. Sancta Melania nostri tēporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi dominus, mihiq; concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed teste Christo, non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste conscissa, lacerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis: & ad pedes aduoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit. Expeditius, inquit, tibi seruitura sum domine, quia tanto me onere liberasti. Sed forsitan superatur in cæteris. Quinimò qua illos mente contempserit, in vnico postea filio probat: cui omni quam habebat possessione cō cessa, ingruente iam hyeme, Hierosolymam nauigauit. Parce quæso tibi, parce filiæ cum Christo iam regnanti: parce saltem Eustochio tuæ, cuius parua adhuc ætas, & rudis penè infantia, te magistrante dirigitur. †Sæuit nunc diabolus, & K
quia vnam cernit de tuis liberis triumphantem, †magistra
obtritum se esse condolens quærit in remanente rite diri-
victoriam, quam in prę̄eunte iam perdidit. Gran- getur.
dis in suos pietas, impietas in deum est. Abra-
ham vnicū filium lætus interficit, & tu vnam de Gene.22.
pluribus quereris coronatam? Non possum sine gemitu eloqui, quod dicturus sum. Cùm de media pompa funeris, te exanimem referrent, hoc inter se populus mussitabat: Nónne illud est quod sæpius dicebamus? Dolet filiam ieiunijs interfectā, quòd non vel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quousque genus detestabile monachorum non vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miserabilem seduxerunt, quæ quàm monacha esse noluerit, hinc probatur, quòd nulla gentilium ita suos vnquam fleuerit filios. Qualem putas ad istas voces Christum habuisse tristiciam? Quomodo exultasse satanam, qui nunc tuam animam eripere festinans, & pij tibi proponens doloris illecebram: dum ante oculos tuos, filiq; semper imago versatur, cupit matrem simul necare victricis, & solitudinem sororis inuadere relictæ. Non vt L
terream loquar, sed vt mihi testis est dominus, quasi ante tribunal eius assistens, in hæc te verba conuenio. Detestandæ sunt istæ lachrymæ, plenæ sacrilegio, incredulitate plenissimæ, quæ non habent modum, quę vsque ad viciniam mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tui semper homicida es. Sed ad talem clemens ingreditur Iesus, & dicit: Quid ploras? Non est mortua puella, sed Marc.5.& dormit. Irrideant circunstātes. Ista infidelitas Iu- Lucæ.8.
dæorū est. Te quoq; si ad sepulchrū filiæ volueris
volutari, †angelus increpabit: Quid quæris viuē- Lucæ.24.
tem cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Ma †volitā.
gdalene, postquam vocem domini se clamantis
agnouit, ad eius prouoluta pedes, audit: Ne tetige- Ioan.20.
ris me, necdum enim ascendi ad patrem meum: id est, non mereris tangere resurgentem quem mortuum existimas in sepulchro. [20] Quas nunc existimas Blesillam nostram pati cruces, quæ ferre tormenta, quòd tibi Christum videat subira- M
tum? Clamat nūc illa lugēti, †si vnquam me ama- †voce lu-
sti mater, si tua vbera suxi, si in tuis instituta sum genti.
monitis, ne inuideas gloriæ meæ: nec hoc agas, vt
à nobis in perpetuum separemur. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam matrem domini. Multas hìc video, quas antè nesciebam. O quanto melior est iste comitatus. Habeo Annam quō- Lucæ.2.
dam in Euangelio prophetantem: &, quo magis
gaudeas, tantorum annorum labores, ego in tribus mensibus consequuta sum. Vnam palmam castitatis accepimus. Misereris mei, quia mundū reliqui? At ego vestri sortem doleo, quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidie in acie prę̄liantes, nunc ira, nunc auaricia, nunc libido, nunc variorum incentiua vitiorum, pertrahunt ad ruinā. Si vis, vt mater mea sis: cura placere Christo. Nō agnosco matrem, meo domino displicentem. Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te dominum rogat, mihiq; vt de eius mente securus sim, veniam impetrat peccatorum: quòd monui, quòd hortatus sum, quòd inuidiam propinquorum,

A rum,vt ſalua eſſet, excepi. Itaq; dum ſpiritus hos artus regit, dum vitæ huius fruimur commeatu, ſpondeo, promitto, polliceor, illam mea lingua reſonabit, illi mei dedicabuntur labores, illi meum ſudabit ingenium: Nulla erit pagina, quæ non Bleſillam ſonet. Quocunque ſermonis noſtri monumenta peruenerint, illa cum meis opuſculis peregrinabitur. Hanc in mea mente defixam legent virgines, viduæ, monachi, ſacerdotes. Breuis vitæ ſpatium, æterna memoria cõpenſabit. Quæ cum Chriſto viuit in cœlis, in hominum quoque ore victura eſt. Tranſibit & præſens ætas, ſequentur ſecula pòſt futura, quæ ſine amore, ſine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Euſtochijq; nomen media ponetur.[21] Nunquam in meis moritura eſt libris. Audiet me ſemper loquentem cum ſorore, cum matre.

SCHOLIA.

1 Litorem linguæ.) Hieronymus in muliercula laudat elegantiam ſermonis, cùm hodie ſapientes iſti pulchrum ducant ſpurcè loqui, & Chriſtianũ hoB minẽ decere linguæ ſordes. 2 In Origene quoOrigenes. que illo.) Illo addidit, ob emphaſim. Nam ſi in tam incomparabili viro miratur Græcia, quòd vnam Hebræam linguã adiecerat ſuæ, quanto magis mirandũ, fœminam eſſe trilinguem? Teſtatur alijs aliquot locis Hieronymus, Origenẽ Hebraicas didiciſſe literas, vt diffiſus ſeptuaginta, veteris teſtamenti veritatem ex ea perueſtigaret, præſertim in Tomis, in quibus accuratius diſputat. Nam in Homelijs vulgata vtiCõtẽdere. tur æditione. 3 Cum matre contenderet.) Contenderet dixit in bonam partem, pro certaret, non quòd verè certaret, ſed quòd eò profecerit, vt certare poſſet. 4 TumẽAnimi. tes animos.) Animi, plurali numero, ferociam ſignificant Arguere. & faſtum. Arguebat poſuit, pro indicabat, vt Vergilius: Degeneres animos timor arguit. 5 Vacillabant ægrotatione.) Nonnulli codices ſcriptum habebant: Vacillabat ægrotatione feſſa. Vtraq; lectio probè habet, niſi quòd poſterior mihi magis arridet. 6 Pallentem ac trementem.) Vtrunq; conſequi ſolet morbum. Pallor ob vitiatos humores, & exhauſtum ſanguinem: & tremor ob vires extenuatas.

7 Et ſemianimem in lectulum.) Hunc locum in omnibus deprauatum exemplaribus, ita reſtituimus: Et ſemianimẽ lectulum vallaret circulus propinquorum. 8 Mariti orbiC tas.) Nouè dixit mariti mortẽ, mariti orbitatem. 9 Propoſiti ſe baptiſmo.) Significat illi in animo fuiſſe, monachã fieri, ſed morte præuentam, nondum adiſſe monaſterium.

10 Iraſceris Paula.) Aptè ad effectus induxit Proſopopeſam, dum Chriſtum ipſum loquentem facit. 11 Habeat
Zeno. Zenonem.) Zeno ſibi mortem conſciuit, vt quidam putant, laqueo: vt alij, inedia. Teſtis Laërtius in eius vita. 12 TheCleombro ombrotum.) Legẽdum eſt Cleombrotum. Is fuit adoleſcens tus. Ambraciotes, qui de tecto ſe præcipitem dedit, vt patet ex Græco epigrammate. Εἰ δ' ἐθέλεις τὸν παῖδα κλεόμβροτον ἀμβρακιώτην μιμοῦ, καὶ τέγεων σὸν δέμας ἐκχάλασον. Id eſt. Quòd ſi velis iuuenẽ Cleombrotũ Ambraciotã imitare, & de tectis tuũ corpus demitte. 13 Catonẽ.) VtiCato Vticenſis. cẽſem, qui gladio in ventrẽ adacto, ac manu reuulſis viſceribus periit, vt refert Plutarchus in eius vita. 14 Ethnicæ cõparatione ſuperaris.) Hanc apparet fuiſſe cognatam Paulæ, cuius meminit in epiſtola, cuius initium: Cùm hora fermè tertia, vt vxor mentitur infelix. Mos autem erat ethnicis, vt vxores, manes maritorum pro dijs colerent, & in larario haberent, quaſi iam eſſent in deorum numerum relati.

15 Moyſes plangitur.) De Moyſi planctu, legis Deuteronomij capite vltimo. De Ioſue ſepulto abſque fletus mentione, Ioſue capite vltimo. 16 Conſequenter.) ἀκολουθῶς, id eſt, congruenter & meritò, qua voce ad eundem modum vtitur & alibi. 17 In Leuitico.) Capite vigeſimo primo legis de huiuſmodi. 18 Et de ſanctis inquit.) Eſt eodem in loco: Super patre quoque ſuo & matre, non contaminabitur, D nec egredietur de ſanctis, ne polluat ſanctuarium domini, quia oleum ſanctæ vnctionis dei ſui ſuper eũ eſt. 19 Quo blandior.) Blandior hoc loco verbum eſt, non nomen. 20 Quas nunc exiſtimas.) Inducit alteram Proſopopeiam, cùm filiam loquentem facit defunctam. 21 Nunquam in meis moritura eſt.) Vide vt intellexerit diuus Hieronymus, ſua ſcripta ſemper victura, in quibus immortalem famam pollicetur Bleſillæ. Neque enim eſt ipſa ſibi incognita virtus. Præſenſit & prædixit Horatius ac Vergilius ingenij ſui monumenta perpetuò victura. Præſenſit & Ouidius.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Paulina Paulæ filia, poſt Bleſillam natu maxima, nupſerat Pammachio iuueni docto cum primis & nobili. Quæ defuncta, monachi propoſitum ſuſcepit, opes ſuas in pauperũ ſubſidium elargiens. Laudat Hieronymus vxorem defunctam, adhortans maritum, vt in ſancto propoſito pergat: verecundè ſignificans, vt in Bethlehem ſe conferat, anguſtia rei familiaris laborantem, & Paulæ ſocrui, Euſtochioq; cognatæ ſeſe adiungat. Hæc epiſtola tametſi breuis eſt, tamen multũ habet & eruditionis & eloquentiæ, vtpote ad virum eruditũ & eloquentem ſcripta, à viro omnium & doctiſſimo & eloE quentiſſimo: Scripſit ad eundem & alia permulta.

AD PAMMACHIVM conſolatio ſuper obitu Paulinæ vxoris.

SAnato vulneri & in cicatricem ſuperductæ cuti, ſi medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quærit, [1]plagam doloris inſtaurat. Ita & ego [2]ſærus conſolator, qui importunè per biennium tacui, vereor ne nũc importunius loquar, & attrectans vulnus pectoris tui, quod [3]tempore & ratione curatum eſt, commemoratione exulcerem. Quæ enim au- †languor res tam duræ, quæ [4]de ſilice exciſa præcordia, & oſtendit. Hyrcanarum tigrium lacte nutrita, poſſunt ſine Qui amilachrymis [5]Paulinæ tuę audire nomẽ? Quis par- cũ fidelem turientem roſam & [6]papillatum corymbum, an- pdiderit, tequam [7]in calathum fundatur orbis, & tota ru- F tũc ſẽ bentium [8]foliorũ pandatur ambitione, immatu- tit qd borè demeſſum ęquis oculis marceſcere videat? Fra- ni habuit, ctum eſt [9]precioſiſſimum margaritum.[10] Virens poſtq̃ haſmaragdi gemma contrita eſt. Quid boni habeat bere deſie ſanitas, †languor oſtendit. Plus ſenſimus quod ha- rit. Plus buimus, poſtquam habere deſiuimus. In agro ter- enĩ ſentiræ bonæ, tres fructus legimus, centeſimum, ſexa- mus &c. geſimum, & triceſimum. In tribus mulieribus & Matt. 13. ſanguine & virtute coniunctis, tria Chriſti præmia recognoſco. Euſtochium virginitatis flores Cant. 2. metit. Paula laborioſam viduitatis aream terit. Ruth. 2. Paulina caſtũ matrimonij cubile ſeruat. Tali filia Heb. 13. rũ mater fulta comitatu, [11]totũ ſibi in terris vindicat quod Chriſtus promiſit in cœlo. Et vt quadrigam domus vna emitteret ſanctitatis, & fœminarum virtutibus reſponderent viri, additur comes Pammachius,[12] verũ Ezechielis Cherubim, cognatus, gener, maritus,[13] imò frater amantiſſimus, quia ſancti conſortia ſpiritus vocabula non tenent nuptiarum. Huic quadrigę Ieſus preſidet. De his equis & Abacuc canit: Aſcende ſup equos Abacuc. 3. tuos, & equitatio tua ſalus. Impari curſu, pari animo ad palmam tenditur. Diſcolores equi, ſed vo-

G luntate concordes,vnum aurigæ iugum trahunt, non expectantes flagelli verbera, ſed ad vocis hortamenta feruentes. Dicamus aliquid & de philoſophis. Quatuor virtutes deſcribunt Stoici,ita ſibi inuicem nexas, & mutuo cohærentes, vt qui vnam non habuerit,omnibus careat:prudẽtiam, iuſtitiam,fortitudinem,temperantiam. Has omnes ſic habetis ſinguli,vt tamen emineatis in ſingulis. Prudentia in te,in matre iuſtitia, in virgine fortitudo, in nupta temperantia prædicatur. Quid enim eo ſapientius,qui contempta mundi
1.Cor.1. ſtultitia,Chriſtum ſequutus eſt, dei virtutem & dei ſapientiam? Quid matre iuſtius,quæ inter liberos opibus diſtributis,docuit diuitias contemnendo,quid filij amare deberent? Quid Euſtochio fortius,quæ [14] nobilitatis portas,& arrogantiam generis conſularis,virginali propoſito fregerit, & in vrbe prima, primum genus ſubiugauerit pudicitiæ? Quid Paulina temperantius,
Heb.13. quæ legẽs illud Apoſtoli: Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatum, nec ſororis felicitatem,nec
H matris cõtinentiã auſa appetere,maluit in humilioribus tuta pergere,quàm pẽdulo gradu in ſublimioribus fluctuare? Quanquam illa ſemel inito matrimonio,nihil aliud diebus ac noctibus cogitauerit,niſi vt reddito fructu nuptiarum, ſecundum caſtimoniæ gradum arriperet,& [15] tanti dux fœmina facti,virum propoſito ſuo iungeret,non relinquens ſalutis comitem,ſed expectans. Dumque [16] crebris abortijs,& experta fœcũditate conceptuum,non deſperat liberos, & ſocrus auiditatem,maritiq; triſtitiã præponit imbecillitati ſuę, paſſa eſt aliquid de [17] Rachelis exemplo. Pro filio doloris,dexteræ [18] virum, deſiderij ſui peperit hæredem. Certisq; autoribus didici illam, nõ primæ
Gene.1. ſententiæ dei: Creſcite & multiplicamini,& replete terram,nec officio cõiugali ſeruire voluiſſe: ſed ad hoc optaſſe filios,vt Chriſto virgines pãreret. Legimus & vxorẽ ſacerdotis Phinees audita captiuitate arcæ domini, ſubito vteri dolore correptam,ædidiſſe filium [19] Ichabod, & inter manus & officia fœminarum, animã emiſiſſe cum prole. [20] De prima,Beniamin,hoc eſt filio virtutis ac
I dexterę. De ſecũda inclytus ſacerdos dei, [21] ex arcæ cognomine naſcitur. Nobis poſt dormitionem ſomnumque Paulinę: Pammachium monachum Eccleſia peperit [22] poſthumum,& patris & coniugis nobilitate patricium, [23] eleemoſynis diuitem, humilitate ſublimem. Apoſtolo ſcribit ad Corin-
1.Cor.1. thios: Videte fratres vocationem veſtram, quia non multi ſapientes,non multi nobiles. Hoc naſcentis Eccleſiæ rudimenta poſcebant, vt granũ
Matt.3.& ſinapis paulatim in arborem creſceret, vt ſenſim
Marc.4. Euangelij fermentum, totam Eccleſiæ maſſam
1.Cor.5. altius eleuaret. Noſtris temporibus Roma poſſidet,quod mundus antè neſciuit. Tunc rari ſapientes,potentes,nobiles,Chriſtiani: Nunc multi monachi ſapientes,potentes,nobiles. Quibus cũctis Pammachio meus ſapientior,potentior,nobilior: magnus in magnis,primus in primis, [24] ἀρχισπαγὸς monachorum. Tales Paulina morte ſua nobis liberos dedit,quos viuens concupiuerat poſſidere. Lętare ſterilis quæ non paris,erumpe & cla-
Eſa.54. ma,quæ non parturis,quoniam quot Romæ ſunt
Gala.4. pauperes,tot filios repentè genuiſti. Ardentes gemmæ, quibus antè collum & facies ornabãtur, K egentium ventres ſaturant. Veſtes ſericę, & aurũ in fila lenteſcens, in mollia lanarum veſtimenta mutata ſunt, quibus repellatur frigus, non quibus nudetur ambitio. Delitiarum quondam ſupellectilem, virtus inſumit. Ille cæcus extendens manum, & ſæpe vbi nemo eſt, clamitans: hæres Paulinæ,cohæres Pammachij eſt. Illum truncum pedibus, & toto corpore ſe trahentem, tenerę puellæ ſuſtentat manus. Fores quæ prius [25] ſalutantium turbas vomebant, nunc à miſeris obſidentur. Alius [26] tumenti aqualiculo mortem parturit: alius elinguis & mutus, & ne hoc quidem habens vnde roget, magis rogat,dum rogare nõ poteſt. Hic [27] debilitatus à paruo,non ſibi mendicat ſtipem. Ille putrefactus [28] morbo regio,ſuperuiuit cadaueri ſuo.

Non mihi ſi linguæ centum ſint,oraq; centum:
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.

Hoc exercitu comitatus incedit,in his Chriſtum confouet, horum ſordibus dealbatur. [29] Munerarius pauperum, & egentium candidatus, ſic feſti- L
nat ad cœlum. Cæteri mariti ſuper tumulos coniugum ſpargunt violas,roſas,lilia, floresq; purpureos:& dolorem pectoris, his officijs conſolantur. Pammachius noſter ſanctam fauillam oſſaq; veneranda,eleemoſynæ balſamis rigat. His pigmentis atque odoribus fouet cineres quieſcẽtes, ſciens
Eccli.3. ſcriptum: ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum. Quãtas vires habeat miſericordia, & quibus donanda ſit præmijs, beatus Cyprianus grandi volumine executus,& [30] Danielis conſilium probat: qui regem impijſſimũ ſi ſe audire voluiſſet,ſciret pauperum ſuſtẽtatione ſaluãdum. Gaudet huiuſcemodi [31] filiæ mater hæredẽ. Non dolet opes ad alium perueniſſe, quas cernit iiſdem quib9 ipſa voluerat,erogari. Quin potius gratulatur abſq; labore ſuo,ſua vota cõpleri. Non enim ſubſtantię diminutio, ſed operarij cõmutatio eſt. Quis enim hoc crederet,vt [32] conſulũ pronepos,& [33] Furiani germinis decus,inter purpuras ſenatorum, [34] furua tunica pullatus incederet, & non erubeſceret oculos ſodalium, vt deridentes ſe
ipſe derideret? Eſt cõfuſio quæ ducit ad mortẽ: & M
Eccli.4. eſt confuſio,quæ ducit ad vitam. Prima virtus eſt monachi,cõtemnere hominum iudicia, & ſemper
Gal.1. Apoſtoli recordari,dicentis: Si adhuc hominibus placere vellem,Chriſti ſeruus non eſſem. Tale qd & dominus loquitur ad prophetas: quòd poſuerit faciem eorum, [35] quaſi vrbẽ ęneam,& lapidem adamãtinum,& columnã ferream,ne pauerent ad iniurias populi, ſed impudentiam ſubſannantium, frontis rigore contererẽt. Ingenia liberaliter edu- »
cata,facilius verecũdia,q̃ metus ſuperat. Et quos »
tormenta non vincunt, interdum vincit pudor. Non eſt parũ,virum nobilem, virum diſertũ, virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatum,miſcere ſe turbis,adhærere pauperibus, ruſticis copulari, de principe vulgum fieri. Sed quanto humilior, tanto ſublimior eſt. Lucet margaritum in ſordibus, & fulgor gemmæ puriſſimæ,etiam in luto radiat: Hoc eſt quod dominus repromiſit: Glorificãtes me,glorificabo. Alij hoc
1.Reg.2. intelligant de futuro, quando mœror vertetur in
Ioan.16. gaudium, & tranſeunte mundo ſanctorum corona non

A na non transit: Ego & in præsentiarum video sanctorum promissa compleri. Antequā Christo tota mente seruiret: notus erat in senatu, sed multi alij habebant [36] infulas proconsulares. Totus orbis huiuscemodi honoribus plen⁹ est. Prim⁹ erat, sed inter primos. Præcedebat alios dignitate, sed & alios sequebatur. [37] Quamuis clarus honor, vilescit in turba: & apud viros bonos indignior fit ipsa dignitas, quam multi indigni possident. Vnde egregiè de Cæsare Tullius, cùm quosdam, ait, ornare voluit, non illos honestauit, sed ornamenta ipsa turpauit. At nunc omnes Christi Ecclesię Pammachium loquuntur. Miratur orbis pauperem, quē hucusq; diuitem nesciebat. Quid consulatu illustrius? Annuus honor est, & postquā alius successerit, prior desinit. Latent in multitudine laureæ, & triumphi interdum triumphantiū sordibus polluuntur. Quod ante [38] per manus patritias tradebatur, & sola nobilitas possidebat: [39] quo consul Marius, victor Numidię & Teuthonū, atq; ţnouitatē. Cimbrorū, ob ignobilitatem † familię putabatur
B indignus: [40] quod Scipio vltra annos pro virtute meruit, nunc sola militia possidet, & agrestia dudum corpora, [41] fulgens palma circūdat. Plus ergo accepimus, quàm dedimus. Parua dimisimus, & grandia possidemus. Centuplicato [42] fœnore Christi promissa reddūtur. [43] In tali & Isaac quōdam agro seuerat, qui paratus ad mortē, ante euā gelium, euangelicam portauit crucem. Si vis, Matt.19. inquit, perfectus esse, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & sequere me. Si vis perfectus esse. Semper grandia in audientium ponun-
1.Cor.7. tur arbitrio. Et ideo virginitatem Apostolus nō imperat, quia dominus disputās de eunuchis, qui se castrassent propter regna cœlorum, ad extremum intulit: Qui potest capere capiat. Non est Matt.19. enim volentis, neq; currentis, sed miserentis dei. Rom.9. Si vis perfectus esse. Non tibi imponitur necessitas, vt voluntas præmium consequatur. Si vis ergo esse perfectus, & desideras esse quod prophetæ, quod Apostoli, quod Christus est: vende, non partem substātiæ, ne timor penuriæ infidelitatis occasio sit, & cū Anania & Saphira pereas, sed vni- Act.5.
C uersa quæ possides, Cumq; vendideris, da pauperibus, non locupletibus, non superbis. Da quo necessitas sustentetur, nō quo augeantur opes. Cūq; 1.Cor.9. legeris illud Apostoli: Boui trituranti os non al- 1.Tim.5. ligabis: Et, dignus est operarius mercede sua: Et, 1.Cor.9. qui altario ministrant, de altario participantur: 1.Tim.6. memento quoq; huius sententiæ: Habentes victū & vestitum, his contenti sumus. Vbi videris fumare patinas, & Phasides aues [44] lentis vaporib⁹ decoqui, vbi argenti pondus, vbi [45] feruentes Buricos mannos, comatulos pueros, precioſas vestes, picta tapetia, ibi ditior est largitore cui largiendū est. [46] Pars sacrilegij est, rem pauperum dare non pauperibus: Et tamen non est satis perfecto & cō summato viro opes contemnere, pecuniam dissipare, & proijcere quod in momento, & perdi & inueniri potest. Fecit hoc [47] Crates Thebanus, fecit [48] Antisthenes, fecerunt plurimi, quos vitiosissimos legimus. Plus debet Christi discipulus prę-
D stare, quàm mundi philosophus, gloriæ animal, & popularis auræ atq; rumorum venale mācipium. Tibi non sufficit opes contemnere, nisi Christum sequaris. Christum autem sequitur, qui peccata dimittit, & virtutum comes est. Christum scimus sapientiam. Hic thesaurus in agro scripturarum nascitur, hæc gemma multis emitur margaritis. [49] Sin autem adamaueris captiuam mulierem, id est, sapiētiam secularem, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras criniū atque ornamenta verborum cum emortuis vnguib⁹ seca. Laua eam prophetali nitro, & tunc requiescēs cū illa dicito: Sinistra eius sub capite meo, & dex- Cant.2.
E tra illius amplexabitur me, & multos tibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur Israëlitis. Christus sanctificatio est, sine qua nemo videbit faciem dei. Christus redemptio, idem redemptor & precium. Christus omnia, vt qui omnia propter Christum dimiserit, vnum inueniat pro omnib⁹, & possit liberè proclamare: Pars mea do- Psal.72.
F minus. Sentio te diuinis ardere doctrinis, nec temeritate quorundam docere quod nescias, sed antè discere, quod docturus sis. Simplices epistolæ tuæ olent prophetas, Apostolos sapiunt. Non [50] cothurnatam affectas eloquentiam, nec [51] more puerorum argutas sententiolas [52] in clausulis struis. Cito turgens spuma dilabitur, & quàmuis [53] grandis tumor, contrarius sanitati est. Scitum est illud quoque Catonis: Sat cito, si sat bene. „ Quod nos quondam adolescētuli cùm à perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, risimus. Meminisse te puto [54] erroris mutui, quando omne [55] Athenæū scholasticorum vocibus cōsonabat: Sat cito, si sat bene [56] Felices, inquit Fabi⁹, essent ar „ tes, si de illis soli artifices iudicarent. Poētam non „ potest nosse, nisi qui versum potest struere. Philosophos non intelligit, nisi qui scit [57] dogmatum varietates. Manufacta & oculis patētia, magis probāt artifices. Nostra quàm dura sit necessitas, hic potes animaduertere, quòd vulgi standum est iudicio, & ille in turba metuendus, quem cùm videris solum, despicias. Hoc præteriens tetigi, vt eruditis cōtentus auribus, no magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactitent, sed prophetarum quotidie medullas bibas, [58] Christi mystes, patriarcharū symmystes. Siue legas, siue scribas, siue vigiles, siue dormias, [59] Amos tibi
G semper bucina in auribus sonet. Hic litu⁹ excitet animam tuam: hoc amore furibundus, quære in lectulo tuo quem desiderat anima tua, & loquere confidenter: Ego dormio, & cor meum vigilat, Cant.5. Cumq; inueneris eum & tenueris, ne dimittas. Et si pauxillulum dormitāti elapsus fuerit è manibus, noli protinus desperare. Egredere in plateas, adiura filias Hierusalem: reperies eum cubantem in meridie, lassum, ebrium, noctis rore madefactū, inter greges sodalium, in aromatum varietatibus, inter poma paradisi. Ibi ei da mammillas tuas, fugat de erudito pectore, requiescat iter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & interiora eius in fulgore auri. [60] Paruulus iste & puer, q butyro & melle saginatur, qui inter caseatos nutritus est montes, cito crescit in iuuenem, velociter in te hostes spoliat, maturè prædatur Damascum, & regem vincit Assyrium. Audio te [61] Xenodochium in portu fecisse Romano, & virgam [62] de arbore Abraham in Ausonio plantasse littore. Quasi Aeneas noua castra metaris, &

G super vndam Tyberis, vbi ille cogente quondam penuria,[63] cruſtis fatalibus & quadris patulis non pepercit,tu viculum noſtrum,id eſt, domum panis ędificas,& diuturnam famem,repentina ſaturitate compenſas.[64] Euge noſter,initia tranſgrederis, ſtatum ſummum tenes, de radice peruenis ad cacumē,primus inter monachos,in prima vrbe,[65] primum ſequeris patriarcham Lot,quod interpretatur declinās,[66] campeſtria eligat,& iuxta Pythagoræ literam, facilia magis ac ſiniſtrā ſectetur.[67] Tu in arduis & ſaxoſis cū Sara tibi monumentum para.[68] Iuxta ſit ciuitas literarū,[69] deletiſq; gigantibus, filijs Enakim,[70] hęreditatem tuā gaudium & riſus excipiat. Diues erat Abraham auro,argento, pecore,poſſeſſione, veſtibus:
Gene. 14. tantam habebat familiam, vt ad ſubitos nuncios iuuenibus electis,armare poſſet exercitū, & quatuor reges quos quinq; reges fugerant in Dan con ſequutos occideret, & tamen poſt tam crebra hoſpitalitatis officia, dum non refutat homines,ſuſcipere meruit deum. Non ſeruis,& ancillulis im-
H perabat,vt miniſtrarēt hoſpitibus,nec bonū quod
† monuit. exercebat p alios minuit, † ſed quaſi reperta præ-
Gene.18. da,cū Sara ſua humanitati ſolus incubuit. Ipſe pedes lauit, ipſe pinguē vitulū portauit humeris de armento. Stetit vt ſeruus peregrinis prandentibus,& Saræ manib9 coctos cibos, ieiunaturus appoſuit. Hæc moneo frater chariſſime pietate qua te diligo,vt non ſolū pecuniam,ſed teipſum Chriſto offeras, hoſtiam viuam,ſanctam, placentem deo,[71] rationabile obſequium tuum:& imiteris fi-
Matt. 20. lium hominis,qui non venit miniſtrari,ſed miniſtare. Et quod patriarcha alienis,hoc diſcipulis &
Iob.1. ſeruis magiſter exhibuit & dominus. Corium pro corio, & omnia quæ homo poſſidet, dare poteſt pro anima ſua. Sed tange,inquit diabolus, carnes eius,niſi in faciem benedixerit tibi. Scit hoſtis antiquus,maius continentiæ quàm nummorum eſſe certamen. Facile abijcitur, quod hæret extrinſecus:inteſtinum bellum periculoſius eſt. Coniuncta diſglutinamus,vnita diſſuimus. Zachæus di-
Lucæ.19. ues erat,Apoſtoli pauperes. Reddidit ille quadruplum quod rapuerat,diuiſitq; pauperibus medietatem
I ſubſtantiæ ſuæ quæ remanſerat, ſuſcepit Chriſtum hoſpitem,ſalus facta eſt domui eius, & tamen quia paruulus erat,& Apoſtolicæ proceritati ſe non poterat extendere, non fuit in duodecim numero Apoſtolorum: Apoſtoli autem quātum ad diuitias nihil, quantum ad voluntatem, totum mundum pariter reliquerūt. Si offeramus Chriſto opes cum anima noſtra,libēter ſuſcipiet. Si autem quæ foris ſunt deo, quæ intus ſunt diabolo demus: non eſt æqua partitio,& dicitur nobis: Nonne[72] ſi rectè offeras,& non rectè diuidas, peccaſti? Quòd patritij generis,primus inter primos monachos eſſe cœpiſti, non tibi ſit tumoris, ſed humilitatis occaſio, ſcienti filium dei factum filium hominis. Quantumcūque te deieceris,humilior Chriſto non eris. Eſto,incedas nudis pedibus, fuſca tunica veſtiaris, æqueris pauperibus, inopum cellulas dignanter introeas,[73] cæcorum oculus ſis, manus debilium,pes claudorum, ipſe aquam portes, ligna concidas, focum extruas,vbi vincula? vbi alapæ? vbi ſputa? vbi flagella? vbi patibulum? vbi mors? Et cùm omnia quæ dixi feceris,ab Euſtochio tua Pauláque vinceris,ſi non o- K
pere,certe ſexu. Ego quidem Romę non eram, & tunc me tenebat eremus. Atque vtinam pertenuiſſet,quando ſocero tuo viuente Toxotio ſeculo ſeruiebam. Sed tamen audio,quæ immundicias platearum ferre non poterant, quæ eunuchorum manibus portabantur,& inæquale ſolū moleſtius tranſcendebant,quibus ſerica veſtis oneri erat, & ſolis calor incēdium: nunc ſordidatæ & lugubres, & [74] ſui comparatione forticulæ, vel [75] lucernas concinnant,vel ſuccendunt focū,pauimenta verrunt,mundant legumina,holerū faſciculos in feruentem ollam deijciunt,apponunt mēſas, calices porrigunt,effundunt cibos,huc illucq; diſcurrūt. Et certe magnus virginum chorus cum illis habitat. Num huiuſcemodi miniſteria alijs imperare nō poterant? Sed nolunt vinci ab his labore corporum: quas ipſæ ſuperant virtute animi. Hæc dico, non quòd de ardore mentis tuæ quicquam dubitem,ſed quò currentem impellam,& acriter dimicāti,feruorem fauore† augeā. Nos in iſta pro- † feruor.
uincia ædificato monaſterio,& diuerſorio [76] pro- L
pter extructo, ne fortè & modo Ioſeph cum Maria in Bethleem veniens [77] nō inueniat hoſpitiū, tātis de toto orbe confluētibus turbis obruimur monachorum,vt nec cœptum opus deſerere, nec ſupra vires ferre valeam9. Vnde quia penè nobis illud de Euangelio contigit,vt futuræ turris non Lucæ.14.
antè ſupputaremus expenſas, compulſi ſumus [78] fratrem Paulinianum ad patriā mittere, vt [79] ſemirutas villulas,quę barbarorum effugerunt manus,& parentum communium cēſus† vēderet,ne † cineres.
cœptum ſanctorum miniſterium deſerētes,riſum maledicis & æmulis præbeamus. In calce epiſtolæ recordatus ſum quadrigæ veſtræ & propoſito quintam deeſſe Bleſillam,penè oblit9 de ea loqui, quæ prima de vobis pręceſſerit ad dominū. Verè nunc quinque [80] in treis,ac duas videmus eſſe diuiſas,illa cum ſorore Paulina dulci ſomno fruitur,[81] tu duarum medius,ad Chriſtum leuius ſubuolabis.

SCHOLIA.

PLagam doloris inſtaurat.) Plagam doloris ha- 1
bent quæ quidem viderim exemplaria, ſed men- M
doſè,ni fallor. Nondum enim de vulnere animi loquitur,ſed de plaga corporis. Nā de animi plaga mox ſubijcit. Vnde legendum opinor,plagæ dolorem. Cùm enim plaga ipſum vulnus ſignificet,& dolor animi ſit Plaga. Dolor.
vulnus,non poteſt dici plaga doloris,niſi per appoſitionem, vt intelligas dolorem renouatum,qui eſt animi vulnus. At non iteratur hic vulnus,ſed priſtini vulneris dolor recrudeſcit commemoratione cicatricem refricante. 2 Særus cōſolator.)Særus,vel quia poſt longum tempus, vel quia poſt tempus. 3 Tempore & ratione.) Duo ſunt quæ dolorem animi leniunt,tempus ipſum,dies enim adimit ægritudinē, & ratio. 4 De ſilice exciſa prȩcordia.)Rurſum alluſit ad Maronis carmen,quod ſuperius indicauimus: Sed duris genuit te cautibus horrēs Caucaſus, Hyrcanæq; admorūt vbera tigres. 5 Paulinę tuæ.)Tuæ dixit, q olim fuerit vxor, Corymb.
& affectū addidit pronomine. 6 Papillatum Corymbū.) Corymbum vocat faſtigiatum mucronem roſæ recentis, quæ nondum explicuit ſua folia. Vnde & parturientem appellat,quòd velut ad partum turgeat. Papillatum item à ſimilitudine papillarum fœminearum. 7 In Calathū fundatur.) Roſam folijs explicitam, ob ſimilitudinem Calathum vocat. Quemadmodum Vergilius in carmine de Roſa,ſi modo illius eſt: Nec mora,ridētis calathi patefecit honorem.

A norem. Prodens incluſi ſemina denſa croci. 8 Foliorũ pãdatur ambitione.)Nam folia numerabantur in roſis, vt autor Plinius. Vnde venuſtè vocauit ambitionem roſæ, velut oſtentantis ſuas opes. Comparat roſæ, nondum adultæ, puellam adhuc teneram. Et hoc imitatus ex Marone: Iam meditans foliis ſe numerare ſuis. 9 Precioſiſſimũ Margaritũ.)

Gemmarũ precium. Gemmarum precia mutantur cum ætatibus, ſicut & cæterarum rerum. Summum autem precium olim fuiſſe margaritis, hoc eſt vnionibus, abundè teſtatur Plinius. 10 Virens

Smaragd⁹ ſmaragdi.)Negãt quicquam æque virere, atq; ſmaragdum, cuius gemmæ propria commendatio eſt viror. 11 Totum in terris vindicat.)Quia pro vna filia, tot filias virgines habebat ſpirituales. Nam Chriſtus in Euangelio centuplũ pol

Cherubim licetur. 12 Verum Ezechielis.)Cherubim Hebræis pleni tudinem ſcientiæ ſonat, cuius myſtica deſcriptio eſt apud Ezechielẽ. 13 Imò frater.)Ita Paulus in epiſtolis ſuis vxorem ſuam ſororem appellat, vt ſentiunt ij, qui credunt Paulo fuiſſe vxorem. 14 Nobilitatis portas.)Ita vocat ſtrepitum & ſplendorem amplæ fortunæ, alludens ad nobiliũ palatia, quę portas habent potius quàm fores. 15 Tanti dux fœmina.)Venuſtè qđ Maro dixit de Didone, torſit ad Paulinam, quæ viro ſuo dux fuit ad pietatem amplectendam, & contemnendum mundum. 16 Crebris abortijs.) Sæpius aborſum fecerat Paulina. Non abortit autem, niſi quæ concepit, etiã ſi vitio aliquo vel corporis, vel ſeminis fit, vt fœ-

B tus nondum maturus eijciatur. Ex abortijs igitur intellexit ſe non eſſe ſterilem. 17 Rachelis exemplo.)Rachel peperit בְּנְיָמִין Beniamin, quod Hebraicè ſonat filium dextræ, quo nomine pater infantem vocauit. Nam ipſa moriens do-

Benoni. lore partus, appellauerat. בֶּן אוֹנִי Benoni, id eſt, filium doloris mei. 18 Virum deſiderij ſui.) Pammachium intellige monachum. Illa in votis habuit, quod filius fuit: vnde & deſi-

Ichabod. derij vocat hæredem. 19 Ichabod.)אִיכָבוֹד Hebraicè ſonat, cecidit gloria. Nam id nomen mater moriẽs impoſuit. Refertur primi Regum capite. iiij. 20 De prima proles Beniamin.)Id eſt, de Rachele, quæ in partu periit. Vnde moriẽs mater, vocauit filium Benoni, id eſt filium doloris mei. Sed pater cõmutauit illi nomen, & vocauit Beniamin, id eſt, filium dextræ. Hiſtoria refertur Geneſis. xxxv. 21 Ex arce cognomine.)Quòd arca eſſet capta, ob id mater eum vocauit Ichabod, id eſt cecidit gloria: ſic enim ſonat Hebrai-

Poſthum⁹ cè. 22 Poſthumum.)Poſthumi dicuntur, qui patre ſepulto naſcuntur. Nam vxore defuncta, Paulinus dum fit monachus, quaſi naſcitur Eccleſiæ. 23 Eleemoſynis diuitẽ &c.) Feſtiuiter contexuit cõtraria. 24 ἀρχισϛατηγός.)Id eſt, primus dux: tranſlatum à militia. Qui præcedit vniuerſum

Archiſtra tegus. exercitum, vocatur ἀρχισϛατηγός, Archiſtrategus. 25 Salutantium turbas.)Domus potentum ſalutatorũ officijs ma-

C nè celebrãtur. Alluſit autem Hieronymus ad carmen Vergilianum: Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam.

Salutandi modus. In his autem omnibus eſt iucundiſſima rerum deſcriptio.

26 Tumenti aqualiculo.)Hydropicum ſignificat. Feſtiuiter autem dixit, mortem parturit, ob tumorem ventris ac morbum penè immedicabilem. 27 Debilitatus à paruo.) Taxat crudelitatem quorundam, qui pueris membra diſtorquent ac frangunt, vt per hos mendicent. Vnde addidit: non

Morbus regius. ſibi mendicat, ſed ijs, à quibus producitur. 28 Morbo regio.)Quem Græci Ictericum vocant. Idem & aurigo dicit, à colore, quem bilis per omne corp⁹ diffuſa gignit: vnde putreſcat ſummum corpus neceſſe eſt. Et licèt diutius aliquando viuant, tamen cadauer potius, quàm corpus circũferunt.

Munerarij 29 Munerarius pauperũ.)Munerarij dicebantur, qui munus, hoc eſt, ludos aut ſpectaculum aliquod ædebãt populo, quos Græci vocant Agonothetas, quaſi dicas, certaminum poſitores. Itaque Pammachium vocat munerarium pauperum, quòd vt olim qui magiſtratum petebant, populi fauorem æditis muneribus captabant, Ita hic pauperum fauorẽ conciliare largitionibus videretur, ad emerendum regnum dei. Et ob id addidit, egentium candidatus, quòd per illorũ ſuffragia ambiret, non magiſtratum, ſed cœlum. Nec citra emphaſim dixit, feſtinat. Nam exoneratus ſarcina diuitiarũ, quas ſemel in pauperes erogauerat, celerius ire poterat.

30 Danielis conſilium.) Sic enim conſulit regi Nabucho- D
donoſor capite quarto. Quamobrem rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan ignoſcet deus delictis tuis. 31 Filiæ mater.)Paulinam intelligit & Paulam.

32 Cõſulum pronepos.)Nobilitatem exprimit Pammachij, qui proauum habuerit conſularem. Idem dixerat ſuperius: Et patris & coniugis nobilitate clarum. 33 Et Furiani germinis.) Vult eum à Furio Camillo genus ducere.

34 Furua tunica.)Furuum apud veteres nigrũ erat. Au- Furuum.
lici proceres olim candidis veſtiebantur, monachi nigro, veluti lugentes. 35 Quaſi vrbem æneam.) Locus nõnihil diuerſus habetur Ezechielis capite tertio: Ecce dedi faciẽ tuã valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorẽ frontibus eorum, vt adamantem & vt ſilicem dedi faciem tuam. Similis locus eſt apud Hieremiam, capite. xv. 36 Infulas proconſulares.)Tyaræ genus erat inſigne nobilitatis, vt nũc torquẽ auream collo geſtant. 37 Quãuis clarus honos.) Quamuis dixit, pro quantũuis: & quidem eleganter, ne quis ſciolus ſcripturam mutet. 38 Per manus patricias.)Nonnulli codices habebant, patricijs: & rectius, ni fallor, vt intelligas inſignia nobilitatis olim ſucceſſione ſolere cõtingere. Nã hoc eſt per manus tradere, cùm alius alij tradit per ſuc- Per manus
ceſſionem. 39 Quo conſul Marius.) Marius quia nouus tradere.
erat homo, quemadmodũ & Cicero, videbatur indignus cla Marius.
uo conſulari, quãquam toties victor, tot actis ex hoſte triũ- Cicero.
phis. 40 Quod Scipio vltra annos.)Scipio Africanus ob Scipio.
egregiam virtutem ante annos legitimos conſulatum eſt aſ- E
ſequutus. 41 Fulgens palma.) Opinor pro palma, legendum palla, vt intelligas veſtem ſenatoriam. Quanquam nõ Palla.
ignoro palmatam togam olim fuiſſe veſtem triumphalem, qua fortaſſe nobiles honoris cauſa vtebantur. 42 Fœnore Chriſti.)Eleganter vſus eſt verbo. Nam fœnus, quod à fe Fœnus.
rendo dicitur, propriè eſt aruorũ, quæ plus reddunt quàm acceperunt. Poſtea cœpit contra naturam pecunia pecuniã pãrere. 43 In tali agro.) Id eſt, tam fertili, qui centuplum reddat. Significat autem perfectionem Euãgelicam.

44 Lentis vaporibus.) Hoc eſt, exiguo igni, & paulatim: quemadmodum quæ cruſtis triticeis inſepulta nũc coquuntur in clibano, vt pars delitiarum ſit etiam in ratione coquendi, non tantũ in genere cibi. 45 Feruentes buricos mannos.)Mãni nobilium equi vocabantur, quibus per vrbẽ Manni.
obequitabant. Horatius: Et Appiam mannis terit. Feruẽtes vocat, alacres & bene paſtos. Nã alioqui mãni dicuntur, ꝙ manui aſſueuerũt. Quidã codices habebãt buricos, quidam boricos, quidam omittunt hanc vocem. Fortè Buricos appellauit à ciuitate Achaię Buris, quòd illinc laudatiſſimi Burís.
mitterentur. 46 Pars ſacrilegij.)Partem vocat genus ſiF
ue ſpeciem. Sacrilegium eſt furtum rei ſacrę. At quod pau- Sacrílegiũ
peribus eſt deſtinatum, id veluti Chriſto dicatum eſt. 47
Crates Thebanus.) Cynicus fuit, qui ſeruos proijcere aurũ Crates.
in media iuſſit Libya quia tardius irent, propter onus ſegnes. 48 Antiſthenes.)Hic Cynicæ ſectæ princeps fuit & Antiſthe-
autor. Porrò Cynicorum erat, nihil habere præter pallium, nes.
peram, & baculum. 49 Sin autem adamaueris capt. &c.) Cynici.
Hæc lex refertur Deuteronomij capite vigeſimoprimo.

50 Cothurnatam.) Id eſt, turgidam & tragicam: à co- Cothurn⁹.
thurno calceamento tragico. 51 More puerorum.) Significat epiphonemata, quibus ipſe diuus Hieronymus libẽter vtitur. Nec hic reprehendit, cùm ait: More puerorum, ſed oſtẽdit hæc à pueris potiſſimum & ſolum affectari, qui ætate illa rhetorum floſculis ludebant: à viris iam proiectis non item. 52 In clauſulis.)Id eſt, in fine narrationis, vel argumentationis. Nam hic adhibentur epiphonemata.

53 Grandis tumor.) Quod eſt corporum, tranſtulit ad ſtilum. Satius eſt habere corpus preſſum & ſanũ, quàm tumidum & malis diſtentum humoribus. Ita oratio melior eſt, quæ preſſa eſt, quàm exuberans ac tumens. 54 Erroris mutui.)Fatetur ſe non rectè riſiſſe optimam ſentẽtiam, quam ſenex vehementer probat. 55 Athenæum.) Locus Athenæũ.
erat Athenis Mineruæ ſacer, vbi ſuas artes ſinguli profitebantur, quem locum hodie Romæ ſophiam vocant. Hic ac-

G cipit Athenæum pro quouis loco, vbi traduntur literæ.
56 Felices inquit.)Quintilianus hoc dictum citat,nomine Fabij Pictoris. 57 Dogmatum varietates.)Decreta seu placita philosophorum,dogmata vocantur.Sunt autem alia dogmata Stoicorum,alia Peripateticorum,alia Epicurgorũ.

Dogmata.

Mystæ.

Symmystę

58 Christi mystes.) Mystæ dicuntur, qui sacris alicuius numinis sunt initiati. Symmystæ, qui ijsdem mysterijs sunt initiati. 59 Amos tibi buccina.) Allusit ad hoc, quod est apud hunc prophetã cap.ij.Morietur in sonitu Moab,in clãgore tubæ.Et rursum capit.iij. Si clanget tuba in ciuitate,& populus non expauescet?Intelligit autem ardorem & impetum ad diuinas literas. 60 Paruulus iste.)Alludit ad locũ Esaiæ cap.vij.de puero,cui nomẽ Emanuel, qui butyrum & mel comesurus dicitur:videlicet vt cito grandescat, & sciat reprobare malum & eligere bonũ:& Assyrios populari &c. Commiscuit autẽ hìc multos sacræ scripturæ locos, ex cantico amatorio,ex psalmis,ex Esaia, qui omnes huc spectant, vt assidua sanctorum voluminũ euolutione meditationéq; paretur solida quędam eruditio,non bracteata. 61 Xenodochium.) ξενοδόχιον locus est, quo recipiuntur hospites, quæ vulgò hospitalia vocant, trito vocabulo magis q̃ probo: à ξένος hospes, & δέχομαι recipio. 62 De arbore Abraham.)Respexit ad historiã,quę refertur Genesis capit. xvij.de Abraham tres angelos excipiente hospitio,& sub arH bore cibos reliquaq; hospitalitatis officia exhibente. Huius arboris(quercum autem aiunt fuisse)vestigia sua ætate extitisse,scribit Hieronymꝰ,in epitaphio Paulę.Quin & Aeneas cùm ex fatalis crusti mentione agnosceret Italiam,sub arbore capiebat cibum. 63 Crustis fatalibus.) Retulit fabulã, quæ est apud Vergilium libro Aeneidos tertio,Celeno harpya prædixerat sociis Aeneæ, futurum vt Italiam adirent: sed non prius conderent vrbem,quàm illos dira fames Ambesas subigeret malis absumere mensas. Idq; ita euenisse narrat in septimo: Consumptis hic fortè alijs, vt vertere morsus, Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. Et violare manu, malisq; audacibus orbem Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris Heus, etiam mensas consumimus, inquit Iulus: Nec plura alludens,ea vox audita,laborum Prima tulit finem. 64 Euge noster.)Sermo est fauentis & applaudentis. 65 Primum seq.patriarcham.)Nempe Abraham, qui princeps est patriarcharum:is montana elegit & ardua.

Xenodochium.

66 Campestria eligat.)Diuisus est Lot à fratre suo,propterea quòd ob increscentem familiæ gregisq; numerũ, non caperet illos eadem regio. Lot declinans ab Oriente, elegit sibi regionem circa Iordanem vndiq; irriguam: Abrahã concessit in terram Chanaan.Refertur Genesis capit.xiij. 67 Tu in arduis & saxosis.) De Sara sepulta in Hebron in spelunca,legis Genesis capit.xxiij. 68 Iuxtà sit ciuitas literaI rum.)Significat Cariath sephor, quod Hebræis sonat,ciuitas literarum.Porrò vicum hunc vicinum fuisse Hebron,satis indicat in epitaphio Paulæ: Atque inde, inquit, consurgens,conscendit Hebron,hæc est Cariath arbe.Moxq; subijcit: Noluit pergere ad Cariath sephor, id est, viculum literarum. 69 Deletisq; gigantibus.) Mõstra vitiorum intelligit.De his legimus Numerorum.xiij. cap. Populus quem aspeximus,proceræ staturæ est.Ibi vidimus monstra quædã filiorum Enak de genere giganteo:quibus comparati, quasi locustæ videbamur. Sonat עֲנָקִים Enakim Hebręis,fortes ac potentes:vt intelligas contemptum fastum nobilium. 70 Hæreditatem g.cir.)Isaac hæres & filius erat Saræ, id Hebraicè sonat gaudiũ, siue risus.Ex duris & arduis laboribus, mentis bene sibi consciæ gaudium paratur. 71 Rationabile obsequium.) Græcè est τὴν λογικὴν λατρείαν, id est, animi cultum:videlicet vt teipsum offeras hostiam, qui rationalis es victima.Id Paulus dixit ad distinctionem pecudũ brutarum,quas immolabant Iudæi. 72 Si rectè offeras.) Apparet hanc fuisse cõuersionem septuaginta,cùm Hebraica secus habeant:vt indicat diuus Hieronymus interpretans Genesis caput quartum. Nam illi sic reddiderunt. οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς,ὀρθῶς δὲ μὴ διέλκῃς,ἥμαρτες. 73 Cæcorum oculus sis.)Allusit ad locum Iob capit.xxix. Oculus fui cæco, pes claudo. 74 Sui comparatione forticulæ.)

Rationalis hostia.

Id est,si secum ipsę conferãtur,reputenturq; quales nunc sint, K & quales aliquando fuerint,videntur aliquanto fortiores seipsis. 75 Lucernas concinnant.) Id est, adaptant & componunt. 76 Propter extructo.) Hìc aduerbium est propter,nõ præpositio,vt Terentius:Interdũ propter dormiet. Propter.

77 Non inueniat.)Quoniam olim non erat illis locus in diuersorio,& idcirco reclinarunt puerũ in præsepio. 78 Fratrem Paulinianum.)Hìc indicat diuus Hieronymus, sibi fuisse fratrem nomine Paulinianum,quoniam addit communium parẽtum.Huius & alibi meminit.Habuit & sororem, quam commendat alicubi suis amicis. 79 Semirutas villulas.)Nam ipse in catalogo scriptorum illustrium,ostendit oppidũ Stridonis,in quo natus fuerat,à Gotthis subuersum fuisse.Hìc verecundè rogat,vt Pammachius suis opibus Bethlehemiticos sumptus adiuuet,& illic faciat, quod in Italia extructo Xenodochio faciebat. 80 In treis ac duas.)Allusit ad proportiones Arithmeticas.Quinque non possunt diuidi in duas æquas parteis,sed in duo & tria.Quatuor erant Paulæ filiæ,quarum Eustochium duntaxat superfuit. Mater igitur vnà cum filiabus quinarium efficiebat: tres erant defunctæ vita,duæ supererant, Paula & Eustochium: nisi fortè Pammachium vult esse quintum, vt excludas Ruffinam, quæ statim in primo vitæ exordio perijt. 81 Tu duarum medius.)Verecundè inuitat Pammachium,vt in Bethlehem commigret, & Paulæ socrui Eustochioq; sese adiunL gat. Nam Romæ non perinde commodum esse Christum sequi.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Paula Romana,primarię nobilitatis mulier,patre Rogato,matre Blesilla,nupta fuit Toxotio: cui quatuor ædidit filias,Blesillam,Paulinã,Eustochium, quæ eadem dicta est Iulia, & Ruffinam: vnum filium paterno nomine Toxotium. Marito defuncto,mundi contemptum cœpit profiteri,atque in eo proposito vixit Romæ annos quinq;. Deinde peragratis sacris Iudææ locis, peragrata Aegypto ad Alexandriam vsque, in Bethlehem consedit. Ibi quatuor instituit monasteria.Vnum virorũ,tria virginum: inter quas viginti peractis annis,feliciter obijt diem.Huius epitaphium Hieronymus scribit ad Eustochium filiam, in quo declarat quantam habuerit totius diuinæ scripturæ scientiam, & quàm paratam promptamq; memoriam.

AD EVSTOCHIVM virginem epitaphium Paulæ matris. M

SI cuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes artus humana voce resonarent, nihil dignum sanctæ ac venerabilis Paulæ virtutibus dicerem. Nobilis genere, sed multo nobilior sanctitate:potens quondã diuitijs,sed nunc Christi paupertate insignior.[1] Gracchorum stirps,soboles[2] Scipionum,[3] Pauli hęres, cuius vocabulũ trahit,[4] Martiæ Papyriæ matris Africani[5] vera & germana progenies,Romæ prętulit Bethlehem:& auro tecta fulgentia,informis luti vilitate mutauit.Non mœremus quòd talem amisimus:sed gratias agimus,quòd habuim[9],imò habemus. Deo enim viuunt omnia: & quicquid » reuertitur ad dominum,in familiæ numero computatur.Quanquã amissio illius, cœlestis domus habitatio sit: quæ quamdiu in corpore fuit,peregrinata est à domino,& voce semper flebili querebatur, dicens:Heu mihi, quia peregrinatio mea Psal.19. prolongata est,habitaui cum habitãtibus Cedar, multum

A multum peregrinata est anima mea. Nec mirũ si
planxerit se versari in tenebris (hoc enim Cedar
1.Ioan.5. interpretat) cùm mũdus in maligno posit⁹ sit: &
Psal.138. sicut tenebræ illius, ita & lumen eius, luxq; in te-
Ioan.1. nebris luceat, & tenebræ eam non comprehende-
1.Para.29 runt. Vnde & illud crebrius inferebat: Aduena
sum & peregrina sicut omnes patres mei. Et ite-
Phil.1. rum: Cupio dissolui & esse cũ Christo. Quoties
autem infirmitate corpusculi (quam incredibili
abstinentia, & duplicatis contraxerat ieiunijs) ve
1.Cor.9. xabatur, hoc in ore voluebat: Subijcio corp⁹ me-
um, & in seruitutẽ redigo: ne alijs prædicans, ipsa
Roma.14 reproba inueniar. Et: bonum est vinum nõ bibe-
Psal.34. re, & carnem non mãducare. Et: Humiliaui in ie-
Psal.40. iunio animam meam, & totum lectum meũ ver-
Psal.31. sasti in infirmitate mea, & versata sum ĩ miseria,
dum mihi configitur spina. Atque inter doloris
aculeos, quos mira patiẽtia sustinebat, quasi aper-
Psal.54. tos sibi cœlos aspiceret, loquebatur: Quis dabit
mihi pennas sicut colũbæ, & volabo & requiescã?
Testor Iesum & sanctos eius, ipsumq; proprium
B angelum, qui custos fuit & comes admirabilis fœ
minæ, me nihil in gratiam, nihil more blãdientiũ
loqui: sed quicquid dicturus sum, pro testimonio
dicere: & minus eius esse meritis, quàm totus or-
bis canit: sacerdotes mirantur, virginũ chori desi
derant, monachorum & pauperum turbæ deplan
gunt, Vis lector eius breuiter scire virtutes? Om-
nes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mi
rum, de proximis & familiola quam in vtroq; se-
xu de seruis & ancillis in fratres sororesq; muta-
uerat, ista proferre: cùm Eustochium virginem,
& deuotam Christo filiam, in cuius consolationẽ
libellus hic cuditur, procul à nobili genere, sola fi
de & gratia diuitem reliquerit. Carpamus igi-
tur narrandi ordinem. Alij altius repetãt, & à cu-
nabulis eius, ipsisq; (vt ita dicam) crepundijs ma-
trem Blesillam, & Rogatum proferãt patrẽ: quo-
rum altera Scipionum Gracchorumq; progenies
est: alter[6] per omnes ferè Græcias vsq; hodie stẽ-
matib⁹ & diuitijs, ac nobilitate Agamẽnonis fer-
tur sanguinem trahere, qui decẽnali Troiam obsi
C dione deleuit. Nos nihil laudabimus, nisi quod ꝑ-
priũ est, & de purissimo sanctæ mentis fonte pro-
ferrur. Quãquã dominus atq; saluator in Euan-
gelio doceat Apostolos, sciscitantes quid sibi red-
diturus sit, qui sua pro nomine eius dimiserunt,
Matt.19 centuplum in præsentiarum recepturos, & in fu-
turo vitam æternã. Ex quo intelligimus, non lau
dis esse possidere diuitias, sed pro Christo eas cõ-
tẽnere: nõ tumere ad honores, sed pro dei fide eos
paruipendere. Verè quod pollicitus est seruis suis
& ancillis saluator, reddidit in prẽsenti. Nam quę
vnius vrbis contempsit gloriam, totius orbis opi
nione celebratur: quam Romæ habitantem, nul-
lus extra Romam nouerat: latẽtem in Bethlehẽ,
& barbara & Romana terra miratur. Cuius enim
gentis homines ad sancta loca non veniũt? Quis
autem in sanctis locis prẽter Paulam, quod plus
inter homines miraretur, inuenit? Hęc sicut inter
multas gemmas precios issima gẽma micat, & iu-
bar solis paruos igniculos stellarum obruit & ob-
scurat: ita cunctorum virtutes & potẽtias sua hu-
Lucæ.9. militate superauit: minimaq; fuit inter omnes, vt
omniũ maior esset. Et quanto se plus deijciebat,
tanto magis à Christo sublleuabatur. Latebat, & D
non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur: quæ virtutem quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Sed qd ago, narrandi ordinem prætermittẽs? Dum in sin gulis tenear, non seruo præcepta dicendi. Tali igitur stirpe generata: iucta est viro Toxotio, qui Aeneæ & Iuliorum altissimum sanguinẽ trahit. Vnde etiam filia eius Christi virgo Eustochium Iulia nuncupatur, & ipse [7] Iulius à magno demissum nomen Iulo. Et hæc dicimus, non quòd ha bentibus grandia sint, sed quò contẽnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos, qui his pol lent priuilegijs. Nos laudamus, qui pro saluatore ista despexerint: & mirum in modum quos habẽtes paruipendimus, si habere noluerint contẽnen tes, prædicamus. His inquam orta maioribus, & fœcunditate ac pudicitia probata: primùm viro, deinde propinquis, & toti⁹ vrbis testimonio, cùm quinque liberos ædidisset, Blesillam, super cuius morte eam Romæ cõsolatus sum: Paulinam, quæ sanctum & admirabilem virum, & propositi & re E rum suarum Pammachium reliquit hæredem: ad quem super obitu eius paruulum libellum ædidimus: Eustochium, quæ nunc in sanctis locis virginitatis & Ecclesię monile precios um est: Ruffinam, quæ immaturo funere pium matris animũ consternauit: & Toxotium, post quem pârere desijt, [8] vt intelligeres eã non diu seruire voluisse officio coniugali, sed mariti desiderio, qui mares optabat, liberos ædidisse. Postquam vir mortuus est, [9] ita eum planxit, vt propè ipsa moreretur: ita se conuertit ad domini seruitutem, vt eius mortẽ videretur optasse. Quid ego referã, amplæ & nobilis domus, & quondam opulẽtissimæ, omnes pe nè diuitias in pauperes erogatas? Quid in cũctos clementissimum animum: & bonitatem etiam in eos, quos nunquam viderat euagantẽ? Quis inopum moriens, nõ illius vestimentis obuolut⁹ est? [10] Quis clinicorum non eius facultatibus sustẽtatus est? Quos curiosissimè tota vrbe perquirẽs, damnum putabat, [11] si quisquam debilis & esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis F hæreditatem, Christi misericordiam, [12] dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelli apud seculum generis, & nobilissimæ familiæ visitationes & frequentiam sustinere. Mœrebat honore suo, & ora laudantium declinare ac fugere festinabat. Cunq; Orientis & Occidentis episcopos ob quasdam Ecclesiarum dissensiones Romam [13] imperia les literæ contraxissent, vidit admirabiles viros, Christiq; pontifices, Paulinum Antiochenæ vrbis episcopum, & Epiphanium [14] Salaminæ Cypri, quæ nunc Constãtia dicitur, [15] quorum Epiphanium etiam hospitem habuit: Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium, humanitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat. Non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alicuius rei, quæ ad seculum pertinet, memor: sola (si dici potest) & incomitata, ad eremum. [16] Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat. Tandemque exacta hyeme, [17] aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas episcopis, &

ipsa

G ipſa voto cum eis ac deſiderio nauigauit. Quid vltra differo? Deſcendit ad portũ, fratre, cognatis, affinibus: & (quod his maius eſt) liberis proſequẽtibus, & clementiſſimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbaſa tendebantur, & remorũ ductu nauis in altum protrahebatur. [18] Paruus Toxotius ſupplices manus tendebat in littore. Ruffina iam nubilis, vt ſuas expectaret nuptias, tacens fletibus obſecrabat. Et tamen illa ſiccos tendebat ad cœlum oculos, pietatem in filios, pietate in deum ſuperans. Neſciebat ſe matrem, vt Chriſti probaret ancillam. Torquebãtur viſcera, & quaſi à ſuis membris diſtraheretur, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, [19] quòd magnam vinceret charitatem. Inter hoſtium manus & captiuitatis duram neceſſitatẽ nihil crudelius eſt, quàm parentes à liberis ſeparari. Hoc contra iura naturæ plena fides patiebatur, imò gaudens animus appetebat: & amorem filiorum maiore in deũ amore contemnens, in ſola Euſtochio, quæ & propoſiti & nauigationis eius comes erat, acquie-
H ſcebat. Sulcabat interim nauis mare, & cũctis qui cum ea vehebãtur littora reſpicientibus, ipſa auer ſos tenebat oculos, ne videret quos ſine tormento videre non poterat. Fateor, nulla ſic amauit filios quibus antequam proficiſceretur, cuncta largita eſt: exhæredans ſe in terra, vt hæreditatem inueniret in cœlo. Delata [20] ad inſulam Pontiam, quã clariſſimę quondam fœminarum ſub Domitiano
Flauia Domicilla. principe pro confeſſione nominis Chriſtiani, Flauiæ Domicillæ nobilitauit exilium: videnſq; cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat, ſumptis fidei alis, Hieroſolymam & ſancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti, & omnis pigra velocitas. [21] Inter Scyllã & Charybdim Adriatico ſe credens pelago, quaſi per ſtagnum [22] venit Methonen, ibiq; refocillato paululum corpuſculo: [23] Et ſale tabentes artus in littore ponens, [24] Per Maleam, [25] & Cytheram [26] ſparſasq; per æquor Cycladas, & crebris freta [27] concita terris: [28] Poſt Rhodum & Lyciam, [29] tandem vidit Cyprum: vbi ſancti & venerabilis Epiphanij pedib⁹ prouoluta, decem ab eo diebus retenta eſt: non in
I refectionẽ, vt ille arbitrabatur, ſed in opus dei, vt re comprobatum eſt. Nam omnia illius regionis luſtrans monaſteria, prout potuit, refrigeria ſumptuum fratribus dereliquit, quos amor ſancti viri de toto illuc orbe conduxerat. [30] Inde breui curſu tranſfretauit Seleuciam, [31] de qua aſcendens Antiochiam, ſancti confeſſoris Paulini [32] modicum charitate detenta, [33] media hyeme, calente ardore fidei, fœmina nobilis, quæ prius eunuchorum manibus portabatur, aſello ſedẽs profecta eſt. Omitto [34] Cœles Syriæ & Phœnices iter ([35] neque enim hodœporicon eius diſpoſui ſcribere) ea tantum loca nominabo, quæ ſacris voluminibus continẽtur. [36] Bæryto Romana colonia, & antiqua vrbe Sidone derelicta, [37] in Sareptæ littore Heliæ eſt ingreſſa turriculam: in qua adorato domino ſaluatore: per arenas Tyri, [38] in quibus genua Paulus fixit, [39] peruenit ad Coth, quæ nunc Ptolemais dicitur: & [40] per campos Mageddo, Ioſię necis cõſcios, intrauit [41] terram Philiſtijm. [42] Mirata ruinas Dor, vrbis quondam potentiſſimæ: & [43] verſa vice Stratonis turrim ab Herode rege Iudææ in honorem Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncu- K
patam, in qua [44] Corneli) domum, Chriſti vidit Eccleſiam, [45] & Philippi ædiculas, & [46] cubicula quatuor virginum prophetarum. Deinde Antipatrida ſemirutum oppidulum, quod [47] de patris nomine Herodes vocauerat: [48] & Lyddam verſam in Dioſpolim, [49] Dorcadis atque Aeneæ reſurrectione [50] ac ſanitate inclytam. Haud procul ab ea Arimathiam viculum Ioſeph, qui dominum ſepeliuit: & [51] Nobe vrbem quondam ſacerdotum, nunc tumulum occiſorum. Ioppen quoque fugientis [52] portum Ionæ: & (vt aliquid perſtringam de fabulis poëtarum) [53] religatę ad ſaxum Andromades ſpectatricem. [54] Repetitoq; itinere Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus dominus, [55] Cleophæ domum in Eccleſiam dedicauit. Atque inde proficiſcens, aſcendit [56] Bethoron inferiorem & ſuperiorem, vrbes à Solomone conditas, ſed varia poſtea bellorum tempeſtate deletas: ad dexteram aſpiciens [57] Haialon & Gabaon, vbi Ieſus filius Naue contra quinque reges dimicans, Soli imperauit & L
lunæ: & Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impetrati, in aquarios lignariosq; damnauit. In Gabaa, vrbe vſq; ad ſolum diruta, paululum ſubſtitit, recordata peccati eius, [58] & cõcubinæ in fru- Iudicũ. 19
ſta diuiſæ, & tribus Beniamin trecentos viros [59] & ſeq.
propter Paulum Apoſtolum reſeruatos. Quid diu moror? Ad leuam mauſoleo Helenę derelicto, [60] quæ Adiabenorum regina in fame populum frumento iuuerat, ingreſſa eſt Hieroſolymam [61] vrbem trinominem, Iebus, Salem, Hieruſalem, quæ [62] ab Helio poſtea Hadriano, de ruinis, & cineribus ciuitatis in Heliam ſuſcitata eſt. Cúnque proconſul Palæſtinæ, qui familiam eius optimè nouerat, præmiſſis apparitoribus iuſſiſſet parari prætorium, elegit humilem cellulam: Et cuncta loca tanto ardore ac ſtudio circumiuit, vt niſi ad reliqua feſtinaret, à primis non poſſet abduci. Proſtrataq; ante crucem, quaſi pendentem dominum cerneret, adorabat. Ingreſſa ſepulchrum, reſurrectionis oſculabatur lapidem, quem ab oſtio mo- Matt. 27.
numenti amouerat angelus. Et ipſum corporis lo & 28.
cum in quo dominus iacuerat, quaſi ſitiens deſide M
ratas aquas, fideli†ore lambebat. Quid ibi lachry †fidei.
marum, quãtum gemituũ, quid doloris effuderit, teſtis eſt cuncta Hieroſolyma: teſtis eſt ipſe dominus, quem rogabat. Vnde egrediens aſcendit [63] Sion, quę in arcem vel ſpelunca†vertitur. Hanc †ſpeculã.
vrbem quondam expugnauit & reædificauit Dauid. De expugnata ſcribitur: Væ tibi ciuitas [64] Ariel, id eſt, leo dei: & quõdam fortiſſima, quã expugnauit Dauid de ea quę ædificata eſt, dictũ eſt: Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit do- Pſal. 86.
minus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillam & cinerem diſſolutas: ſed portas, quibus non præualet infernus, & per quas credentiũ ad Chriſtum ingreditur multitudo. Oſtendebatur illi co- Deinde
lumna Eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta cru- pro facul.
ore domini ad quam vinctus dicitur & flagella- ſua paup.
tus. Monſtrabatur locus, vbi [65] ſuper centum vi- atq; cõſer-
ginti credentium animas ſpiritus ſanctus deſcen- uis pecu-
diſſet, [66] vt Iohelis vaticiniũ cõpleretur. † Deinde nia diſtri.
facultatula ſua pauperibus atq; cõſeruis diſtribu- &c.
ta, [67] per-

A ta, [67] perrexit ad Bethlehem, & in dextera parte itineris ſtetit [68] ad ſepulchrū Rachel, [69] in quo mater Beniamin, non vt vocauerat moriens, Benoni, hoc eſt, filius doloris mei: ſed vt pater prophetizauit in ſpiritu, filium dextræ procreauit. Atq; inde Bethlehem ingreſſa, & in [70] ſpecum ſaluatoris introiens: poſtquam vidit ſacrum virginis di-
Eſaiæ.1. uerſorium, & ſtabulum in quo agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: vt illud impleretur, quod [71] in eodem propheta ſcriptum eſt: Beatus qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos & aſinus calcant: me audiente iurabat, [72] cernere ſe oculis fidei infantem pannis inuolutum: vagien-
Matt.2. tem in præſepi dominum. Magos adorantes, ſtellam fulgentem deſuper, matrem virginem, nutricium ſedulū, paſtores nocte venientes, vt videret verbum quod factum erat: & iam tunc euangeli-
Ioan.1. ſtæ Ioannis principium dedicarent: In principio erat verbum, & verbum caro factū eſt. Paruulos interfectos, Herodem ſęuientem, Ioſeph & Mariā fugientes in Aegyptum, Mixtisq; gaudio lachry-
B mis, loquebatur: Salue [73] Bethlehem domus panis,
Ioan.6. in qua natus eſt ille panis, qui de cœlo deſcendit. [74] Salue Ephrata regio vberrima, [75] atq; καρποφόρε, cuius fertilitas deus eſt. De te quondam Mi-
Mich.5. chæas vaticinatus eſt: Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit princeps in Iſraël: & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Propterea dabis eos vſque ad tempus parientis. Pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſraël.
Pſal.109. In te enim natus eſt princeps, qui ante luciferum genitus eſt: cuius de patre natiuitas, omnem excedit ętatem. Et tamdiu in te Dauidici generis origo permanſit, donec virgo pareret, & reliquiæ populi credentis in Chriſtum, conuerterentur ad fi-
Acto.13. lios Iſraël, & liberè prædicarent: Vobis oportebat primùm loqui verbum dei: ſed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim deus: Non veni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et
Gene.49. eo tempore Iacob ſuper eo verba completa ſunt: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femori-
C bus eius: donec veniat, cui repoſitū eſt, & ipſe erit expectatio gentiū. Bene Dauid iurabat, bene vo-
Pſal.131. ta faciebat, dicens: Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei: ſi dedero ſomnū oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob: & ſtatim quid deſideraret expoſuit, atq; oculis prophetalibus, quem nos veniſſe iam credim⁹,
Ibidem. ille venturum eſſe cernebat. Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis ſyluæ. [76] Vau quippe ſermo Hebraicus, [77] vt te docente didici, non Mariam matrem domini, hoc eſt, ἀνθρώπου, ſed ipſum, id eſt, ἀνθρωπον ſignificat. Vnde loquitur cō fidenter: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Et ego miſera atque peccatrix, digna ſum iudicata deoſculari præſepe, in quo domin⁹ paruulus vagit? Orare in ſpelunca, in qua virgo puerpera dominū
Ibidem. fudit infantē? Hæc requies mea, quia domini mei patria eſt. Hic habitabo, quoniam ſaluator elegit eam. Paraui lucernam Chriſto meo. Anima mea illi viuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi. Haud pro- D
cul inde deſcendit ad turrim [78] Ader, id eſt, gregis: iuxta quam Iacob pauit greges ſuos, & paſtores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in ex- Lucæ.2.
celſis deo, & ſuper terram pax hominibus bonæ voluntatis. Dumq; ſeruant oues, inuenerūt agnū dei puro & mundiſſimo vellere, quod in ariditate totius terræ cœleſti rore completū * eſt: & cuius Iudic.6.
ſanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem *complu-
Aegypti, [79] litus in poſtibus fugauit. Statimq; cō tum.
cito gradu, cœpit [80] per viam veterem pergere, [81] quæ ducit Gazam, ad potentiam vel ad diuitias dei, & tacita ſecum voluere, [82] quomodo eunuch⁹ Aethiops gentium populos præfigurans, mutauerit pellem ſuam: & dum [83] vetus relegit inſtrumentum, [84] fontem reperit Euangelij. Atque inde ad dexterā tranſit. [85] A Bethſur venit [86] Eſcol, quæ in botrum vertitur. Vnde in teſtimonium terræ fertiliſſimę, & in typum eius qui dicit: Tor- Eſa.63.
cular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum: exploratores botrū miræ magnitudinis por Num.13.
tauerunt. Nec poſt longum ſpatium intrauit [87] Saræ cellulas, videns incunabula Iſaac, [88] & veſti- E
gia quercus Abraham, ſub qua vidit diem Chri- Ioan.8.
ſti, & lætatus eſt. [89] Atque inde conſurgens, aſcendit Chebron: hæc eſt [90] Cariath arbe, id eſt, oppidum virorum quatuor, Abraham, Iſaac, Iacob, & [91] Adam magni, quem ibi cōditum, iuxta librum Ieſu Naue Hebræi autumant: licèt plerique [92] Caleb quartū putent, cuius ex latere memoria monſtratur. His inſpectis, noluit pergere ad [93] Cariathſephor, id eſt, viculum literarum: quia contemnēs [94] occidentem literam, repererat ſpiritum viuificantem. Magisque mirabatur ſuperiores & inferiores aquas, quas [95] Othoniel filius Iephone, Zenez pro auſtrali terra & arida poſſeſſiōe ſuſceperat: & aquarum ductu, ſiccos prioris inſtrumenti agros faciebat irriguos: vt redemptionem veterū peccatorum, in aquis baptiſmi reperiret. Altera die, orto iam ſole, ſtetit in ſupercilio [96] Caphar Barucha, id eſt, villæ benedictionis: quem ad locum Abraham dominum proſequutus eſt. Vnde [97] latam deſpiciens ſolitudinem, [98] ac terram quondā Sodomæ & Gomorræ, Adamæ, & Seboim, con- F
templata eſt [99] balſami vineas in Engaddi, [100] & Segor vitulam conternantē, † quæ prius Bala vo † conſter-
cabatur: & in Zoaram, id eſt, paruulam, Syro ſer- nantem.
mone trāſlata eſt. Recordabatur [101] ſpeluncę Lot, & verſa in lachrymas, virgines ſocias admonebat, cauendum eſſe vinum, in quo eſt luxuria, [102] cuius opus Moabitæ ſunt & Ammonitæ. [103] Diu hæreo in meridie, vbi ſponſa cubantem reperit ſponſum, & Ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis. [104] Reuertar Hieroſolymam, [105] & per Thecuam atque Amos [106] rutilantem montis Oliueti crucem aſpiciam, [107] de quo ſaluator aſcendit ad patrem. [108] In quo per annos ſingulos vacca ruffa in holocauſtum domino cremabatur, & cuius cinis expiabat populum Iſraël: in quo, iuxta Ezechielem Cherubim [109] de templo tranſmigrantes, eccleſiam domini fundauerunt. Poſt ingreſſa [110] ſepulchrum Lazari, Mariæ & Marthæ vidit hoſpitium, & [111] Bethphage villā ſacerdotalium maxillarū: & locum in quo pullus laſciuiens gentium, dei frena ſuſcepit: apoſtolorúmque

ſtratus

G ſtratus veſtibus, mollia terga præbuit ad ſedendum.[112] Rectoq; itinere deſcendebat Hiericho,[113] recogitans illum de Euāgelio vulneratum, ac ſacerdotibus & leuitis, mentis feritate prætereuntibus, clementiam Samaritæ, id eſt, cuſtodis: qui ſeminecem ſuo iumento impoſitum, ad ſtabulum Eccleſiæ deportauit.[114] Et locū Adomim, quod interpretatur ſanguinum, quia multus in eo ſanguis crebris latronum fundebatur incurſibus.[115] Et arborem ſycomorum Zachæi, id eſt, bona pœnitentiæ opera, quibus cruenta dudum & noxia rapinis,[116] peccata calcabat: excelſumq; dominū de excelſo virtutum intuebatur. Et iuxta viam [117] cæcorum loca, qui receptis luminibus vtriuſq; populi credentis, in dominum ſacramenta prędmi ferant. Ingreſſa Hiericho, vidit vrbē quam [118] fundauit Hazel in Abiram primogenito ſuo, & cui9 portas poſuit in Segub nouiſſimo filiorum. Intuita eſt caſtra Galgalæ,[119] & aceruum præputiorū, & ſecundæ circūciſionis myſterium:[120] & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc tranſlati alueo, duodecim Apoſtolorum fundamēta firmauerāt:
H [121] & fontem quondam legis amariſſimum & ſterilem, quem verus Heliſæus ſua condiuit ſapientia, & in dulcorem vbertatēmque conuertit. Vix nox tranſierat,[122] feruētiſſimo æſtu venit ad Iordanē. Stetit in ripa fluminis, & orto ſole, ſolis iuſtitiæ recordata eſt,[123] quomodo in medio amnis alueo ſicca ſacerdotes poſuerint veſtigia: & ad Heliæ & Heliſæi imperium, ſtantibus ex vtraq; parte aquis, iter vnda præbuerit: pollutáſque diluuio aquas, & totius humani generis interfectione maculatas, ſuo dominus mundauerit baptiſmate.[124] Longum eſt ſi velim de valle Achor dicere, id eſt, tumultus atque turbarum, in qua furtum & auaricia condemnata eſt: & de [125] Bethel domo dei, in qua ſuper nudam humum, nudus & pauper dormiuit Iacob: & poſito ſubter caput lapide, qui in Zacharia ſeptem oculos habere deſcribitur: & in Eſaia lapis dicitur angularis: vidit ſcalam vſq; ad cœlum tendētem, in qua dominus deſuper innitebatur, aſcendentibus porrigens manū, & negligentes de ſublimi præcipitans.[126] Sepulchra quoque in mōte Ephraim Ieſu filij Naue, & Eleazari filij Aarō ſacerdotis, è regione venerata eſt: quorū alter conditus eſt in Tannathſare à ſeptēI trionali parte montis Gaas: alter [127] in Gabaa filij ſui Phinees: ſatisq; mirata eſt,[128] quòd diſtributor poſſeſſionum ſibi montana & aſpera delegiſſet. Quid narrem Silo, in qua [129] altare dirutum hodieq; monſtratur,[130] & raptum Sabinarū à Romulo, tribus Beniamitica [131] præcucurrit.[132] Trāſiuit Sichem, non vt plerique errantes legunt Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob intrauit Eccleſiam: ſuper quo reſidens dominus, ſitiensq; & eſuriens, Samaritanæ fide ſatiatus eſt: quæ quinque Moſaicorū voluminū viris, ſextoq;, quem ſe habere iactabat,[133] errore Doſithei dereliēto, verum Meſſiam, & verum repperit ſaluatorem. Atq; inde diuertens, vidit duodecim patriarcharum ſepulchra: & [134] Sebaſten, id eſt, Samariā: quæ in honorem Auguſti ab Herode Græco ſermone Auguſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Heliſæus & [135] Abdias prophetæ: & (quo maior inter natos mulierum non fuit) Ioannes Baptiſta. Vbi Matt.11.
multis intremuit conſternata mirabilibus: nāque K
cernebat varijs dæmones rugire cruciatib9, & ante ſepulchra ſanctorum vlulare homines more lu porum, vocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum. Alios rotare caput, & poſt tergum terram vertice tangere: ſuſpenſiſq; pede fœminis, veſtes defluere in faciem. Miſerebatur omnium, & per ſingulos effuſis lachrymis, Chriſti clementiam deprecabatur. Et ſicut erat inualida, aſcendit pedibus montem: in cuius duabus ſpeluncis, perſequutionis & famis tempore, Abdias propheta centum pro- 3.Reg.18.
phetas aluit pane & aqua. Inde cito itinere percucurrit Nazareth [136] nutriculam domini,[137] Chanaan & Capharnaum, ſignorum eius familiares.[138] Lacum Tyberiadis, nauigante domino ſanctificatum: & ſolitudinem, in qua multa populorum milia paucis ſaturata ſunt panibus, & de reliquijs veſcentium repleti ſunt cophini duodecim tribuum Iſrael.[139] Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus eſt domin9. Aſpi- L
ciebat procul mōtes Hermon & Hermonium, † & † Hermo-
[140] campos latiſſimos Galilææ, in quibus Siſara nium.
& omnis exercitus eius, Barach vincente, proſtratus eſt.[141] Torrens Ciſon, qui mediam planiciem diuidebat,[142] & oppidū iuxtà Naim, in quo viduę ſuſcitatus eſt filius, mōſtrabatur. Dies me prius q̄ ſermo deficiet, ſi voluero cuncta percurrere, quæ Paula venerabilis fide incredibili peruagata eſt.
[143] Tranſibo ad Aegyptum,[144] & in Sochoth atq; [145] apud fontem Sampſon, quē de molari maxillę dente produxit, ſubſiſtam parumper: & arentia ora colluam,[146] vt refocillatus videam [147] Moraſthim, ſepulchrum quondam Micheæ prophetæ, nūc Eccleſiā.[148] Et ex latere derelinquā [149] Chorreos, & [150] Getheos, Mareſa,[151] Idumæam, & [152] Lachis:[153] & per arenas molliſſimas pergentium veſtigia ſubtrahentes, latamq; eremi vaſtitatem, veniam [154] ad Aegypti fluuium Sior, qui interpretatur turbidus: & quinque Aegypti tranſeam ciuitates, quæ loquūtur lingua Chananitide, & terram [155] Geſſen,[156] & campos Taneos, in quibus fe M
cit deus mirabilia. Et vrbem No, quæ poſtea [157]
verſa eſt in Alexandriam:[158] & oppidum domini Nitriam, in quo puriſſimo virtutum nitro ſordes lauātur quotidie plurimorum. Quod cùm vidiſſet, occurrente ſibi ſancto & venerabili epiſcopo [159] Iſidoro confeſſore, & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos ſacerdotalis & leuiticus ſublimabat gradus: lætabatur quidem ad gloriam domini, ſed ſe indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem [160] Macarios, Arſetas, Serapionas, & reliqua columnarū Chriſti nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum pedib9 non aduoluta eſt? Per ſingulos ſanctos Chriſtum ſe videre credebat: & quicquid in illos cōtulerat, in dominum contuliſſe lætabatur. Mirus ardor, & vix in fœmina credibilis fortitudo. Oblita ſexus & fragilitatis corporeæ, inter tot milia monachorū cum puellis ſuis habitare cupiebat. Et forſitan cūctis eam ſuſcipientib9 impetraſſet, ni maius ſanctorum locorum retraxiſſet deſiderium.
Atque propter feruentiſſimos æſtus [161] de Peluſio Maioniam nauigatione perueniens, tanta velocitate

Zacha.3. Eſa.28.

A locitate reuersa est, vt auem putares. Nec multo
post in sancta Bethlehem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitiolo, donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in
Lucæ.2. qua Maria & Ioseph hospitium non inuenerant. Huc vsque iter eius descriptum sit, quod multis virginib⁹ & filia comite peragrauit. Nunc virtus† latius describatur, quæ ipsius propria est, &
†victus. †qui ipsi⁹ proprius est, & in quo exponendo. †excedat fidem. " inqua exponēda, † deo iudice ac teste, ꝓfiteor me nihil addere, nihil in maius attollere more laudātium: sed ne rerum excedam finem, †multa detrahere: & ne apud detractores &[162] genuino me semper dente rodentes fingere puter, & [163] cornicem Aesopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Christianorum virtus est, tanta se humilitate deiecit, vt qui eam nō vidisset, & pro celebritate nominis videre gestisset, ipsam esse non crederet, sed ancillularum vltimam. Et cùm frequentibus choris virginum cingeretur, & veste & voce & habitu, & incessu minima omnium erat: nunquā post
B viri mortem vsque ad diem dormitionis suæ cum vllo comedit viro, quāuis eum sanctum & in pontificali sciret culmine constitutum. Balneas, nisi periclitans, non adijt. Mollia, etiam in grauissima febre, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum, stratis ciliciolis quiescebat, si tamē illa quies dicenda est, quæ iugibus penè orationibus dies noctesq; iungebat: illud implens de psalPsal.6. terio: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meū rigabo. In qua fontes crederes lachrymarum, ita leuia peccata plangebat, vt illam grauissimorū criminum crederes ream. Cunq; à nobis crebrius moneretur, vt parceret oculis, & eos seruaret Euangelicæ lectioni, aiebat: Turpanda est facies, quam contra dei pręceptum purpurisso & cerussa & stibio sępe depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacauit delitijs. Longus risus, perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamina & serica precioſissima, aspe ritate cilicij cōmutanda. Quæ viro & seculo placui, nunc Christo placere desidero. Si inter tales
C tantasq; virtutes castitatē in illa voluero prædicare, superfluus videar: in qua etiā cùm secularis esset, omnium Romæ matronarum exemplum fuit: quæ ita se gessit, vt nunquam de illa etiam maledicorū quicquam auderet fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non appetebat potentes: nec tamē superbos & gloriolam quærentes, fastidio despiciebat. Si pauperem videbat, sustentabat: si diuitem, ad benefaciendum hortabatur. Liberalitas sola excedebat modum. Et vsuras tribuens, [164] versuram quoque sæpius faciebat, vt nulli stipem
†cur. rogātium denegaret. Fateor errorē meum: cùm† in largiendo esset profusior, arguebā: illud proferens de Apostolo: Non vt alijs sit refrigerium, vo
2.Cor.8. bis autē tribulatio: sed ex æqualitate in hoc tempore, vt vestra abundantia sit ad illorum inopiā, & illorum abundantia sit ad vestram inopiam.
Lucæ.3. Et hoc de Euangelio saluatoris: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Et prouidendū esse, ne qđ libenter faceret, semper facere nō posset: multaq; huiuscemodi, quę illa mira verecūdia, & sermone parcissimo dissoluebat: testem inuocās deum, se pro illius nomine cuncta facere: & hoc D
habere voti, vt mendicans ipsa moreretur: vt vnum nummum filiæ non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. Ad extremum inferebat: Ego si petiero, multos inueniam qui
†mendicās à quo accipiet, si à me nō acceperit, quæ ei possum etiam de alieno tribuere? Et si mortuꝰ, &c. † Christi fide & misericordia est reddita. mihi tribuant: iste † mendicans si à me non acceperit, quæ ei possum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur? Ego cautior in re familiari esse cupiebam, sed illa ardentior fide, toto saluatori animo iungebatur: & pauperem dominum, pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipso effecta. Denique consequuta est quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit, quod huc vsq; debens, non suis viribus, sed Christi se confidit misericordia redditurum. †Solēt pleræque matronarum[165] buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusę, manum à cæteris retrahere: quo illa omnino carebat vitio. Ita enim singulis suam pecuniam diuidebat, vt singulis necessarium erat: nō ad luxuriam, sed ad necessitatem.
Nemo ab ea pauperū vacuus reuersus est. Quod E
obtinebat, non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi: illud semper replicans: Beati Matt.5. misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et: Sicut aqua extinguit ignem, ita cleeEccli.3. mosyna extinguit peccatū. Et: Facite vobis amiLucæ.16. cos de iniquo mammona, qui vos recipiāt in ętterna tabernacula. Et: Date eleemosynam, & ecce oLucæ.12. mnia munda sunt vobis. Et verba Danielis, regē Nabuchodonosor monentis, vt eleemosynis redDan.4. meret peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra & seculo transituri sunt: sed in viuis lapidibus, qui voluuntur super terram, de quibus in Apocalypsi Ioannis, ciuitas Apoc.16. magni regis extruitur: quos in Saphirum & Sma21.& 22. ragdum & Iaspidem, & cæteras gemmas esse vertendos, scriptura cōmemorat. Verum hęc possunt esse communia cum paucis: & scit diabolus, nō in summo virtutum culmine posita. Vnde loquitur ad dominum, post amissam Iob substantiam, post euersam domum, post liberos interfectos, corium Iob.1. pro corio, & omnia quæ habuerit homo, dabit pro F
anima sua. Sed extende manum tuam, & tange ossa eius & carnes, nisi in faciem benedixerit tibi. Scimus plerosque dedisse eleemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse: porrexisse egentibus manum, sed carnis voluptate superatos: dealMatt.23. baſſe ea quæ foris erant, & intus plenos fuisse ossibus mortuorum. At non Paula talis: quæ tantæ continentiæ fuit, vt propè mensuram excederet, & debilitatem corporis nimijs ieiunijs ac labore contraheret. Quæ, exceptis diebus festis, vix oleū in cibo caperet: vt ex hoc vno æstimetur, quid de vino & liquamine, & piscibus, & melle, & ouis, & reliquis quæ gustui suauia sunt, iudicarit. In quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant: & si his ventrem ingurgitaueriut, tutam pudicitiam suspicantur. Semper quidem virtutes sequitur inuidia, [166] feriūtq; summos fulgura montes. Nec mirum si hoc de hominibus loquar, cùm etiā dominus noster pharisęorū zelo sit crucifixus, & omnes sancti æmulos habuerint: in paradiso quoq; serpens fuerit, cuius inuidia mors Gene.3. introiuit in orbem terrarum. Suscitauerat ei do- Sap.2.
minus

G minus.[167] Adad Idumæum, qui eā colaphizaret,
ne ſe extolleret: & quaſi quodā ſtimulo carnis ſæ-
2.Cor.12. pius admonebat, ne magnitudo virtutum altius
† magnitu reperet, † & aliarum vitijs fœminarū, ſe in excel-
dine virt. ſo crederet conſtitutā. Ego aiebam, liuori eſſe ce-
alt. ſapere. dendū, & dandum inſanię locum: quod feciſſet Ia
cob in fratre ſuo Eſau, & Dauid in pertinaciſſi-
Gene.27. mo inimicorū Saul: quorū alter in Meſopotamiā
1.Reg. 21. fugerit, alter ſe [168] Allophylis tradiderit, malēs ho
ſtibus quàm inuidis ſubiacere. At illa reſpōdebat:
Iuſtè hæc diceres, ſi diabolus contra ſeruos dei, &
ancillas, non vbiq; pugnaret, & ad omnia loca fu-
gientes non præcederet: ſi non ſanctorum locorū
amore retinerer, & Bethlehem meam in alia repe-
rire poſſem parte terrarū. Cur enim nō patientia
liuorē ſuperem? Cur non humilitate frangam ſu-
Matt.5. perbiā, & percutienti maxillam offerā alterā? Di-
Rom.12. cēte apoſtolo Paulo: Vincite in bono malū. Nónne
Acto.5. apoſtoli gloriabantur, quādo pro domino ſunt
Phil.2. paſſi cōtumeliam? Nónne ipſe ſaluator humilia-
uit ſe, formā ſerui accipiens, & factus eſt obediens
patri vſq; ad mortem, & mortē crucis, vt nos ſua
H paſſione ſaluaret? Iob niſi certaſſet, & viciſſet in
prælio, nō accepiſſet coronam iuſtitiæ, nec audiſ-
Iob.7. ſet à domino: Putas me aliter loquutū tibi, quàm
vt appareres iuſtus? Beati dicūtur in Euangelio,
Matt.5. qui perſequutionem patiūtur propter iuſtitiam.
1.Pet.4. Secura ſcit conſcientia, quòd non propter pecca-
ta patiamur: & afflictio in ſeculo, materia præ-
miorum eſt. Si quando procacior fuiſſet inimicꝰ,
& vſq; ad verborum iurgia proſiliſſet, illud pſal-
Pſal.38. terij decantabat: Cùm conſiſteret aduerſum me
Pſal.37. peccator, obmutui & ſilui à bonis. Et rurſus: Ego
autem quaſi ſurdus nō audiebam, & quaſi mutus
non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo
non audiens, & non habens in ore ſuo increpati-
ones. In tentationibus, Deuteronomij verba vol-
Deut.13. uebat: Tentat vos dominus deus veſter, vt ſciat
ſi diligatis dominum deum veſtrum de toto cor-
de veſtro, & de tota anima veſtra. In tribulatio-
Eſaiæ.28. nibus & anguſtijs, Eſaiæ replicabat eloquia: Qui
ablactati eſtis à lacte, qui abſtracti ab vbere, tribu-
I lationem ſuper tribulationem expectate, ſpem ſu-
per ſpem, adhuc puſillū propter malitiā labiorū,
propter linguā malignā. Et ſcripturæ teſtimoniū
in conſolationem ſuam ediſſerebat: Ablactatorū
eſſe, eorum ſcilicet, qui ad virilem ætatem perue-
niſſent, tribulationem ſuper tribulationem ſuſti-
nere, vt ſpem ſuper ſpem mereantur accipere. Sci-
Rom.5. entes quoniam tribulatio patiētiam operatur, pa-
tientia autem probationem, probatio vero ſpem,
2. Cor.4. ſpes autem non confundit. Et, quòd ſi is qui foris
eſt homo noſter corrumpatur, ille qui intꝰ eſt in-
nouetur: & in præſentiarum leue & momentaneū
tribulationis veſtræ, æternæ gloriæ pondus ope-
ratur in vobis: non aſpicientibus quæ videntur,
Ibidem. ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, tem-
poralia ſunt: quæ autem non videntur, æterna.
Nec longum fore tempus, etiam ſi humanæ impa
tientiæ tardum videatur, quin dei ſtatim videa-
Eſaig.49. tur auxilium, dicentis: Tempore opportuno ex-
audiui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi.
Nec doloſa labia & linguas iniquorum eſſe me-
tuendas, cùm domino adiutore lætemur, & ip-
ſum debeamus audire per prophetam monētem:
Nolite timere opprobria hominum, & blaſphe- Matt.10.
mias eorum ne metueritis. Sicut enim veſtimen- K
tum, ſic comedit eos vermis: & ſicut lanam, ſic Eſaiæ.51.
deuorauit eos tinea. Et: Per patientiam veſtram Lucæ.21.
poſſidebitis animas veſtras. Et: Non ſunt condi- Rom.8.
gnæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā,
quæ reuelabitur in nobis. Et alibi: Tribulationē Epheſ.3.
ſuper tribulationem ſuſtinere, vt patienter aga-
mus in omnibus quæ accidunt nobis. [169] Patiens
enim vir multum prudēs. Qui autem puſillanimis
eſt, vehementer inſipiens. In languoribus &
crebra infirmitate dicebat: Quādo infirma ſum, 2.Cor.12.
tunc fortis ſum. Et: Habemus theſaurum iſtum 2. Cor.4.
in vaſis fictilibus, donec mortale hoc induat im-
mortalitatem, & corruptiuum hoc veſtiatur in- 1.Cor.15.
corruptione. Et iterum: Sicut ſuperabundāt paſ- 2.Cor.1.
ſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abun
dauit & conſolatio. Ac deinde: Vt ſocij paſſionū Ibidem.
eſtis, ſic eritis & conſolationis. In mœrore canta-
bat: Quare triſtis es anima mea, & quare con- Pſal.41.
turbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confite-
bor illi, ſalutare vultus mei, & deus meus. In pe- L
riculis loquebatur: Qui vult venire poſt me, ab- Lucæ.9.
neget ſemetipſum, & tollat crucē ſuam, & ſequa-
tur me. Et iterum: Qui vult animam ſuam ſal- Ibidem.
uam facere, perdet eam. Et: Qui perdiderit ani- Matt.16.
mam ſuam propter me, ſaluam eam faciet. Quā-
do diſpendia rei familiaris & euerſio totius patri-
monij nunciabatur, aiebat: Quid enim prodeſt Ibidem.
homini ſi totum mundum lucrifecerit, & animæ
ſuæ damnum habuerit? aut quam dabit homo cō
mutationem pro anima ſua? Et: Nudus exiui de Iob.1.
vtero matris meæ, nudus & redeam. Sicut domi-
no placuit, ita factum eſt. Sit nomen domini be-
nedictum. Et illud: Nolite diligere mundum, neq; 1.Ioan.2.
ea quæ ſunt in mundo. Quoniam omne quod in
mundo eſt, deſideriū carnis eſt, & concupiſcentia
oculorum, & ſuperbia vitę huius: quę nō eſt ex pa
tre, ſed ex mundo. Et mundus tranſit, & concupi- Ibidem.
ſcentia eius. Scio enim ſcriptas infirmitates gra-
uiſſimas liberorū, & maximè [170] Toxotij ſui, quē
diligebat plurimū. Cumq; illud virtute cōpleſſet, M
turbata ſum, & non ſum loquuta, in hæc verba p- Pſal.76.
rupit: Qui amat filium aut filiam plꝰ quàm me, Matt.10.
non eſt me dignus. Et orans ad dominum, loque-
batur: Poſſide domine filios mortificatorum, qui Pſal.78.
pro te quotidie mortificant corpora ſua. Noui
ſuſurronem quēdā (quod genus hominū vel per-
nicioſiſſimum eſt) quaſi beneuolum nunciaſſe,
quod pro nimio feruore virtutum quibuſdam vi-
deretur inſana, & cerebrum illius dicerent confo-
uendum. Cui illa reſpondit: Theatrū facti ſumus 1.Cor.4.
mundo, & angelis & hominibus. Et: Nos ſtulti Ibidem.
propter Chriſtum, ſed ſtultum dei ſapientius eſt
hominibus. Vnde & ſaluator loquitur ad pa-
trem: Tu ſcis inſipientiam meam. Et iterum: Pſal.68.
Tanquam prodigium factus ſum multis, & tu ad- Pſal.70.
iutor fortis: vt iumentum factus ſum apud te, &
ego ſemper tecum. Quem in Euangelio & pro- Ioan.10.
pinqui quaſi mentis impotem ligare cupiebant,
& aduerſarij ſuggillabant, dicentes: Dæmoni- Ioan.7.
um habet, & Samaritanus eſt. Et: In Beelzebub &.8.
principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Sed nos Matt.12.
audiamus Apoſtolum cohortantem: Hæc eſt 2.Cor.1.
gloria noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ:
quoniam

A quoniam in ſanctitate & ſynceritate, & in gratia dei conuerſati ſumus in mundo. Et dominum di
Ioan.15. centē ad Apoſtolos: Ideo mundus odit vos, quoniam non eſtis de mundo. Si enim eſſetis de mundo, amaret vtique mundus quod ſuum erat. Et ad
Pſal.34. ipſum dominum verba vertebat: Tu noſti cordis abſcondita, & hæc omnia venerunt ſuper nos, nec ſumus obliti tui, nec iniquè egimus in teſtamento tuo, nec auerſum eſt retrorſum cor noſtrū. Et:
Roma.8. Propter te mortificati ſumus tota die: reputati ſu
Pſal.117. mus vt oues occiſionis. Sed dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili honora dominum, & confortaberis, & extra dominum nullum timueris. His & talibus teſtimonijs, quaſi armatura dei, & aduerſꝰ omnia quidē vitia, ſed præcipuè inſtruebat ſe contra inuidiam ſæuientem: & patiendo iniurias, furorem rabidi pectoris mitigabat. Denique vſque ad diē mortis, & huius patictia, & aliorum zelus omnibus patuit: qui ſuum rodit autorem, & dum æmulum lædere nititur, in ſemetipſum proprio furore bacchatur. Dicam & de ordine monaſterij, quo-
B modo ſanctorum continentiam in ſuum verterit lucrum. Seminabat carnalia, vt meteret ſpiritualia: dabat terrena, vt cœleſtia tolleret: breuia concedebat, vt pro his æterna mutaret. Poſt virorū monaſterium, quod viris tradiderat gubernandū, plures virgines quas è diuerſis prouincijs congregarat, tam nobiles, quàm medij & infimi generis, in tres turmas monaſteriaq; diuiſit: ita dūtaxat, vt in opere & in cibo ſeparatæ, pſalmodijs & orationibus iungerentur. Poſt alleluia cantatū (quo ſigno vocabantur ad collectam) nulli reſidere licitum erat. Sed prima ſeu inter primas veniens, cęterarum operiebatur aduentum, pudore & exemplo ad laborem eas prouocans, nō terrore. Manè hora tertia, ſexta, nona, veſpere, noctis medio, per ordinem pſalterium cantabant. Nec licebat cuiq; ſororū ignorare pſalmos, & non de ſcripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. Die tantum dominico ad Eccleſiam procedebant, ex cuius habitabāt latere. Et vnumquodque agmen matrem propriā
C ſequebatur: atque indè pariter reuertentes, inſtabant operi diſtributo, & vel ſibi, vel cæteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non permittebatur de domo ſua habere comitem, ne veterū actuum memor, & laſciuientis infantię errorē refricaret antiquum, & crebra confabulatione renouaret. Vnus omnium habitus. Linteamine ad tergendas ſolum manus vtebantur. A viris tāta ſeparatio, vt à ſpadonibus quoque eas ſeiūgeret, ne vllam daret occaſionē linguæ maledicæ, quæ ſanctos carpere ſolita eſt in ſolatium delinquendi. Si qua vel tardior veniebat ad pſalmos, vel erat in opere pigrior, varijs eam modis aggrediebatur. Si erat iracunda, blanditijs: ſi patiens, correptione: il
1.Cor.4. lud Apoſtoli imitans: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis? Excepto victu & veſtitu, nullā habere qcq̄
1.Timo.6. patiebatur, dicente Paulo: Habentes victū & veſtitum, his contenti ſumus: ne conſuetudine plus habendi præberet locum auariciæ, quæ nullis expletur opibus: & quāto amplius habuerit, plus requirit: & neque copia, neque inopia minuitur. Iurgantes inter ſe, ſermone leniſſimo fœderabat. La-
ſciuientem adoleſcentularum carnem crebris & D duplicatis frangebat ieiunijs, malens eis ſtomachum dolere, quàm mentem. Si vidiſſet aliquam comptiorem, contractione frontis, & vultus triſtitia arguebat errantem, dicens: Mundiciam corporis atque veſtitus, animæ eſſe immundiciam. Et turpe verbum atque laſciuum, nunquam de ore virgineo proferendum: quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur: & per exteriorem hominem, interioris hominis vitia demonſtrantur. Quam linguoſam, garrulā, ac procacem, rixisq; perſpexerat delectari: & ſæpius commonitam nolle conuerti, inter vltimas & extra cōuentum ſororum, ad fores triclinij orare faciebat, & ſeparatim cibū capere: vt quam obiurgatio non correxerat, emēdaret pudor. Furtum quaſi ſacrilegium deteſtabatur. Et quod inter ſeculi homines, vel leue putat, vel nihil: hoc in monaſterijs grauiſſimū dicebat eſſe delictum. Quid memorem clementiam & ſedulitatem in ægrotantes, quas miris obſequijs, & miniſterijs confouebat? Cūq; alijs languentibus, largè præberet omnia, & eſum quoque exhiberet
E carnium: ſi quando ipſa ægrotaſſet, ſibi nō indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quòd in alijs clementiam, in ſe duritiam commutabat. Nulla iuuenum puellarum ſano & vegeto corpore, tantæ ſe dederat continentiæ, quantæ ipſa fracto & ſenili debilitatoque corpuſculo. Fateor, in hac re pertinacior fuit, vt ſibi nō parceret, & nulli cederet admonenti. Referam quod expertus ſum. Menſe Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris, & poſt deſperationē cùm dei miſericordia reſpiraſſet, & medici perſuaderent ob refectionem corporis vino opus eſſe tenui & parco, ne aquam bibens in hydropem verteretur, & ego clam beatum papam Epiphanium rogarem, vt eam moneret, imò compelleret vinum bibere: illa vt erat prudens & ſolertis ingenij, ſtatim ſenſit inſidias: & ſubridens, meū eſſe quod ille diceret, intimauit. Quid plura? Cùm beatus pontifex poſt multa hortamenta exiſſet foras, quærēti mihi quid egiſſet, reſpondit: Tantum profeci, vt ſeni homini penè perſuaſerit, ne vinum bibam. F
Hæc refero, non quòd inconſideranter, & vltra vires ſumpta onera probem: monēte ſcriptura: Super te onus ne leuaueris: ſed quòd mentis eius ardorem, & deſiderium fidelis animę, ex hac quoque probare velim perſeuerantia, decantantis: Si- Pſal.62.
tiuit anima mea in te, quàm multipliciter tibi caro mea. Difficile eſt modum tenere in omnibus. Et verè iuxta philoſophorum ſententiam,
μεσότης ἡ ἀρετὴ, κακία ὑπερβολὴ πέλεται, id eſt, mo- »
dus virtus eſt, vitium nimietas reputatur. Quod nos vna & breui ſententiola exprimere poſſumus: Ne quid nimis. Quæ in contemptu ci- »
borum tantam habebat pertinaciam: in luctu mitis erat, & ſuorum mortibus frangebatur, maximè liberorum. Nam & in viri & filiarum dormitione, ſemper periclitata eſt. Et cùm os ſtomachúmque ſignaret, [171] & matris dolorem, crucis niteretur impreſſione lenire: ſuperabatur affectu, & credulam mentem, parentis viſcera conſternabant: animóque vincens, fragilitate corporis vincebatur. Quam ſemel languor arripiens, longo tempore poſſidebat, vt & nobis inquietudinem,

G tudinem,& ſibi diſcrimina offerret. In quo illa lę-
Roma. 7. tabatur, per momenta commemorans: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector, pro laudibus me vituperationem ſcribere. Teſtor Ieſum, cui illa ſeruiuit, & ego ſeruire cupio, me vtrancꝫ in partem nihil fingere, ſed quaſi Chriſtianū de Chriſtiana, quæ ſunt vera, proferre, id eſt, hiſtoriam ſcribere, non panegyricum: & illius vitia, aliorum eſſe virtutes. Vitia loquor, ſecundum animum meum, & omnium ſororum ac fratrum deſiderium, qui illam diligi-
2. Tim. 4. mus, & abſentem quærimus. Cæterum illa impleuit curſum ſuū, fidemꝫ ſeruauit, & nunc fruitur corona iuſticiæ: ſequiturꝫ agnum quocunque
Apoc. 14. vadit. Saturatur quia eſuriuit, & læta decantat:
Pſal. 47. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei noſtri. O beata rerū
Hiere. 2. commutatio, fleuit, vt ſemper rideret: Deſpexit lacus contritos, vt fontem dominum repetiret. Veſtita cilicio eſt, vt nunc albis veſtimentis vteretur, & diceret: Scidiſti ſaccum meū, & induiſti me
Pſal. 29. Pſal. 101. lætitia. Cinerem ſicut panem manducabat, & po-
Pſal. 41. tionem ſuam cum fletu miſcebat, dicens: Fuerunt
H mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, vt in æternum pane angelorum veſceretur, & caneret:
Pſal. 33. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus.
Pſal. 44. Et, Eructauit cor meum verbū bonum, dico ego opera mea regi. Et Eſaię, imò domini per Eſaiam
Eſaiæ. 65. in ſe cerneret verba compleri. Ecce qui ſeruiunt mihi manducabunt, vos autem eſurietis. Ecce qui ſeruiunt mihi bibent, vos autem ſitietis. Ecce qui ſeruiunt mihi lætabuntur, vos autem confundemini. Ecce qui ſeruiunt mihi exultabunt, vos autem clamabitis ob dolorem cordis, & propter contritionem ſpiritus vlulabitis. Dixeram lacus eam ſemper fugiſſe contritos, vt fontem dominū
Pſal. 41. reperiret, vt poſſet læta cantare: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Quando veniam & apparebo ante faciem dei? Tangam ergo breuiter quomodo hæreticorum cœnoſos deuitauerit lacus, & eos inſtar habuerit ethnicorū. Quidam veterator callidus, atque, vt ſibi videbatur, doctus & ſciolus me neſciente cœpit ei proponere quæſtiones, & dicere:
I Quid peccauit infans, vt à dæmone corripiatur? In qua ætate reſurrecturi ſumus? Si in ipſa qua morimur: ergo nutricibus poſt reſurrectionem opus erit. Sin aliter, nequaquam erit reſurrectio mortuorū, ſed tranſformatio in alios. Diuerſitas quoqꝫ ſexus maris ac fœminę erit, aut non erit? Si erit, ſequētur & nuptię, & cōcubitus, ſed & generatio. Si nō erit, ſublata diuerſitate ſexus, eadē cor-
Sap. 9. pora non reſurgent: aggrauat enim terrena inhabitatio ſenſum multa cogitātem, ſed tenuia erunt
1. Cor. 15. & ſpiritualia, dicēte Apoſtolo: Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale. Ex quib⁹ omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam vitia, & antiqua peccata in corpora eſſe delapſas: & pro diuerſitate & meritis peccatorum tali vel tali conditione generari, vt vel corporum ſanitate gauderent, & parentum diuitijs ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domos inopum venientes, pœnas priſtinorum luerēt delictorum, & præſenti ſeculo atque corporibus, quaſi carcere clauderentur. Quod cùm audiſſet, & ad me retuliſſet, indicans hominem, mihiꝫ incubuiſſet ne- K
ceſſitas nequiſſimæ viperæ ac mortiferæ beſtiæ reſiſtendi, de quibus pſalmiſta commemorat, dicens: Ne tradas beſtijs animas confitentium tibi: Pſal. 73.
Et, increpa domine beſtias calami, qui ſcribentes Pſal. 67.
iniquitatem, loquuntur contra dominum mendacium, & eleuant in excelſum os ſuum: [72] conueni hominem, & orationibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione concluſi: Vtrum crederet futuram reſurrectionē mortuorum, an non? Qui cùm ſe credere reſpondiſſet, intuli: Eadem reſurgēt corpora, an altera? Cùm dixiſſet, eadem: ſciſcitatus ſum, In eodem ſexu, an in altero? Ad interrogata reticenti, & inſtar colubri huc atque illuc tranſferenti caput, ne feriretur: quia inquam taces, ego mihi pro te reſpondebo, & conſequentia inferam: Si non reſurget mulier, vt mulier, neque maſculus, vt maſculus: non erit reſurrectio mortuorum, quia ſexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. Si autē ſexus & membra non fuerint, vbi erit reſurrectio corporū, quæ ſine ſexu nō conſtant & membris? Porro ſi corporum nō fuerit reſurrectio, nequaquam erit reſurrectio mortuorum. Sed & illud quod de nuptijs L
obijcis: Si eadē mēbra fuerint, ſequi nuptias à ſaluatore diſſoluit dicēte, Erratis neſciētes ſcriptu- Mar. 12. &
ras, neqꝫ virtutem dei: in reſurrectione enim mor- Lucæ. 20.
tuorum, nō nubent, neque nubentur, ſed erunt ſimiles angelorum. Vbi dicitur, non nubent, neque nubentur, ſexuum diuerſitas demonſtratur. Nemo enim de lapide & ligno dicit, non nubent neqꝫ nubentur, quæ naturam nubendi non habent: ſed de his qui poſſint nubere, & gratia Chriſti ac virtute non nubant. Quod ſi oppoſueris, quomodo ergo erimus ſimiles angelorum: cùm inter angelos, non ſit maſculus & fœmina? Breuiter auſculta: Nō ſubſtantiam nobis angelorum, ſed conuerſationem, & beatitudinem dominus repromittit. Quomodo & Ioannes Baptiſta antequam decollaretur, angelus appellatus eſt, & omnes ſancti ac Marc. 1.
virgines dei, etiam in iſto ſeculo vitam in ſe exprimunt angelorum. Quando enim dicitur: Eritis ſimiles angelorum, ſimilitudo promittitur, nō natura mutatur. Simulꝫ reſpōde: quomodo illud interpreteris, quòd Thomas domini reſurgentis Ioan. 20.
tetigerit manus, & viderit lancea latus eius perfo M
ratum? Et Petrus in littore ſtantem viderit dō- Lucæ. 24.
minum, & partem aſſi piſcis, ac fauum mellis cōmedentem? Qui ſtabat, profectò habebat pedes. Qui monſtrauit latus vulneratum, vtique & ventrem, & pectus habuit, ſine quibus non ſunt latera ventri & pectori cohærētia. Qui loquutus eſt, lingua & palato ac dentibus loquebatur. Sicut ēnim plectrū chordis, ita lingua illiditur dētibus, & vocalem reddit ſonum. Cuius palpatę ſunt manus, conſequenter & brachia habuit. Cùm igitur omnia membra habuiſſe dicatur neceſſe eſt, vt totum corpus habuerit, quod conficit ex membris: non vtique fœmineum, ſed virile, id eſt, eiuſdem ſexus, in quo mortuus eſt. Quòd ſi obtenderis, ergo & nos poſt reſurrectionē comedemus? Et quomodo clauſis ingreſſus eſt ianuis, contra naturam Ioan. 20.
pinguium, & ſolidorum corporum? Audies: Noli propter cibum reſurrectionis fidem in calumniā trahere. Nam & archiſynagogi filiæ reſuſcitatæ Marc. 5.
iuſſit

Marc.5. Ioan.12. iussit cibum dari. Et Lazarus quatriduanus mortuus, cum ipso scribitur misse conuiuium, ne resurrectio eorum phantasma putaretur. Sin autem clausis ingressus est ianuis, & idcirco spirituale & aëreum corpus niteris approbare, ergo & antequam pateretur, quia cõtra naturam grauiorum corporum super mare ambulauit, spirituale corpus habuit: Et Apostolus Petrus, qui & ipse super aquas pẽdulo incessit gradu, spirituale corpus habuisse credendus est, cùm potentia magis & virtus ostendatur dei, quando fit aliquid contra naturam. Et vt scias in signorum magnitudine, non naturæ mutationem, sed dei omnipotentiam demonstrari: Qui ambulabat fide, cœpit infidelitate mergi, nisi eum manus domini subleuasset, dicentis: Modicæ fidei: quare dubitasti? Miror autem te obdurare frontem loquente domino: Infer digitum tuum huc, & tange manus meas: & porrige manum tuã, & mitte in latus meũ, & noli esse incredulus, sed fidelis. Et alibi: Videte manus meas, & pedes meos quia ipse ego sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Ossa audis & carnem, & pedes, & man9: & globos mihi Stoicorum, atq; aëria quædam deliramenta confingis. Porrò si quæris: cur infans à dæmone corripiatur, qui peccata non habuit: aut in qua ætate resurrecturi simus: cùm diuersa ętate moriamur: ingratis suscipies iudicia dei abyssus multa. Et: ò altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Aetatum autem diuersitas non mutat corporum veritatem. Cum enim corpora quotidie nostra fluant, & aut crescant, aut decrescant: ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur? aut alius fui cùm decem annorum essem, alius cùm triginta, alius cùm quinquaginta, alius cùm iam toto cano capite sum? Igitur iuxta Ecclesiarũ traditiones: & Apostolum Paulum, illud est respondẽdum: quod in virum perfectum, & in mensurã ætatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus, in qua & Adam Iudęi conditũ autumant: Et dominũ saluatorem legimus surrexisse, & multa alia quæ de vtroque testamento, in suffocationem hęretici protuli. Ex quo die ita cœpit hominem detestari, & omnes qui eiusdem dogmatis erant, vt eos voce publica, hostes domini proclamaret. Et hæc dixi, non vt breuiter hæresim confutarem, cui multis voluminibus respondendum est: sed vt fidem tantæ fœminæ ostenderem, quæ maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quàm dei offensam, amicitijs noxijs prouocare. Dicam ergo vt cœperam, nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat ad loquendum, velox ad audiendum: memor illius præcepti: Audi Israël, & tace. Scripturas sanctas tenebat memoriter. Et cùm amaret historiã, & hoc veritatis diceret fundamentum: magis tamẽ sequebatur intelligẽtiam spiritualem: & hoc culmine, ædificationem animę protegebat. Denique compulit me: vt vetus & nouum instrumentum, cum filia, me differente, perlegeret. Quod propter verecundiam negans, propter assiduitatem tamen & crebras postulationes

Ibidem. Ioan.20. Lucæ.24. Ibidem. Psal.35. Rom.11. Ephes. 4. Iacob.1. Exod.14.

eius præstiti, vt docerem quod didiceram: non à meipso, id est, à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ viris. Sicubi hæsitabam, & nescire me ingenuè cõfitebar, nequaquam mihi voluit acquiescere, sed iugi interrogatione cogebat vt è multis varijsq; sentẽtijs, quę mihi videretur probabilior, indicarem. Loquar & aliud, quod forsitan æmulis videatur incredibile. Hebræam linguam, quam ego ab adolescentia multo labore ac sudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea deserar, discere voluit: & consequuta est: ita vt psalmos Hebraicè caneret, & sermonem absque vlla Latinæ linguæ proprietate personaret. Quod quidẽ vsq; hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus, quę ita semper adhæsit matri, & eius obediuit imperijs, vt nunquam absq; ea cubaret, nunquam procederet, nunquam cibum caperet, ne vnum quidẽ nummum haberet potestatis suę, sed & paternam & maternam substãtiolam, à matre distribui pauperibus lætaretur, & pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crederet. Non debeo silentio prętĕrire, quanto exultauerit gaudio, quòd Paulã neptẽ suam ex Lęta & Toxotio genitam, imò voto & futurę virginitatis repromissione cõceptam: audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare: auiæq; & amitæ nomina, dimidiatis verbis frangere. In hoc solo patriæ desiderium habuit: vt filium nurum neptem, renunciasse seculo, & Christo seruire cognosceret. Quod & impetrauit ex parte. Nam neptis [173] Christi flammeo† reseruatur. Nurus æternę se tradens pudicitiæ, socrus opera, fide, & eleemosynis sequitur, & Romæ conatur exprimere, quod Hierosolymis illa cõplcuit. Quid agimus anima? Cur ad mortem eius venire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur, dum timemus ad vltima peruenire, quasi tacentibus nobis, & in laudibus illius occupatis, differri possit occubitus. Hucusq; prosperis nauigauimus ventis, & crispãtia maris æquora labens carina sulcauit. Nunc in scopulos incurrit oratio, & tumentibus fluctuũ motibus, [174] præsens vtrique nostrum intentatur naufragium, ita vt cogamur dicere: Prĕceptor saluos nos fac, perimus. Et illud: Exurge, vt quid obdormis domine? Quis enim possit siccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauissimam valetudinem, imò quod optabat inuenit, vt nos desereret, & plenius domino iungeretur. In quo languore, Eustochij filiæ probata semper in matre pietas, magis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, puluillum supponere, fricare pedes, manu stomachum† cõfouere, mollia strata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarũ prævenire officia, & quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu, inter iacentem matrem & specum domini discurrit, ne priuaretur tanto cõtubernio, ne illa absente viueret: vt eodẽ feretro portaretur? Sed ò mortalium fragilis, & caduca natura, & nisi Christi fides nos extollat ad cœlum, & æternitas animæ promittatur, cum bestijs ac iumentis, corporum vna cõditio est. Idem occubitus [175] iusto & impio,

†flamini. Marc.4. & Luc.8. Psal.43. †man9 stomachumq;

G bono & malo,mundo ac immundo,ſacrificanti & nõ ſacrificanti. Sicut bonus,ita & qui peccat. Sicut qui iurat,ita & is qui iuramentum metuit. Similiter & homines & iumẽta,in fauillam & cinerem diſſoluũtur. Quid diu immoror, & dolorem meum differendo facio longiorem? Sentiebat prudentiſſima fœminarum adeſſe mortem, & frigente alia parte corporis atque membrorũ, ſolũ animæ teporem,in ſacro pectore palpitare,& nihilominus quaſi ad ſuos pergeret,alienosq; deſereret, illos verſiculos ſuſurrabat: Domine dilexi decorẽ domus tuæ,& locum habitationis gloriæ tuę. Et, quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum, cõcupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Et,elegi abiecta eſſe in domo dei mei,magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Cumq; à me interrogaretur,cur taceret,cur nollet reſpondere, an doleret aliquid. Græco ſermone reſpõdit,nihil ſe habere moleſtiæ,ſed omnia quieta & tranquilla perſpicere. Poſt hæc obmutuit,& clauſis oculis quaſi iam mortalia deſpiceret,vſq; ad expiationem animę,eoſdem repetebat verſiculos: vt quod
H dicebat,vix audire poſſem⁹. Digitumq; ad os tenens,crucis ſignum pingebat in labijs. Defecerat ſpiritus,& anhelabat in mortem. Animaq; erumpere geſtiẽs,ipſum ſtridorem,quo mortalium vita finitur,in laudes domini conuertebat. Aderãt Hieroſolymarum & aliarum vrbium epiſcopi, & ſacerdotum inferiores gradus ac leuitarum innumerabilis multitudo. Omne monaſterium,virginum, & monachorum chori repleuerãt. Statimq; vt audiuit ſponſum vocantem: Surge,veni proxima mea,ſpecioſa mea,columba mea: Quoniam ecce hyems trãſijt & receſſit,pluuia abijt ſibi: Læta reſpondit: Flores viſi ſunt in terra, tempus ſectionis aduenit. Et,credo videre bona domini in terra viuentium. Ex hinc non vlulatus,non planctus: vt inter ſeculi homines fieri ſolet,ſed pſalmorũ linguis diuerſis examina concrepabant. Trãſlataq; epiſcoporum manibus,& ceruicem feretro ſubijcientibus, cùm alij pontifices lampadas cæreosq; pręferrent,alij choros pſallentiũ ducerent, in media Eccleſia ſpeluncæ ſaluatoris eſt poſita.
I Tota ad funus eius,Paleſtinarum vrbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in eremo cellula ſua tenuit? Quam virginum cubiculorum ſecreta texerunt? Sacrilegium putabat,qui non tali fœminæ vltimum reddidiſſet officium.
Viduæ & pauperes in exemplũ Dorcadis, veſtes ab ea præbitas oſtẽdebant. Omnis inopum multitudo matrem,& nutritiam ſe perdidiſſe clamabat. Quodq; mirũ ſit,nihil pallor mutauerat faciem,ſed ita dignitas quædam & grauitas ora cõpleuerat,vt eam putares non mortuam, ſed dormientem. Hebræo,Græco,Latino,Syroq; ſermone pſalmi in ordine perſonabant: non ſolum triduò,donec ſubter Eccleſiam,& iuxta ſpecum domini conderetur: ſed per omnem hebdomadã,cũctis qui venerant,ſuum funus,& proprias credentibus lachrymas. Venerabilis virgo filia eius Euſtochium,quaſi ablactata ſuper matrẽ ſuam, abſtrahi à parente nõ poterat: deoſculari oculos,hęrere vultui,totũ corpus amplexari,& ſe cum matre velle ſepeliri. Teſtis eſt Ieſus,ne vnum quidem nummum ab ea filiæ derelictum: ſed vt antè iam dixi: derelictum magnum æs alienũ: &, quod K
his difficilius eſt, fratrum & ſororum immenſam multitudinem,quos ſuſtentare arduum, & abijcere impium eſt. Quid hac virtute mirabilius, fœminam nobiliſſimæ familiæ,magnis quondam opibus, tanta fide omnia dilargitam, vt ad egeſtatem penè vltimam peruenirẽt? Iactent alij pecunias, & in corbonam dei æra congeſta, funalibúsque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus,quàm quę ſibi nihil reſeruauit. Nunc illa diuitijs fruitur,& his bonis,quæ nec oculꝰ vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderunt. Noſtram vicem dolemus, & inuidere potius glorię eius videbimur,ſi voluerimus diutius flere regnantẽ. Secura eſto Euſtochium, magna hæreditate ditata es. Pars tua dominus, & quò magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata eſt. Non ſolum enim effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed deuotæ quoq; mentis ſeruitus immaculata quotidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis & violis plectitur, iſta de lilijs. Vnde L
& in Cantico ſcribitur canticorũ: Fratruelis meꝰ candidus & rubicundus: & in pace,& in bello, eadem præmia vincentibus tribuens. Mater inquã tua audiuit cum Abrahã: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam oſtẽdam tibi. Et per Hieremiam dominum præcipentem: Fugite de medio Babylonis,& ſaluate animas veſtras. Et vſq; ad diẽ mortis ſuæ,non eſt reuerſa in Chaldæam: nec ollas Aegypti,& virulentias carnium deſiderauit, ſed choris comitata virgineis, ciuis eſt ſaluatoris effecta: & de paruula Bethlehem,cœleſtia regna conſcendens, dicit ad [176] verã Noëmi: Populus tuus,populus meus: & deus tuꝰ, deus meus. [177]Hũc tibi librũ[178] ad duas lucubratiunculas, eodẽ quem tu ſuſtines dolore, dictaui. Nam quotienſcunq; ſtilũ figere volui, & opus exarare promiſſum: totiens obriguerũt digiti, cecidit manus, ſenſus elanguit. Vnde & inculta oratio, votũ ſcribentis abſq; vlla elegantia & verborum lepõre teſtatur. Vale ò Paula, & cultoris tui vltimã ſenectutẽ,oratiõibus iuua. Fides & opera† tua Chriſto te ſociant, præſens facilius quod poſtulas impetrabis. [179] Exegi monumentum tuum M
[180] ære perennius, quod nulla deſtruere poſſit vetuſtas. Incîdi elogiũ ſepulchro tuo, quod huic volumini ſubdidi,vt quocunque noſter ſermo perue nerit, te laudatam, te in Bethlehem conditam lector agnoſcat.

Sequitur titulus ſepulchri.

Scipio quam genuit,Paulæ fudêre parentes:
Gracchorũ ſoboles,[181] Agamemnonis iclyta ples:
Hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores:
Euſtochij genitrix: Romani prima ſenatus,
Pauperiẽ Chriſti & Bethlehemitica rura ſequuta.

In fronte † ſpeluncæ.

Aſpicis anguſtum,præciſa rupe ſepulchrum?
Hoſpitium Paulæ eſt,cœleſtia regna tenentis.
Fratrem,cognatos,Romam,patriamq; relinquẽs:
[182] Diuitias,ſobolẽ,Bethlehemiti conditur antro.
Hìc pręſepe tuum Chriſte,atq; hìc myſtica magi
Munera portantes hominiq; deoq; dedere.
Dormiuit ſancta & beata Paula,ſeptimo Kalẽdarum Februariûm,tertia ſabbati poſt Solis occubitũ. Sepulta eſt quinto Kalẽd. earundem. Honorio Auguſto,

Ecclꝰs. 2.
Pſal. 25.
Pſal. 83.
Ibidem.
Cant. 2.
Ibidem.
Pſal. 26.
Actꝰ. 9.
Cant. 5.
Gene. 12.
Hie. 48.
†oratio.
†foribus.

A Augusto,& Arestino consulibus. Vixit in sancto
propositο,Romę annos quinq;,Bethlehem annos
viginti.Omne vitę tempus impleuit,annis quin-
†viginti & vno. quagintasex,mensibus octo,diebus viginti.†

SCHOLIA.

I Gracchi. GRacchorum stirps.)Non sine figura stirpem vocat de stirpe ortam.Duo Gracchi fuerunt,Tiberius & Caius,quos nobilissimos fuisse,testatur Iuuenalis:Malo Venusinā,quàm te Cornelia mater Gracchorū,si cum magnis virtutibus adfers Grande superciliu m,& numeras in dote triumphos. 2 Scipionum soboles. Scipiones.)Fuerunt & huius nominis atq; gentis aliquot clari,præcipuè Scipio Aphrican⁹ ab Aphrica deuicta reperto cognomine.Scipio Asiaticus ab Asia deuicta, Scipio Nasica, vir optimus iudicatus. 3 Pauli hæres.)Paulum Aemyliū sentit,patrem Scipionis Aphricani,cuius vitam descripsit Plutarchus. 4 Martię Papyriæ.)Hanc Paulus Aemylius duxerat vxorem,Mnasonis viri cōsularis filiam,ex qua Scipionem Africanum suscepit . Quanquā vxorem post diuturnū conuictum repudiauit,neq; repudij causam fateri voluit,nisi quòd ostenso calceo nouo & bello , negabat alios scire , qua parte stringeret pedem suum : significans vxoris ingenium,
B cum suis moribus parum cōuenire.Ita Plutarchus. 5 Vera & germana.)Quod Græci γνήσιον vocāt,contrarium ei, quod dicunt νόθον,illud genuinum possis vertere, hoc adulterinum.Paulam autem germanam vocat,quòd ab eius mulieris nobilitate, nequaquā degeneret. 6 Per omneis ferè Græciæ. Græcias.)Græcias dixit,vt nos Gallias & Pannonias, Hispanias,Britannias,quòd harum regionum vnaquæq; in plureis portiones dissecta sit. 7 Iulius à magno.)Intertexuit heroicum Maronis carmen , qui C.Iulium Cæsarem voluit ab Iulo Aeneæ filio duxisse genus. 8 Vt intelligeres.)Addidit epiphonema , huic narrationis parti. 9 Ita planxit.) Elegans ex contrarijs conflata sentētia. 10 Quis clinicorum.)Pleriq; codices habebant clericorum,nonnulli depraua tius clunicorum, sed tamē propius ad germanā ac veram scripturam.Clinicorum enim haud dubiè legendum est. Nā κλίνη Græcè lect⁹ est, vt intelligas ob debilitatem corporis, lecto affixos:cuiusmodi sunt podagrici, paralyticiq; . Vnde & medicorum genus nomē habet eorū,qui lecto decumbentes curāt. 11 Si quisq̄ debilis. Debiles.)Debiles sunt,vel mutili, vel manco mēbro, aut alioquin inutili. 12 Dimittere loquebatur.)Si mihi permittatur in exemplariū consensu mutare scripturam,malim iocabatur,q̄ loquebatur, vt intelligamus Paulam, hoc veluti ioco solere placare querimonias amico-
C rum,ita dicentem:Non facio vobis damnū,imò lucrū, comparo eleemosynis misericordiā dei, quā vobis relinquā hæreditatis vice,rem longè precio siorem pecunia, aut prædijs. 13 Imperiales literæ. Imperatoria potestas.) Mirum est ætate diui Hieronymi tantam etiamnū imperatorum autoritatem fuisse Romæ,vt illorum literis Orientis atq; Occidētis episcopi Romam cō traherētur,ac non potius Romani pōtificis,præsertim cùm Constantinus iam Sylueſtro cessisset imperium,si vera est fama. 14 Salaminæ Cypri.)Nam in Cypro insula, Salamis siue Salamina est,vt alibi testatur Hieronymus , quæ postea Epiphani⁹ Constantia dicta est. 15 Quorum Epiphanium.) Quorū pro è quibus dixit.Hic Epiphanius vir eloquēs & eruditus, multa volumina cōscripsit aduersus hæreticos,quæ à doctis legebantur ob rerum cognitionem,ab indoctis ob sermonis elegantiam.Vixit ad decrepitam ętatem,vt testatur Suidas.

16 Antoniorum atq; Paulorum.)Festiuitatis causa mutatus est numerus.Significat autē sanctos monachos Pauli atq; Antonij similes , qui verè monachi solitariam vitam exigebant, procul ab omni mortalium semoti commercio. 17 Aperto mari.)Veteres abstinebant à mari mensibus hybernis,quod præcipit Hesiodus quoque. Nunc media etiā bruma, Mare aptum. studium lucri Christianos per omnia trahit maria. Dicitur autēm aperiri mare, cùm fit nauigabile, nimirū à vernis Fauonijs. 18 Paruus Toxotius.) Hic erat filius Paulæ, minimus natu inter liberos. Vnde consentaneum erat illum tenerius ab ea diligi,vel quia solus masculus, vel quia postre D
mus omnium natus Est autem hoc loco iucunda rerum hypotyposis,non sine affectibus,vt obiter hoc indicem de arte.

19 Quod magnam vinceret charitatem.)Pro charitatem quidam codices habebant pietatem,quanquam hic locus mihi videtur nō omnino vacare mendo. Fortasse sic erat legēdum:Cum dolore pugnabat pietas,in eo admirabilior,quòd magnam vinceret pietatem . Siquidem vt affectus in deum pietas vocatur:sic & amor erga parentes aut liberos , pictas dicitur. 20 Ad insulam Pontiam.) Ab ostio Tyberino in Pontia insula. mari Italico, duæ occurrunt insulæ, Pontia & Pandatoria : in quas apparet olim à Romanis mitti solitos relegatos. Addit autem, delata, quasi non fuerit omnino huc destinatus cursus, sed volente deo venti huc impulerint , vt videret vestigia sanctarum mulierum. Insularum meminerunt omnes ferè Cosmographi , nominatim Ptolemæus & Mela.

21 Inter Scyllam & Charybdim.)Angustum est fretum,per Scylla. quod à mari Tyrrheno, venitur in mare Adriaticum. 22 Charybdis Venit Methonam.)Methona ciuitas est littoralis Laconicę, Methona. vt Stephanus: Messeniæ , vt Ptolemæus. Addit autem quasi per stagnum , quod id mare minimum sentiat æstus . Nam mediterraneum mare, locis aliquot, nullo æstu crescit , aut decrescit, non magis quàm lacus : cùm in Oceano locis quibusdam, surgat ad octonos cubitos , præsertim apud septētrionales. 23 Et sale tabētes artus.)Intertexit versus Vergilianos, hemistichijs hinc atque illinc consarcinatis. 24 E
Per Maleam.)Malea promontorium est Laconicæ;quod nō Malea. sine periculo prętemauigabatur, id quod Græco quoque testatum est prouerbio.Refert Strabo libro octauo.Id in mare protēditur ad quinque passuum milia,vt testatur Seruius in quintum librum Aeneidos. 25 Et Cytheram.) Ea est Cythera. insula opposita Cretæ. Coniungit autem & Homerus, Maleam ac Cytheram, Odisseæ libro nono,cùm Vlysses narrat se ventis ad Maleam , atque Cytheram fuisse depulsum . Et Plinius libro quarto:Cythera,inquit,cum oppido,antè Porphyris appellata.Hæc sita est à Maleæ promontorio quinq; milibus passuum , propter angustias ibi nauium ambitu.

26 Sparsasque per æquor.) Cyclades insulæ sunt , passim Cyclades. obuiæ in mari : à circuitu dictæ , quòd necesse sit eas longo ambitu circuire , si Seruio credimus . Quanquam dissentit Pomponius.Hæ ad leuam sunt vnà cum Sporadibus , præterlegenti Cretam ad dextram. Hemistichia sunt ex tertio Aeneidos libro. 27 Concita terris.) Nam seuius est mare,terra sępe intercurrente. 28 Post Rhodum & Lyciā.) Rhodus. Rhodus nobilissima insula est,opposita Lyciæ, quæ pars est Asiæ littoralis:olim septuaginta complectens oppida , teste Plinio. Porrò Rhod⁹ abest à littore viginti milibus passuū, F
olim Ophiusa dicta. Hanc alibi Hieronymus vnam , è Cycladibus facit. 29 Tandem vidit Cyprum.) Aduerbium tandem,non solum indicat longam & molestam nauigationem:verùm etiam desiderium Paulæ, cupientis videre suum hospitem,nempe Epiphanium. Cyprus ingens & nobilis est Cyprus. insula ad dextram occurrens , emensis mare Pamphilium.

30 In breui cursu.)Siquidem ab insula Cypro , ad continētem Syriæ,non admodum longus est traiectus , id quod apparet in tabulis cosmographicis . Porrò Seleucia ciuitas est Seleucia. nobilis in promontorio Syriæ. 31 De qua ascendens, Antiochiam.)Post Seleuciam occurrit Antiochia , quæ est Syria Antiochia Coeles.Nam sunt aliæ complures huius nominis.In hac Paulinus erat episcopus,sicut indicatū est antea . Quin etiā hæc Syriæ pars,quę Seleuciam complectitur, Antiochia dicta est:vt testatur Pomponius. 32 Modicum charitate detenta.)Paula festinabat ad loca sancta, tamē hoc tribuit charitati Paulini,vt illic paulisper commoraretur.Addidit detenta,vt intelligas retinente Paulino non sua sponte mansisse.Cum hoc Romæ consuetudinem habuerat,vt indicat alibi diuus Hieronymus.Apud quem duos reperies Paulinos, Paulini alterum monachum celebrem,postea Nolanum episcopum, duo. cuius extant aliquot epistolæ scriptæ ad diuum Augustinū, & ad hunc vna diui Hieronymi. Alterū de quo hoc agit loco.Is fuit Antiochenæ ecclesiæ episcopus,non is opinor, qui numeratur vigesimus secundus , medius inter Philogonū &

G Euſtathium, ſed quem Lucifer ab exilio reuocatus, accitis duobus alijs confeſſoribus, Antiochiæ epiſcopum fecit Euſtathij epiſcopi presbyterum, qui ſe nunquam hæreticorum communione polluerat. 33 Media hyeme.) Apparet totā æſtatem nauigatione cōſumptam. Eleganter retulit contraria, Brumam & ardorem fidei: ſicut & mox, eunuchorū manus, & aſellum. 34 Coeles Syriæ & Phœnicis.) Phœnices lego, non Phœnicis. Vtraque pars eſt Syriæ. Nam iuxta Plinium, Syria, qua contingit Arabas, Palæſtina vocatur. Deinde erat Iudæa & Coele, poſtea Phœnice, & qua recedit interius, Damaſcene, ac magis etiam meridiana, Babilonia. Dicta eſt autē ea pars Coele, quod Græcis cauam ſonat, quòd campeſtris ſit & humilis regio. 35 Neq; enim hodœporicū.) Id eſt, itinerarium, ὁδὸς Græcè via eſt, πορεύομαι ambulo. Inde ὁδοιπόροι viatores, aut iter facientes & ὁδοιπορικὸν opus conſcriptum de his quæ in itinere accidunt. 36 Bæryto Romana Colonia.) Hæc eſt in ora Syriæ Antiochenæ, ſubiecta Libano, vt teſtatur Pomponius Mela. Meminit & Strabo. Eadem dicta eſt, felix Iulia, vt teſtatur Plinius lib. v. capi. xx. 37 In Sarepte.) Ciuitas Sidoniorum iuxta publicam viam ſita, quondam habitatio Heliæ, vt teſtatur alibi. Quo loco, ſicut videtur, ætate diui Hieronymi ſolebat oſtēdi turris prophetæ, ob memoriā egregij miraculi, quod refertur tertio libro Regum ca. xvij. Nec caret emphaſi, quod addit, antiqua vrbe Sidone derelicta. Nā Sidon ſæpe nominatur in literis prophetarū, ſed vt opulenta & ſuperba. Magis igitur placuit ſanctæ mulieri turricula, quæ paupertatis admoneret, quàm diues illa Sidon: cùm ipſa relictis diuitijs, ad paupertatem properaret. Eſt autem Sidon vrbs Phœnices, terminus Chananæorū ad Aquilonē, iuxta Libani montis ortum ſita. Quæ ceciderat quidē in ſortem tribui Aſſur: verùm nō fuit poſſeſſa, quòd incolas non valuerint expellere. Plinius ſignificat artificio vitri quondam fuiſſe nobilem. Idem meminit & Sarepte. 38 In quib⁹ genua.) Tyrus metropolis eſt Phœnices in tribu Neptalim, viceſimo propè miliario à Cęſarea Philippi. Porrò quod ait, per arenas Tyri, ſignificat id quod narratur in Actis Apoſtolicis capi. xxj. Paulum cùm Tyro nauigaturus eſſet Ptolemaïdem, poſitis genibus in littore oraſſe. 39 Perueuit ad Cod.) Quidam codices habebant Cob, ciuitas eſt Iudææ maritima, propè montem Carmelum, cui nomen immutatū à Ptolemæo quopiam Ptolemaïs. 40 Per campos Mageddo.) Hiſtoria extat iiij. Regum xxiij. &. ij. Paralip. xxxv. de Ozia occiſo in Mageddo. 41 Terram Philiſtijm.) Diuus Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus Philiſtæos putat eſſe, quos nos corrupto vocabulo Palæſtinos appellamus. Alibi ſcripſit Philiſtijm vocatam fuiſſe Aſcalonem, & oppoſitam regioni Palæſtinæ. 42 Mirata ruinas Dor.) Olim ciuitas erat, nouē I milia paſſuum diſtans, à Cæſarea Palæſtinæ, proficiſcētibus Tyrum. Hieronymus in locis Hebraicis, oſtendit hanc ſuis temporibus fuiſſe deſertam. Vnde hìc quoq; ruinas dicit.

43 Verſa vice Stratonis turrim.) Verſa vice, id eſt, econtrariò. Sicut Dor olim celebris, nunc extincta eſt, ita turris Stratonis olim oppidulum ignobile, extructa eſt in præclaram vrbem. Hanc Hieronymus putat olim vocatā Accaron. Plinius indicat dictā fuiſſe Apolloniam. Deinde ab Herode rege conditam, Cæſaream nominatam: poſtremò Coloniam primam Flauiam, ab imperatore Veſpaſiano deductam.

44 Cornelij domum.) De domo huius Cornelij, legis in Actis Apoſtolorum capite. x. 45 Et Philippi ædiculas.) De hoc fit mentio in Actis Apoſtolicis, capite. xxj. Ad hunc Paulus diuertit. Fuit autem vnus ex diaconis ſeptem. 46 Cubicula quatuor. Nam in eodem loco traditur quatuor Philippus habuiſſe virgines prophetantes. 47 De patris nomine.) Nempe Antipatri, fuit enim Antipatris ciuitas Palæſtinæ, quam Hieronymus alibi dirutā fuiſſe teſtatur ætate ſua. 48 Et Lyddam verſam.) Et hæc maritima ciuitas eſt Palæſtinæ, poſtea commutato nomine vocata Dioſpolis, id eſt Iouis ciuitas. Meminit & Plinius Lyddæ, lib. v. 49 Dorcadis atque Aeneæ.) De Dorcade ad vitam à Petro reuocata, legis in Actis Apoſtolorum, capite nono. Id autem accidit, nō in Lydda, ſed in Ioppe, quod & ipſum eſt oppidū Palæſtinæ maritimū, haud longè à Lydda: in qua paulò ante idem Petrus ſanauerat Aeneam, octo iam annos affixum grabato ob paralyſim, vt in eodem capite narratur. Porrò Hieronymus ait Lyddam vtroq; nobilem, quòd Lyddæ nūciatum eſſet Petro de morte puellę, &, vt dixi, non longè abeſſet à Ioppe. Alioqui poterat memorię lapſus videri. 50 Ac ſanitate inclytam.) Quidā codices pro ſanitate habebāt ſanctitate, ſed mendoſè. Nā quod ait, reſurrectione, ad Dorcadē referē, quæ reuixit. Quod ait ſanitate, ad Aeneā pertinet, paralyſi liberatum. 51 Nobe vrbem quondam ſa.) Hanc Doēg Idumęus funditus euertit, trucidatis octoginta quinque viris veſtitis Ephod lineo, interfectis & mulieribus & pueris: vt legim⁹. j. Regum lib. cap. xxij. Hæc ciuitas erat olim ſacerdotibus ſeparata. 52 Portum Ionę.) Ioppe meminit & Plinius, Ioppicam eam vocans. Portum Ionæ vocat, quòd Ionas propheta cùm fugeret Tharſis, hìc nauim cōſcēderit, vt legitur apud hunc ipſum capite primo. Porrò Ioppe portum fuiſſe Iudęæ, teſtātur Regum & Paralipomenon libri, ad quem rex Hiram ligna de Libano ratibus trāſportabat, vt illinc terreſtri itinere Hieroſolymam deueherent. Eſt autem oppidum Palæſtinæ maritimum in tribu Dan.

53 Religatæ ad ſaxum.) Fabula de Andromada ad ſaxum alligata, vt beluæ marinæ exponeret, quam Perſeus eo periculo liberauit, extat apud Ouidium libro Metamorphoſeon quarto. Eleganter autem Hieronymus dicit, ſpectatricē. Siquidem vt refert Pomponius Mela, oſtendebant olim Ioppenſes clarum veſtigium Andromades à Perſeo ſeruatæ, ac beluæ marinæ immania oſſa, atque his argumentis contēdebant hoc oppidum ante diluuium fuiſſe. Diuus Hieronym⁹ in Ionæ commentarijs, ſcribit ſuis adhuc temporibus in littore oſtendi ſolere ſaxa, quibus Andromada fuiſſet alligata. Plinius prodidit, Ioppen in colle ſitam eſſe, præiacente ſaxo: in quo vinculorum Andromadæ veſtigia oſtenderentur. Eam illic coli, fabuloſam ceto. 54 Repetitóque itinere.) Vel quòd ibi quieuerit, vel quòd iam magis deflectat ad meridianam Syriæ partem. Quanquam Plinius & Ptolemæus Neapolim habent, ſed aliam ab hac. Hieronymus in locis Hebraicis indicat hanc inclytam fuiſſe ciuitatē Palæſtinæ, patriam Cleophæ. De Neapoli poſtea meminerit.

55 Cleophæ domum.) Apparet illic Eccleſiam oſtēdi ſolere, quæ fuerit aliquando domus Cleophæ, in qua Chriſtus vt ſacerdos fregit panem, atq; ita dedicauit. 56 Bethoron ſuperiorem & inferiorem.) De Bethoron ſuperiore & inferiore condita à Sara, habes primi Paralipomenon, capite ſeptimo, & ſecundi capite octauo, quòd Solomon extruxerit Bethoron ſuperiorem & inferiorem, ciuitates muratas, habētes portas, & vectes, & ſeras &c. 57 Aialon & Gabaon.) Ciuitates ſunt inter ſe finitimæ. De hac victoria Ioſue, & quomodo ſol & luna pugnāte illo ſteterint immoti, legis Ioſue, capit. x. Hieronymus in deſcriptione Iudææ vocat Hialon, ſi modo codex non eſt mēdoſus. Eſſe autem vallem & præruptum, ſuper quod orante Ieſu quōdam luna ſtetit iuxta villā. Nomen manebat etiam ætate Hieronymi contra Oriētem Bethelis. Tribus ab ea milibus diſtat, haud procul à Gabaa, & Rama Saulis vrbibus. 58 Et concubinæ infrūſta diuiſæ.) De vxore leuitæ nefariè cōſtuprata à Beniamitis, & ad mortem vſq; multorum libidine defatigata, déque eiuſdem cadauere in duodecim diſſecto partes, quæ ſingulæ ad ſingulas tribus miſſæ ſunt, déque Beniamitica tribu propemodum ad internitionem deleta, legis Iudicū capit. xix. & item capit. xx. 59 Propter Paulum Apoſtolum.) Hoc adiecit, quòd Paulus Beniamiticæ tribus fuerit, vt ipſe teſtatus eſt. Vnde & illud in illum accommodatur: Beniamin lupus rapax. 60 Quæ Adiabenorū regina.) Hoc adiecit, ne putaremus de Helena Argiua dictum. Porrò Adiabeni in Aſſyria ſunt. Siquidē Syriæ pars vltra Armeniam, olim Adiabene vocabatur. Stephan⁹ oſtēdit mediā fuiſſe inter Euphratē & Tygrim. Vnde & Meſſene ſit dicta. Quidā hinc vocabulū inditū putāt Adiabene, q̄ ob frequētiā occurrētiū fluminū trāſiri facilè non poſſit. In hac Suidas putat inueniri Naphtham, id eſt bituminis gen⁹. Itē fauces, quas vocāt, ζοφερὸν στόμιον, quòd hinc halitus exeat adeo peſtilēs, vt nō ſolū animantia

Syria Coeles. Hodœporicum. Bærytus. Sarepte. Sidon. Cod. Philiſtijm Dor. Stratonis turris. Antipatris. Lydda. Dorcas. K Andromada. L Aialon & Gabaon. M Tribus Beniamin. Adiabene.

A animantia terrestria,si accesserint,verũ etiam superuolãtes aues interimat. Qui si spargeret,regionẽ prorsus inhabitabilẽ redderet. Nunc rectus fertur in sublime, ac mox refractus deorsum,reflectitur . Ita fit, vt nec ea quæ sunt in aëre admodum sublimi lædantur,nec quæ in ambitu versantur.

Mausoleũ Mausoleum magnificum monumentum vocant à Mausolo Cariæ rege,cui vxor incredibili sumptu monumentum extruxit,hausti etiam in potu mariti cineribus . Vnde postea omnia monumẽta Mausolea dici cœpta:cuiusmodi ob me-

Hierosoly ritum Helenæ videtur illic erectum. 61 Vrbem trinomi-

ma. nem.)Olim dicta est Salẽ,vt putat Iosephus. Vnde Melchisedech dictus est rex Salem,& inflexo nomine vocata est Salyma,deinde Solyma. Eadem dicta est Iebus,à Iebuseis incolis. Quibus eiectis rex Dauid eam toti⁹ Iudææ metropolim fabricatus est. 62 Ab Helio postea Hadriano.) Apparet Hadrianum imperatorem prænomine Helium fuisse dictũ, atq; hinc ciuitatem Heliam,siue Aeliam fuisse vocatã , quòd hanc à Tito destructam,sic instauratam auxerit, vt loca resurrectionis & inuentæ crucis,quæ prius extra mœnia fuerant,ætate diui Hieronymi,septẽtrionali muro circũdarentur,vt ipse testatur alibi. In Chronicis Eusebianis,testat hãc vrbem ab Helio Hadriano conditam fuisse,& in fronte eius

Sus in por portæ,qua Bethlehem versus erat iter,sus habebat marmo-

ta. ri insculptus,significans Romanæ potestati subiacere Iudæ-

B os. Porrò contumelioso symbolo,per suem repræsentabant populum Iudęorum,quòd ea gẽs à suillis carnibus superstitiosissimè abhorreat. Sunt qui putant hãc non ab Helio Hadriano,sed à Tito Helio Vespasiani filio extructam fuisse.

Sion. 63 Sion,quæ in arcem.) Sion Hebraicè sonat arcem siue speculam. Nam Sion mons est,in quo sita est Hierusalem,vt

Ariel. testatur Hieronymus in commentarijs Esaiæ. 64 Ariel, id est,leo dei.)Sic enim Hebræis sonat Ariel,& ita verterũt Aquila & Symmachus,teste Hieronymo . Atque ita vocat Hierosolymam,non iuxta historiam, sed iuxta allegoriam, alioqui Ariel ciuitas est diuersa ab Hierosolyma. Hanc qui-

Areopolis dam putant esse quam vocant Areopolim, quòd Martis idolum adhuc ibi coleretur. Sed quomodo hãc expugnarit Dauid & eandem reædificarit,quoniam paucis explicari nõ potest,qui cupiet cognoscere,legat interpretationem diui Hieronymi,in hunc locũ Esaiæ,cap. xxix. Nam dissensus interpretum facit,vt alij intelligant expugnatã & captam,alij instauratam. 65 Super centum viginti.)Id narratur à Luca in Apostolorum Actis, cap. j. 66 Vt Ioëlis vaticinium cõ per.)Quod est apud hunc prophetam capite secũdo. Sed & super seruos meos & ancillas,in diebus illis,effundam spiri-

Bethlehẽ. tum meũ. 67 Perrexit ad Bethlehem.) Oppidum est distans ab Hierusalem sexto miliario,contra meridianam pla

C gam, iuxta viam quæ ducit Chebron, teste Hieronymo.

Sepulchrũ 68 Ad sepulchrum Rachel .) Locus est haud procul à

Rachel. Bethlehem in Ephrata,cui nomen inditum est, sepulchrum Rachel,quòd illic sepulta sit , vt testatur Hierony. in Matthæum,& item in Hieremiam. 69 In quo Beniamin mater.)Rachel cùm eniteretur Beniamin,seque sentiret dolore mori,vocauit eum Benoni,id est,filium doloris mei. Sed pater inflexit nomen in melius auspiciũ, & vocauit eũ Beniamin,quod sonat filius dextræ. Ita legis Geneseos capite trigesimo quinto. 70 Specum saluatoris.)Quòd illic putetur fuisse natus Christus . 71 In eodem propheta.) Nempe Esaia,cuius hæc verba sunt capite trigesimo secundo : Beati qui seminatis super omnes aquas,immittentes pedem bouis & asini. Vtrũque verò prophetæ locum detorsit ad hanc rẽ, festiuiter magis quàm seriò. Nec enim de hoc asino aut boue loquutus est propheta . Quin & illud annotandum,aliquanto secus Hieronymum hũc locum citare,quàm habeatur apud Esaiam . Sed sequutus est versionem septuaginta, ὃν βοῦς καὶ ὄνος πατεῖ. 72 Cernere se oculis fidei.) Ad hunc respexit locum qui librum illum cõscripsit,cuius initium est:Cogitis me ò Paula & Eustochium,quisquis is fuit (Nam Hieronymum autorem nõ esse,suo docebimus loco) cùm ait:Ad præsepe quoq; ò Paula,te teste nato puero,&

Bethlehẽ. cætera quæ sequuntur. 73 Bethlehem domus panis.) Hoc enim Hebræis sonat Bethlehem . 74 Salue Ephrata.) Hebræis Ephrata fertilem,aut frugiferam sonat. Est autem Ephrata.

Bethlehem in Ephrata,vt paulò superius ostensum est,& pa D

làm testatur Hieronymus,exponens psalmum centesimum trigesimum primum. Regio inquiens Bethlehem vsque hodie appellatur Ephrata . Huius rei & aliæ scripturæ testes sunt: Ephrata ipsa est Bethlehem. 75 Atque καρποφόρε.) Id est,frugifera,καρπὸς fructus est , φέρω, fero . Inde καρποφόρος,ferax,siue fertilis. 76 Zod quippe.)Variè de- Zod.

prauatus est hic locus,ob vtriusque sermonis Hebraici Græciq; insciti am. Nonnulli codices habebãt Zop,nõnulli Sod, nonnulli ו Vau. Hebræi genus nominis aut personę,appositicia litera notant,non articulo aut pronomine,sicuti Græci & Latini. Proinde si scribatur cum adiectione ה he שִׁמְעָנוּהָ significabit audiuimus eã, genere fœmineo. Si cum adiectione ו Vau שִׁמְעָנוּהוּ, significat audiuimus eum,genere masculino. Quanquã in Hebraicis pariter & Latinis exẽplaribus habetur hic loc⁹ genere fœminino per ה he שִׁמְעָנוּהָ,id est, audiuimus eam,& מְצָאנוּהָ,id est,inuenimus eam . Itẽ ἠκούσαμεν αὐτὴν καὶ εὕρομεν αὐτήν. Nec huiusce rei mentionem facit Hieronymus hunc enarrãs psalmum , si vel illius vel certè integri sunt illi commentarij . Vnde videtur ad id data opera detorsisse,ob loci huius commoditatẽ. 77 Vt te docente didici.) Hoc ita legendum est, vt accipias Paulã hæc loqui præsente Hieronymo,ad quẽ verterit orationẽ, E & à quo sermonem Hebraicum didicerit , quemadmodum testatur & postea. Vel ex hoc loco conijcere licet,diuũ Hieronymũ Paulæ totius huius peregrinationis comitẽ fuisse.

78 Ader.)Nam ea vox Hebręis significat,gregem vel po Ader.

pulum. Historiam hanc legis,Geneseos capite vigesimo nono. Quidam putãt Ader esse locum in quo fuit ædificatum templum,Turrim Ader,id est,gregis appellatam,ob cõgregationem totius gentis . Diuus Hieronymus in Hebraicis quęstionibus putat esse locum iuxta Bethlehem,in quo grex angelorũ cecinit in ortu domini,vel in quo Iacob pecora pauit,atque hinc inditũ nomen. Meminit huius loci Micheas: Et tu turris nebulosa filia Sion. 79 Litus in postibus.) Litus participium est à lino,quod significat inunctus. Allusit ad historiam Exodi. 80 Per viam veterem.)Sic appellatur in sacris literis. Nec temerè addidit hoc cognomen: nimirum innuens veteris esse vitæ,non Christianæ,studere diuitijs. 81 Quę ducit Gazam.) Nam Gaza quõdam Phœ- Gaza.

nices pòst Palęstinæ ciuitas fuit, siquidem Stephano credimus,de qua dictum est alibi. Porrò Gaza Persica lingua diuitias significat,qua voce tamen sint vsi Latini,velut Horatius in odis. Ieci,beatis nũc Arabum inuides Gazis, quòd ea gens opulentia immodica fuerit infamis. Pomponius Mela, prodidit Gazam Persica lingua sonare ærarium, & hinc nomen inditum huic vrbi,quòd cùm Cambyses armis Aegyptum peteret,huc belli & opes & pecuniam contulisset. Vocem barbaram vsurparũt Latini pro thesauro. Porrò quòd Hieronymus addidit,vel potentiam dei: huc pertinet, quòd eadem ciuitas dicta est Aza. Porrò Aza Hebræis significat, robusta seu fortis. 82 Quomodo Eunuchus Aethiops.) F

Allusit ad hoc,quod refert Lucas in Actis Apostolorum,capite octauo. Angelus autem domini loquutus est ad Philippum,dicens: Surge & vade contra meridianum,ad viam quæ descendit ab Hierusalem in Gazam,hęc est deserta &c. Nec temerè meminit de Aethiopis mutata pelle,quòd locus quẽ legebat Eunuchus haberet illa: Et sicut agnus coram tondẽte &c. Simulq; respexit ad illud Hieremiæ capite decimotertio: Si mutare potest Aethiops pellem suã &c. 83 Vetus relegit instrumentum.)Hoc refert ad viam veterẽ,quæ quasi notabat vetus instrumentum. 84 Fontem reperit.) Velut aquam viuam & nouam,qua renasceretur. Et aptè discedit à Gaza,futurus Christian⁹. De fonte vero mox dicã.

85 A Bethsur venit.) Hæc ætate Hieronymi vocabatur Bethsura: vicus est in tribu Iuda,obuius vigesimo lapide eũtibus ab Hierosolyma Chebron. Iuxta hunc fons est ad radices montis ebulliens,qui ab eadem in qua gignitur humo sorbetur. In hoc fonte putant Eunuchum Candacis reginæ baptizatum fuisse. 86 Escol.) Opinor hanc esse Escaul, quam Hieronymus indicat obuiam ad septentrionem ab

Eſcol. G Eleutheropoli proficiſcentibus Nicopolim . Eſcol autem אשכל Hebraicè ſonat botrum. Diuus Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus, oſtendit Mambre & Eſcol fratres fuiſſe amicos Abrahæ. Vnde nomen inditum eſt locis. 87 Saræ cellulas.)Id eſt,paruas ædiculas,quę illic monſtrabantur,ob miraculũ antiquitatis,in quib⁹ genuit Iſaac. 88 Et

Quercus Mambre. veſtigia quercus.) Nempe apud Mambre , de qua dictum in ſuperioribus ſcholijs. Veſtigia vocat monumenta, quæ diu⁹ Hieronymus alibi teſtatur extitiſſe vſque ad tempora ſuæ infantiæ,quanquam ibi terebinthum vocat. 89 Atq; inde

Chebron. conſurgens.) Nam Chebron haud procul abeſſe à conualle Mambre,in qua deum vidit Abraham,legimus Geneſeos capite decimo tertio . Hæc villula dicta eſt & Chariath arbe. Abeſt ab Hieroſolyma viginti duobus fermè paſſuum mili-

Cariath arbe. bus. 90 Cariath arbe.) Cariath arbe ſonat Hebræis vicũ, vel oppidum quatuor virorum , quòd illi putant illic quatuor eſſe ſepultos: Adam, Abraham , Iſaac & Iacob . Porrò eundem fuiſſe locum Chebron & Chariath arbe, teſtatur Io ſue caput decimumquartum. Rurſum libri Iudicum, caput primum. Antiquitus dicebatur Cariath arbe,poſtea commu tato nomine dictus eſt Chebron . 91 Adam magni.) Sic enim legis Ioſue capit. xiiij. Adam maximus ibi inter Ena-

Caleb. kim ſitus eſt. Sed de his diximus aliàs. 92 Caleb quartum putent.) Hic erat filius Iephone, cui Ioſue mõtem Chebron

H poſſidendum tradidit, vt habetur eo quem modo citaui loco. Montanam enim fuiſſe regionem ſignificat,cũ ait,aſcen-

Cariath-ſephor. dit Chebron. 93 Cariathſephor.) Quod Hebræis ſonat, viculum literarum. Hunc locum olim Dabir vocatum fuiſſe, poſtea dictũ Cariathſepher, teſtatur Iudicum libri caput primum,& eundem non procul abfuiſſe ab Chebron. 94 Occidentem literam.) Alluſit ad illud Paulinum: Litera occidit,ſpiritus autem viuificat. 95 Othoniel filius Iepho.)

Othoniel. Quemadmodum Axa vxor Othoniel, ſuaſu mariti petierit à patre ſuo Caleb,irriguum ſuperius & inferius, pro arente terra Auſtrali,legis Ioſue cap.xv. 96 Caphar Barucha.)

Caphar Barucha. Sonat villam benedictionis. Quomodo Abraham produxerit angelos euntes Sodomam,legis Geneſeos capit.xviij. Apparet in monte locum eſſe. 97 Latam deſpiciens.)Nimirum è monte,& deſertum eſt ad meridiem. 98 Ac terram quondam Sodomæ.)Quondam dixit,quia nunc lacus eſt pe

Aſphaltites. ſtilens,quem mortuum vocãt mare . Cæteri lacum Aſphaltiten,à bitumine quod ſolum gignit. Apud Strabonem Sirbonis ni fallor appellatur, de quo prodigioſa quædã prodidit libro decimo ſexto: Addens Sodomam metropolim fuiſſe regionis olim tredecim oppidis habitatæ , quæ deinde terræmotu ſit abſorpta,quòd terra fuerit ignea. Eratoſthe-

I nes putat id lacuum inundatione cõtigiſſe , qui ſubinde erũpentes terram contexerint. 99 Balſami vineas.)De vinea Engaddi fit mentio in Cãtico canticorum: Botrus Cypri di

Engaddi. lectus meus mihi in vineis Engaddi. Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus oſtendit grandem vicum fuiſſe in tribu Iuda,palmarum & opobalſami fertilem, prius dictum Aſaſon Thamar, id eſt, vrbs palmarum. Imminet mari mortuo.

Segor. 100 Et Segor vitulam conternantem.)Segor ciuitas ſola ſuperfuit ex incẽdio quinque ciuitatum Sodomorum. Imminet mari mortuo, diuidit Moabitas à Philiſtæis . Hieronymus teſtatur in hac poſitum fuiſſe preſidium Romanorum. Iuxta hanc gigni balſamum , & poma palmarum , priſtinæ vbertatis indicia. Quõdam vocata fuit Bala, quod Hebræis ſonat abſorpta,quòd tertio terrarum motu fuiſſet proſtrata. Vnde & Lot ei loco diffidebat. Segor autem Hebræis ſonat,paruulam ſeu iuniorem . Syrorum autem lingua Zoara dicitur:voce idem ſignificante illis,quòd Iudæis Segor. Porrò quod adiecit,vitulam cõternantem,voce nimirum à ternione cõficta,quòd apud Hebræos habeatur שְׁלִישִׁיָּה,ſumpſit ex Eſaiæ capit. xv. Vectes eius vſque ad Segor vitulam

Spelunca Lot. conternantem. 101 Speluncæ Lot.) Apparet oſtendi ſolere ſpeluncam in qua filiæ Lot, cum eo concubuerunt. Deſcenderat enim in ſpeluncam diffiſus vrbi Segor, & ob eam cauſam diuus Hieronymus non putat excuſandum Lot , vt cui dominus promiſerit in Segor tutum fore ab incendio.

102 Cuius opus Moabitæ ſunt.)Significat inceſtum concubitum Lot cum vtraque filia , è quarum altera natus eſt K Moab princeps eius populi:ex altera Ammon,autor primus eius gentis . Vterque populus illaudatus in diuinis literis.

103 Diu hæreo in meridie.) Sĩgnificat hanc partem Auſtralem fuiſſe . Quidam codices habebant : Deinde diuertit ad meridiem,verũm prior lectio plus habet feſtiuitatis,propter phantaſiam hiſtoricam. Imaginatur enim ſe in his locis verſari,quos deſcribit, & velut animo obambulat . Poſſunt autẽ hæc verba ad Paulam accommodari,vt eam ita loquentem faciat : Diu hæreo in meridie, velut offenſam memoria rerum parum lætarum,præſertim cũm illic dormiat ſponſus in canticis,quem magis expedit in nobis vigilare . Porrò de Ioſeph qui iuſſit adeſſe fratres ſuos, vt ſecum conuiuium agerent in meridie,legis Geneſis cap.xliij. Cuius conuiuij ſimulq; capitis hic eſt finis : Biberuntq; & inebriati ſunt cum eo. Ab his igitur malè ominatis locis reflectit ſe ad montem Olíueti , vt felicioris ominis. 104 Reuertar Hieroſolymam.)Ab extrema meridiana parte,reflectit ad Septentrionem & Occidentem. 105 Et per Thecuam atque Amos.)

Thecua. Amos. Duo montes ſunt in conſpectu redeuntibus à mari mortuo Hieroſolymam,vltra hos oſtendit ſe mons Oliueti. Thecua buccinam ſonat , Amos fortem. 106 Rutilantem montis Oliueti crucem.)Aptè dixit rutilãtem, ob ruborem ſanguinis. Nõnulli codices pro crucem ſcriptum habebant lucem, vt intelligas de luce aſcendentis in cœlum Ieſu. 107 De L

Oliueti mons. quo ſaluator aſcendit ad patrem.) Montem Oliueti torrens Cedron interfluit , eumq; diuidit ab Hieroſolyma ad exortum ſolis,vbi vltima veſtigia domini humo impreſſa, adhuc ætate diui Hieronymi monſtrabantur,vt ipſe literis prodidit,non abſque memorabili miraculo. Etenim cũm terra eadem,quotidie à credentibus hauriretur, nihilominus ſanctæ illa veſtigia,continuò priſtinum ſtatum recipiebant . Addit & aliud miraculum,cũm eo in loco cõderetur Eccleſia,ſummum illius cacumen nunquam potuit contegi neque concamerari , ſed ſemper ab ima terra vſque ad ſummum cœlum patuit iter,quia dominicum corpus aſcenderat in cœlum. Ad huiuſmodi igitur ſpectacula properabat Paula. Abeſt mons ab Hieruſalem , itinere ſabbati:in hoc Chriſtum aſcendiſſe, teſtatur Lucas in Actis cap.j. 108 In quo per annos ſingulos.) Sic habes in Numeris cap.xix. 109 De tẽplo tranſmigrantes.)De Cherubim migrãtibus, legis apud Ezechielem capi.x. Rurſum de nouo templo,per quod vult intelligi Chriſtianam Eccleſiam , legis apud eundem capite quadrageſimo . Refert ſimile quiddam & Ioſephus de tranſmigratione virtutum è templo. 110 Sepulchrũ Lazari.)Id oſtẽ- Lazariſe-

pulchrũ. debatur in Bethania. Ea eſt villa in latere montis Oliueti,ſecundo lapide ab Hieroſolyma. Quo in loco extructã Eccle- M

Betphage. ſiam fuiſſe,teſtatur alibi Hieronymus Lazari ſuſcitati monumentum. 111 Betphage villam.) Betphage viculus erat ſacerdotum in mõte Oliueti ſitus. Sonat autem, vt videtur, Hebraicè, domus maxillarum. Sic enim exponit Heronym⁹ enarrans Euangelium Matthæi. Ex hoc loco Chriſtus miſit ſuos diſcipulos,qui adducerent pullum aſinæ,quẽ nunc trahit ad allegoriam. 112 Rectoq; itinere deſcendebat Hie-

Hiericho. richo.)Recto,quia antehac ob mõtes obuios, non nihil circumacta eſt. Cæterum Hiericho dicta eſt & Oza. Eſt in tribu Ephraïm,oppidum bis ſubuerſum,bis item inſtauratum. Hoc dominus Ieſus dignatus eſt ſua illuſtrare prædicatione.

113 Recogitans illum de Euangelio.) Via quæ ducit ab Hieruſalẽ in Hiericho fuit olim infamis latrocinijs. De parabola vulnerati à latronibus , legis Lucæ capite decimo.

114 Et locum Abdomim.)Hebræis enim ſonat ſanguinẽ.

115 Et arborem Sycomorum.) Id accidiſſe iuxta ciuitatem Hiericho , teſtatur Lucas capite xix . Apparet arborem adhuc monſtrari ſolitam ætate Hieronymi. 116 Pec

Lazariſepulchrũ. cata calcabat.)Quòd Zachæus arborem ſycomorum aſcendit , vti Ieſum videret , legis Lucæ xix . idq; accidit in Hiericho . De genere arboris plura diximus in annotationibus euangelicis,quam Hieronymus interpretatur peccata,lætaliter dulcia. Ea calcat,qui feſtinans ad Chriſtum,erigit ſe in altum,& prius amatas illecebras ſpernit. 117 Cæcorũ lo-

Hiericho. ca.)De duobus cæcis legimus apud Matthæum capite nono.

Verũm

A Verùm hos duos non illuminauit priusquàm reuersus esset in domum suam,hoc est Nazareth. Sed Matthæus capite xx. narrat de duobus cæcis : ad quem locum magis apparet respexisse Hieronymum. Cæterum Bartimeum, Timei filium sanauit in Hiericho,peruictus illius improbis clamoribꝰ, vt refert Lucas capite decimooctauo, vbi palàm indicat hoc accidisse in via, quæ ducit Hiericho. 118 Fundauit Hasel in
Hiericho. Abiram.)Ita Iosue capite sexto, imprecatus est, postquam hãc vrbẽ euerterat:Maledictus vir coram domino,qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Hanc enim Iosue subuertit funditus. 119
Galgala. Et aceruum præputiorum.) Nam Hebræis Galgala sonat collem præputiorum,vel collem circuncisionis. Hæc vocabatur secunda circuncisio facta per Iosue, sicuti refertur Iosue capite quinto, eíq; loco nomen est inditum Galgala, qui factum testaretur. Huc respexit Hieronymus,cùm ait:secũdæ circuncisionis mysterium,interpretans Euangelium,quæ circuncisio est non carnis,sed affectuum animi. Ostendebatur ætate Hieronymi locus desertus, eorum, quæ illic fecit Iosue vestigia retinẽs,miro cultu habitus ab illius partis incolis, hoc est Orientalibus. 120 Et duodecim lapides.)
Duodecim lapides. Duodecim lapides quos Iosue, præmonitus à deo, iussit ab
B electis è singulis tribubus viris deportari,è Iordane sublatos, legis Iosue capite quinto, in ipsa statim fronte. 121 Et fon
Heliſæi fons. tem quondam legis.) Hoc primum miraculum fecit Helisæus,post arreptum in aëra Heliam, atque id temporis habitabat Hiericho. Quæ ciuitas cùm esset accõmoda incolis sed aquas haberet steriles & insuaues,Helisæus sale immisso in fontẽ,reddidit eas salubres ac fertiles:vt legis quarto Regum libro,capite secundo. Verum autem Helisæum, Christum interpretatur Hieronymus, qui amaram & inutilem Moysi legem, sua gratia condulcauit & salutiferã reddidit.

122 Feruentissimo æstu.) Subest tacita ἐναντίωσις,in nocte & æstu feruentissimo, iam nondum orto sole tamen illa feruebat,& ideo properabat ad flumen. 123 Quomodo in medio amnis.) Quemadmodum aquæ Iordanis inferiores in mare defluxerint,superiores cõstiterint,montis instar intumescentes,alueo qui in medio erat sicco relicto donec sacerdotes portantes arcã fœderis vnà cum populo transirẽt: Legis Iosue ca.tertio. 124 Longũ est,si velim de Achor.)
Achor. De Achor lapidato à filijs Israël, omnibus illius facultatibꝰ igni exustis, propterea quòd suffuratus fuerat de rebus hostium, lege Iosue caput septimum. Achor autem interpretatur turbationem:quòd Iosue dixerit ei qui peccarat:Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. 125 Bethel
Bethel. domo dei.)Id enim sonat apud Hebræos Bethel. De Iacob le
C gis Geneſis capite vigesimooctauo : quomodo supposito capiti lapide dormiens viderit mysticam illam scalam. Connexuit autem huius lapidis allegoriam, cum eius allegoria, de quo scribit Zacharias capite tertio. Quia ecce lapis quẽ dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt.
Sepultura Iosue. 126 Sepulchra quoq;.)De Iosue sepulto in monte Ephraim,déq; Eleazaro filio Aarõn,& illic sepulto:legis Iosue capite vltimo. Porrò mons Ephraïm vergit ad deserta,in quo ciuitas est Thamnasara, siue Thamna, in hac Hieronymus indicat suis quoque temporibus magnum sepulchrũ ostendi solere. Porrò montis nomen est Gaa. 127 in Gabaa.) Gabaath est in tribu Beniamin, vrbs Phinees. 128 Quod di-
Iosue possessio. stributor possessionum &c.) Nam Iosue in sua possessione legitur fuisse sepultus. Ea sita est in monte Ephraïm. Vnde mirata est Paula, quid sibi voluerit Iosue, quòd mõtuosa & aspera sibi sumpserit,cùm ipsi in manu esset,campestria quæ fertiliora sunt deligere. Siue quòd id esset singularis continentiæ : neque enim huius temporis principes meliora tantum sumerent,sed si possent omnia vendicarent. Siue quod subest mysterium,virtutem non in mollibus, sed in duris & arduis rebus esse sitam. 129 Altare dirutum.) Quoniam Beniamitæ sacrificantes ex insidijs adoriebantur. 130 Et
Sabinarũ raptus. raptum Sabinarum.) Romani per speciem ludorum solennium,Sabinorum mulieres rapuerunt, ne noua ciuitas,inopia mulierum periret : vt refert Titus Liuius libro primo.

Itidẽ & Beniamitę,ne periret tribus,quæ propter cõstupra-
D tionem vnius mulieris penè deleta fuit, rapuerunt puellas aliarum tribuum, solennes choros ducentes in Silo. Historiam legis Iudicum capite vltimo. 131 Præcucurrit.) Vel quia tempore prior,vel quia violentior. Certè similis vtrisque causa,& simili occasione vtrique sunt vsi. 132 Transiuit Sichem.)Ea fuit ciuitas Iacob,sic vocata à filio Emor re- Sichem.
gis sui. Est autem in Samaria, non procul à sepulchro Ioseph. Iuxta hanc dominus Iesus collocutus est cum mulierCula Samaritana. Quo quidem in loco postea Ecclesia extructa est,ex latere montis Gazirim. Eam suis adhuc temporibus extitisse testatur alibi diuus Hieronymus. De Neapoli meminit Plinius & & Ptolemęus. Cæterum in locis Hebraicis Hieronymus hanc vrbem Sichar vocat,nisi corruptus est codex. 133 Errore Dosithei.) Is hæreticus fuit Iudaïzãs. Dositheus
134 Sebasten, id est,Samariam.) Samaria regalis erat ci- Samaria.
uitas tribus Israẽl, in vertice Somer montis sita,media inter Galilæam & Iudæam. Vnde quondam omnis illa regio Samaria fuit dicta. Ciuitas ipsa ab Herode Antipatri filio, Græco vocabulo σεβαστὴ dicta est,quod Latinè sonat Augu Sebaste.
sta. Nam Latini vocant augustum,quod maiestatem quandã Augustũ.
præ se ferat,id quod Græci vocant sebaston, à verbo σέβομαι, quod est veneror & adoro. 135 Abdias propheta.)
Extat historia libro regum tertio, capite decimooctauo. E
136 Nutriculam domini.) Vnde dictus est Nazaræus, & olim Christiani probro Nazarẽi vocabãtur. Nazareth autẽ est vicus in Galilæa iuxta montem Thabor. 137 Chanaan Nazareth
& Caphernaum.) Nam in Chanaa Galilææ mutauit aquam in vinum. Et in Capharnaum demigrauit relicta Nazareth, posteaquam tentatus fuit à diabolo, atque illic auspicatus prædicationem regni dei,& in eadem ciuitate sanauit filium Centurionis paralyticum. Porrò Chanaa oppidum fuit in Chanaa.
tribu Assur, Galilææ gentium. Capharnaum oppidum est Capharhaud procul à stagno Genezareth in Galilæa gẽtium, situm naum.
in finibus Zabulon,& Neptalim, vt in locis Hebraicis indicat Hieronymus. 138 Lacum Tyberiadis.) Iordanis qui Iordanis.
ex penade fonte oritur iuxta montem Antilibanum,vbi prima conuallium obtigit occasio in lacum se fundit, longum sedecim milia passuum, latum sex mil. Genezareth,siue Ge- Lacus Ge-
nezaram vocãt. Amœnis oppidis circumseptus est. Rursum nezareth.
in alueo suo aliquandiu progressus, lacum Tyberiadis facit. Lacus Ty-
Etiam si Plinius libro quinto capite.xv. videtur ex vtroque berias dis.
vnum facere lacum. Nouissimè decurrit in lacum Asphalti- Lacus As-
ten, quem eundem,vt dixi, mare mortuum vocant. 139 phaltites.
Scandebat montem Thabor.) Non temerè addidit, scande- Thabor.
bat. Est enim mons mira rotunditate sublimis sicut alibi diximus in medio Galilææ,dirimens tribus Isachar & Neptalim. Eundem vocant Itabyrium. 140 Campos latissimos F
Galilææ.)Est enim mons Thabor,vt dictũ est in medio Galilææ. Et ab hoc monte descendit exercitus Barach pugnaturus aduersus hostes. Historiam legis Iudicum capite quarto. 141 Torrens Cison. Est iuxta montem Thabor. Hoc Cison.
loco dimicatum est cum Sisara, vt testatur in locis Hebraicis. Est & ciuitas Cison in tribu Isachar separata Leuitis.
142 Et oppidum iuxtà Naïm.)Iuxta,hoc loco aduerbium est. Naïm autem distat à Thabor monte,secũdo miliario cõ- Naïm.
tra meridiem, iuxta Endor. De filio viduæ in vitã reuocato, legis Lucæ ca.septimo. 143 Transibo ad Aegyptum.)Nã omisso itinere,reflectit ad Occidentẽ meridionalem. 144
Et in Socoth.)Hic fuit prima mansio filiorum Israël exeun- Socoth.
tium ex Aegypto:etiam si Hieronymus in explicandis mansionibus ad Fabiolã,hanc secundam facit. 145 Apud fon-
tem Sampson.) Ostendebatur, vt apparet,locus dictus fons Fons Sam
Sampson, ob fontem, quem illi sitienti deus elicuit è dente pson.
maxillæ asini. Vnde dictus est locus, fons inuocantis de maxilla : vt legis Iudicum capite decimoquinto. 146 Vt refocillatus videam.) Allusit ad hoc quod scriptum de Sampsone : Quibus hausti, refocillauit spiritum,& vires recepit. 147 Morasthim.)Hic est viculus Palæstinę,haud pro- Morasthim
cul ab Eleutheropoli situs,patria Micheæ prophetæ : vnde & Morasthites cognominatur. Eodem in loco monstrabatur illius sepulchrum: 148 Et ex latere derelinquam.)

G Has regiones vt impias non inuisit,sed ad leuam relinquit. 149 Chorreos.) Horum fit mentio in sacris literis. 150 Ietheos.) A Ietheth,quæ est regio principum Edom,

Idumæa. in Gabalene,hoc est,Idumæa. 151 Idumæam.)Huic postea commutatum est nomen Gabalene. Regio quòdam Esau, à quo vocabulum inditum Idumæa, quòd ille Edom vocat⁹ sit.Plinius item Idumæam partem facit maritimæ Syriæ.

Lachis. 152 Lachis.) Vna est è ciuitatibus, quas cepit Iesus, rege eius interfecto. 153 Et per arenas mollissimas.)Huiusmo di describit Lucanus in Libya. 154 Ad Aegypti fluuium

Sior. Sior.) Opinor hunc esse, quem alij Nilum vocant. Nec desunt qui putẽt Sior esse fluuiũ è Nilo deriuatũ. 155 Gessen.) Hic habitauit Iacob cum liberis. 156 Et cãpos Tha-

Cãpi Thaneos. neos.) De quibus legis psalmo septuagesimoseptimo. Hic Moyses & Aaron ædiderunt sua prodigia. Et hic habitarũt Hebræi,qui metu Babyloniorum fugerant cum Hieremia.

Alexãdria 157 Versa est in Alexandriã.)Alexandria ciuitas est Aegypti,inter Africam Aegyptũ & mare,quasi clausstrum posita:in qua corpus diui Marci Euangelistæ conditũ, sua æta te à fidelibus honorari solere,testatur diuus Hieronymus. Versam dixit, ob nomen commutatum ab Alexandro Ma-

Nitria. gno,qui eam aut cõdidit,aut instaurauit:cuius meminit Plinius libro quinto. 158 Et oppidum Nitriam.) Allusit ad nitrum, quod olim adhibebant in eluendis vestium maculis,

H ob acrimoniam:cuius vice nunc vtuntur cinere ac lixiuio,siue sapone. Apparet autem hoc oppidum tum nuper conuer

Isidorus. sum fuisse ad religionẽ Christi. 159 Isidoro confessore.) Is Episcopus fuit Pelusiotarum,vir eruditus,qui libris epistolaribus interpretatus est sacram scripturam: vt testis est Suida. 160 Macarios, Arsetas.) Nomina sunt illustrium apud Aegyptios monachorum.Sed festiuitatis gratia nume

Pelusium. rum singularem mutauit in pluralem. 161 De Pelusio Maioniam.) Pelusium est vnum ex ostijs Nili, proximũ Iudææ. Apparet terrestri itinere peruenisse vsque ad Alexandriam & Nitriam:deinde ob intolerabilẽ regionis æstum, ab ostio Pelusiaco renauigasse in Iudæam.Cæterum pro magna,qui dam codices habebant,magnam:quidam Maiomam,nonnul

Maioma. li Nazumã.Maioma portus erat Gazæ, cui pòst versum nomen Constantia,ac deinde dicta Gaza maritima,quẽadmodũ alibi lati⁹ explicuimus, 162 Genuino me semper &c.)

Genuini dentes. Genuini dentes sunt,qui sub gena latent,qui & Canini dicũtur. Vnde qui mordacius obloquũtur, genuino dicuntur rodere.Persius: Et genuinum fregit in illis. 163 Cornicem Aesopi.) Sentit de Apologo Aesopi, apud quem Cornicula furtiuis auium plumis se vestierat.Cumq; primùm esset omnibus miraculo, ob insolitam colorum varietatem, demum suam quibusq; reuellentibus plumam, nudata risui fuit.

I 164 Versuram quoq; sæpe.)Quidam haud contemnendi codices, pro versuram habebant, vsuram, sed mendosè.

Versura. Nam versuram Latini vocant, cùm æs alienum ære alieno dissoluitur. Ita Paula cùm deesset pecunia,mutuo sumebat ad vsuram. Eam ad diem præscriptum, cùm rursus non esset quo resolueret, denuo sumebat mutuum ab alio, quo superius æs alienum redderet, creditore tantum mutato,manẽte nihilominus obligatione.Exẽpla sunt apud Terentium,Donatum interpretem,& Senecã. 165 Bucci

Buccinatores. natoribus suis.)Miram & gratiam & emphasim addidit metaphora. Nam buccinatores sunt,qui canũt buccina.Et buccina admonetur populus,vt audiat præconium,aut edictum publicum. Vnde ambitiosos laudatores, buccinatores vocat. 166 Feriuntq; summos.)Versus est ex Odis Horatianis,quem Hieronymus eó detorsit,vt significet egregiã virtutem obnoxiam esse inuidiæ.In eundem sensum Titus Liuius:Liuor,inquit,velut ignis,alta petit. Quãquam Horatius in aliam sententiam dixit,nempe magnam fortunã expositam esse tristibus casibus. 167 Adad Idumæam.)Hic

Adad. Adad puer fugerat in Aegyptum, interfectis à Dauid omnibus masculini generis Idumæis.Inde mortuo Dauid,iã grãdior factus,& adiutus opibus Pharaonis,negocium exhibuit Solomoni,vt legis libro regum tertio,capite vndecimo.Videtur autem significare Ruffinum. 168 Allophylis.)Hoc est,alienigenis. De Iacob,quomodo ob inuidiam fratris Esau fugerit ĩ Mesopotamiã,legis Geneseos cap.xxviij. De Dauid, K quomodo à Saul inuidente suæ gloriæ,profugerit ad Achis Philistæum,legis Regum primi libri cãpit.xxvij. 169 Patiens enim vir.) Sic habet Solomõ in prouerbiorũ cap. xiiij. Qui patiens est,multa gubernatur sapientia:qui autem impatiens est,exaltat stultitiam suam. 170 Toxotij sui.)Hic erat filius Paulæ natu minimus. 171 Et matris dolorem.) Nonnulla exemplaria habebant,matricis dolorem: vtraq; lectio tolerabilis,nisi quòd argutior est matris,vt intelligas affectum maternũ:quoniam de filiarum obitu paulò ante meminit. 172 Cõueni hominẽ.)Error quem coarguit, partim sapit Origenem,vel potius Platonẽ, & videtur Ruffinũ subnotare tacito nomine. 173 Christi flammeo.) Flam- Flammeũ.

meum est,quo fœmineꝫ tegũt capita. 174 Præsens vtriusq; nostri intentatur naufragium.) Ita constanter habebant exemplaria: neq; cuiq̃ obscurum est, quin hic locus sit depraua tus. Arbitror ita legendum:Præsens vtriq; nostrum intẽtatur naufragium,vt intelligas Eustochium & Hieronymũ pariter Paulæ obitu fuisse periclitatos,cùm illa viua fuissent felices. 175 Iusto & impio,bono & malo.) Ita scribit Ecclesiastes capite nono:eo quòd vniuersa æque veniant, iusto & impio,bono & malo,mundo & immundo, immolanti victimas & sacrificia cõtemnenti. Sicut bonus,sic & peccator: vt periurus,ita qui verum deierat. 176 Verum Noẽmi.) Noẽmi.

L נָעֳמִי Noëmi Hebraicè sonat pulchram vel consolatam: id trahit ad Paulam. Porrò locus est Ruth cap.j. 177 Hunc tibi librum.)Ad Eustochium filiam loquitur,non ad Paulã.

178 Ad duas lucubratiunculas.) Dictamus, cùm ipsi non scribimus,sed notario scribendũ pronunciamus:hoc est,lingua tãtum vtimur nostra,manu aliena. Et mirum est senem, vt apparet penè decrepitum, tantum potuisse duabus dictatiunculis, præsertim luctu occupatum. Non enim aliquid subinane suspicari libet in viro tã sancto. 179 Exegi monumentũ.)Exegi,pro perfeci dixit:monumentum vocat hũc librum,quem de illius scripsit virtutib⁹. Retulit autẽ carmẽ ex Odis Horatianis: Exegi monumentum ære perennius. Regaliq; situ pyramidum altius. Quod non imber edax, nõ aquilo impotẽs possit diruere, aut innumerabilis Annorum series,aut fuga temporum. 180 Ęre perennius.) Nã antiquitus ponebantur æreæ statuæ,aut tituli in æs incidebantur,ad propagandam in posteros defuncti memoriam. Verũ huiusmodi monumenta,si tempestatis,aut hominum iniuria non demolitur,certe tempus ipsum omnia consumens, abolet. Ingenij monumenta sola perpetua sunt,& in omne durãt æuum. 181 Agamẽnonis inclyta.) Maternum genus duxerat à Scipionibus & Gracchis, paternum ab Agamemnone.

182 Diuitias sobolem.)Post hoc carmen quidam codices additum habebant hunc versum:His fruitura locis,felix vbi M dona Magorum. Mihi videtur superesse.

ANTIDOTVS. Offendet fortassis nõnullos hic locus,quo diuus Hieronymus videt non satis tribuere his,qui sacras ædes suis sumptibus vel extruunt,vel ornant: cùm his tẽporibus pleriq; summã hãc esse pietatem existimẽt:& sint nõnulli principes,qui tot bella, tot cædes,tot sacrilegia, tot totius vitæ facinora simul atq; flagitia:probè cõpensata putent,si sacram aliquã ædiculã,vel alienis sumptibus curarint extruẽdam,vt ne quid dicam de episcopis. Et audias passim, sacerdotes tantum tribuentes donarijs templo dicatis,vt inexplebile sacrilegium fore clamitent, si quis hinc aliquid in pauperũ subsidiũ fame percuntiũ detrahere conetur: atq; id si fiat,Christum ipsum,aut virginẽ. Mariam suis bonis spoliari vociferentur. Quasi verò Christus eiusmodi gaudeat ostentaculis, qui ipse pauperrimus, opes istas calcandas esse docuit:aut sanctissima Maria nugis eiusmodi gaudeat,cũ viua semper neglexerit. Aut quasi decorũ sit ea ostentari in tẽplis Christianorũ, in quibus hæc docent esse spernẽda Christi discipulis. Non damnauit igitur Hieronymus elegantem templorũ structurã: non reprehendit ornatum mundũ, sed in his negat esse culmẽ virtutis: & præfert eleemosynã, quæ inuiua dei templa,hoc est,in Christi pauperes erogatur. Sed ipsius Hieronymi verba subnotabo:Nolebat,inquit,in his lapidibus pecuniã effundere, qui cum terra,& seculo trãsituri sunt:

A sunt: sed in viuis lapidibus, qui voluuntur super terrã: & cætera quæ sequuntur in hanc sententiam. Rursum aliquanto inferius, cùm ait: Iactent alij pecunias, & in corbonã dei æra congesta, funalibusq; aureis dona pendentia. Non improbat eos qui munera templis dicãt, sed quid magis probet innuit.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Hic Lucinius natione Beticus, destinarat adire Bethlehẽ, & opibus suis iuuerat Hieronymi gregem: sanctum igitur illius propositum collaudat, hortans vt pergat quò cœpit, ad perfectam virtutem. Respondet ad quædam, de quibus scripserat Lucinius.

HIERONYMVS AD Lucinium.

NEc opinanti mihi, subitò literæ tuæ redditæ sunt: quæ quanto insperatæ, tanto gaudiorũ plenæ, quiescentem animam suscitarunt: vt statim amore complecterer, quem oculis
B ignorabam, & illud mecum tacitus mussitarem:
Psal.54. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, & volabo
Cant.3. & requiescam, vt inueniat quẽ diligit anima mea? Verè nunc in te sermo dominicus completus est:
[1] Multi ab Oriente & Occidente venient, & recũ-
Acto.10. bent in sinu Abrahæ. Cornelius centurio cohortis Italicę, iam tunc Lucinij mei præfigurabat fidem. Apostolus Paulus scribens ad Romanos:
Roma.15. Cùm, inquit, in Hispaniã proficiscì cœpero, spero quòd prẽteriẽs videã vos, & à vobis deducar illuc: tantis fluctibus approbauit, quid de illa prouincia quæreret. In breui tempore ab Hierosolymis vsq; ad Illyricum Euangelij iaciens fundamenta, Romam vinctus ingreditur: vt vinctos superstitio-
Acto. vlt. nis erroribus liberos faciat. Manet in hospitio cõducto per biennium, vt nobis vtriusque instrumenti
Matt.4. æternam reddat domum. Piscator hominum, misso rete apostolico, te quoque quasi [2] pulcherrimum Auratam inter innumera piscium genera traxit ad littus. Reliquisti amaros fluctus,
C salsos gurgites, fissuras montium, & [3] Leuiathan regnantem in aquis, cum Iesu deserta expetens cõ-
Psal.62. tempsisti, vt possis illud propheticum canere: In
Psal.54. terra deserta, & in inuio, & inaquoso, sic in sancto apparui tibi. Et iterum: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate. Obsecro te & moneo parentis affectu, vt qui Sodomam reliquisti, [4] ad montana festinans, post tergum ne respicias: [5] ne aratri stiuam, ne fimbriam saluatoris, ne cincinnos eius, noctis rore madefactos, quos semel tenere cœpisti, aliquando dimittas: ne de tecto virtutũ pristina quæsiturus vestimenta descendas, ne de agro reuertaris domum, ne campestria cum Lot & amœna hortorum diligas: quę non irrigantur de cœlo vt terra sancta, sed de turbido flumine Iordanis, [6] postquam dulces aquas maris mortui commixtione
« mutauit. Cœpisse multorum est, ad culmen per-
« uenisse paucorum. Q ui in stadio currunt omnes
1.Cor.9. quidem currunt, sed vnus accipit brauium. At
Ibidem. contrà de nobis dicitur: Sic currite, vt apprehendatis. [7] Non est inuidus Agonotheta noster: nec alterius palma, alteri parat ignominiam. Omnes D
athletas suos desiderat coronari. Gaudet anima mea, & magnitudine lætitiæ [8] rem mœroris patior. [9] Ruth in lachrymas verba prorumpunt. Za Lucæ.19.
chæus publicanus ad vnius horæ conuersionem, hospitem habere meruit saluatorem. Martha & Lucæ.10.
Maria, conuiuio præparato dominum susceperè. & Ioan.11.
Meretrix lauat fletibus pedes, & vnguentis bo- &.12.
norum operum dominici corporis dedicat sepul- Lucæ.7.
turam. Simon leprosus inuitat magistrum cum Matt.26.
discipulis, & non contemnitur. Abrahæ dicitur: & Luc.7.
Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de Gene.12.
domo patris tui, & vade in terram quam mõstrauero tibi. Relinquit Chaldæam, relinquit Mesopotamiam: quærit quod nescit, ne perdat quod inuenerat. Non enim arbitratus est simul se habere posse & patriam & dominum, sed iam tunc
illud prophetæ Dauid opere complebat: Aduena Psal.38.
ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei: [10] Hebræus, id est, περάτης, atq; transitor: dum non est præsenti virtute contentus, sed præteritorum obliuiscẽs, in futurũ se extendit, & scit illud: Phil.3.
Ibunt de virtute in virtutem: mysticum sortitus E
est nomẽ, & viam tibi aperuit, quomodo non quę- 1. Cor.10.
ras ea quæ tua sunt, sed quæ aliena: & illos putes parentes, fratres, affines, atq; cognatos, qui tibi in Christo copulati sunt. Mater, inquit, mea & fra- Matt.12.
tres mei sunt hi, qui faciunt voluntatẽ patris mei. Habes tecum prius in carne, nunc in spiritu sociam: de coniuge germanam, de fœmina virum, de subiecta parem: quæ sub eodem iugo ad cœlestia simul regna festinat. Cauta rei familiaris dispensatio, & ad calculos† rediens, non citò deponi- †catulos.
tur. Ioseph cum tunica Aegyptiam effugere non Gene.39.
potuit. Adolescens ille, qui opertus sindone seque- Mar.14.
batur Iesum: quia tentus fuerat à ministris, terrenum abijciens operimentum, nudus euasit. Heli- 4.Reg.2.
as igneo curru raptus ad cœlum, [11] meloten reliquit in terris. Helisæus boues, & iuga prioris ope 3.Reg.19.
ris vertit in vota. Loquitur sapientissimus vir: Quirandum.
Q ui tangit picem, inquinabitur ab ea. Q uam- Eccli.13.
diu versamur in rebus seculi, & anima nostra pos-
sessionum [12] ac redituum procuratione deuincta F
est, de deo liberè cogitare non possumus. Q uæ e- 2.Cor.6.
nim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quę societas lucis ad tenebras? Q ui consensus Christi ad Belial? Q uæ pars fideli cum infideli? Non potestis, inquit dominus, deo seruire & mammonæ. Matt.6.
Aurum deponere incipientium est, non perfectorum. Fecit hoc [13] Crates Thebanꝰ, fecit Antisthenes. Seipsum offerre deo, propriè Christianorum
est & Apostolorũ: qui duo cum vidua pauperta- Mar.12.&
tis suæ in Gazophylacium æra mittentes, totum Lucæ.21.
censum quem habuerunt, domino tradiderunt, & merentur audire: Sedebitis super duodecim solia, Matt.19.
iudicantes duodecim tribus Israël. Hæc & ipse intelligis, quo animo replicem: & quòd sub aliis verbis te ad sanctorum locorum inuitem habitaculum. Abundantia tua multorũ inopiam sustentauit, vt & horum diuitiæ in tuam indigentiã re- 2.Cor.8.
dundarẽt. Fecisti tibi amicos de iniquo mammo- Lucæ.16.
na, qui te reciperent in æterna tabernacula. Laudanda res, & Apostolicorũ temporum virtutibus coæquanda: quando venditis possessionibus suis, Acto.4.
credentes afferebant pecunias, atq; fundebãt ante pedes

G pedes apostolorum, ostẽdentes auariciam esse cal
candam. Sed dominus magis quærit animas cre-
Prou.13. dẽtium,quàm opes. Legimus: Redemptio animæ
viri,propriæ diuitiæ. Possumus quidem diuitias
proprias intelligere,quæ non de alieno, non de ra
Prouer.3. pinis sunt:iuxta illud: Honora deũ de tuis iustis
laboribus:sed melior est intelligentia, vt diuitias
Matt.6.& pprias cognoscamus thesauros absconditos,quos
Lucę.12. nec fur possit suffodere,nec latro violentus eripe-
re. Opuscula mea,quę nõ sui merito,sed tua bo
nitate desiderare te dicis: ad describendum homi-
nibus tuis dedi, & descripta vidi in chartaceis co-
dicibus:ac frequenter monui,vt cõferrent diligẽ-
tius,& emendarẽt. Ego enim tanta volumina prę
frequẽtia commeantium & peregrinorum turbis
relegere nõ potui: & vt ipsi probauere præsentes,
longo tentus incommodo,vix diebus quadragesi-
mæ,quibus ipsi proficiscebantur, respirare cœpi.
Vnde[14] si paragrãmata reppereris,vel minus ali-
qua descripta sunt,quę sensum legentis impediãt:
Notarij nõ mihi debes imputare,sed tuis,& imperitię no-
indocti. tariorum librariorúmq; incurię:qui scribunt non
H quod inueniunt,sed quod intelligunt:& dum alie-
nos errores emendare nituntur, ostendunt suos.
Porrò Iosephi libros, & sanctorum Papiæ & Po-
lycarpi volumina,falsq; ad te rumor pertulit à me
esse translata:quia nec ocij mei,nec viriũ est,tan-
tas res eadem in alteram linguam exprimere ve-
nustate. Origenis[15] & sancti Didymi pauca tran-
stulimus, volentes nostris ex parte ostẽdere, quid
Græca doctrina retineret. Canonẽ Hebraicæ ve-
ritatis,[16] excepto octateucho, quem nũc in mani-
bus habeo, pueris tuis & notarijs dedi describen-
dum. Septuaginta interpretũ æditionem, & te ha
bere non dubito, & ante annos plurimos diligen-
tissimè emendatam, studiosis tradidi: nouũ Græ-
Librorum cę reddidi autoritati. Vt enim veterum librorum
correctio. fides de Hebræis voluminibus examinãda est, ita
nouorum Gręci sermonis normã desiderat. De
sabbato quod quæris,vtrum ieiunandum sit:& de
eucharistia,an accipiẽda quotidie,quod Romanæ
ecclesiæ & Hispaniæ obseruare perhibentur: scri-
psit quidem & Hippolyt[9] vir disertissimus, & car
I ptim diuersi scriptores è varijs autoribus ædide-
re. Sed ego illud te breuiter admonendum puto,
traditiones ecclesiasticas (præsertim quæ fidei nõ
officiant)ita obseruandas, vt à maioribus traditę
sunt. Nec aliorum consuetudinem, aliorum con-
trario more subuerti. Atq; vtinam omni tempo-
re ieiunare possimus, quod in Actib[9] apostolorũ
diebus Pentecostes & die dominico,apostolũ Pau
lum,& cum eo credentes fecisse legimus. Nec ta-
mẽ Manichæę hæreseos accusandi sunt,cùm car-
nalis cibus præferri non debuerit spirituali. Eu-
charistiam quoque absq; condemnatione nostri,&
pungente conscientia, semper accipere,& psalmi-
Psal.33. stam audire, dicẽtem: Gustate & videte, quoniam
suauis est dominus, & cum eo canere: Eructauit
Psal. 44. cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quòd
†festis. dominicis † diebus ieiunandum putem, & cotex-
†quinqua- tas sexaginta † diebus ferias auferã:sed vnaquęq;
ginta. prouincia abundet in sensu suo, & præcepta ma-
Rom.14. iorum,leges apostolicas arbitretur. Duo palliola,
& [17] amphimalum de tuis vsibus vel vtenda, vel
sanctis danda suscepi. Ego insignia paupertatis,
& [18] quotidianæ symbolia pœnitentiæ, tibi & so- K
rori tuæ misi: quatuor ciliciola apta proposito &
vsibus vestris: & codicem, hoc est visiones Esaiæ
valde obscurissimas, quas nuper historica expla-
natione differui: vt quotiescunque mea opuscula
videris, toties amici dulcissimi recordatus, naui-
gationem quam parũper distuleras,pares. Et quia
nõ est in homine via eius,& à domino gressus ho Hiere.10.
minis diriguntur: si fortè (quod procul absit)ali- Prou.20.
quid fuerit impedimenti, quæso vt quos charitas
iungit,terrarum longitudo non separet: & absen-
tem Lucinium nostrum, semper præsentem lite-
rarum vicissitudine sentiamus.

SCHOLIA.

MVlti ab Oriente & Occidente.)Siue quòd verè cõ 1
uersus esset ad Christum, rebus omnibus contem
ptis: siue quòd vndiq; Bethlehem concurreretur
è longinquis regionibus. 2 Pulcherrimum Au Aurata.
ratam.)Aurata piscis est,à colore dictus:qui nomen suũ ho-
diéq; apud vulgus Italicum obtinet. 3 Leuiathan regnan- L
tem.)Ita describitur apud Iob: Nũquid extraham Leuiathã
hamo? 4 Ad montana festinans.) Respexit ad historiam
Lot,qui iussus est ad montana fugere, Sodoma ardente. 5
Ne aratri stiuam.) Varijs allusionibus infarsit hunc locum.
Primùm allusit ad id quod est in Euangelio:q missa ad ara-
trum manu retrospexerit,non esse idoneum regno dei. De-
inde ad mulierem,quæ tacta fimbria Iesu, sanata est à fluxu
sanguinis. Item alludit ad illud quod est in Canticis: Caput
meum plenum est rore,& cincinni mei guttis noctium. Rur
sus ad illud Euangelicum,quod in die illa vetat, ne de tecto
descendat, vt tunicam recipiat, qui nudus fugere cœperit.
Rursum de Lot & Abraham,qui diuisi sunt. Abraham ele-
git montana,Lot campestria. 6 Postquam dulces aquas.)
Plinius libro quinto, capit. xv. prodidit Iordanem amnem Iordanis.
amœnum,salubribus esse aquis, donec post lõgos flexus ve-
lut inuitus Asphaltite lacui miscetur. Ibi perdit laudatas Asphal-
aquas pestilentibus mixtas. Diximus eum lacum mortuum tites.
mare dici. Significat autem verè Christianum, ab vniuersis
huius mundi curis liberum esse oportere. 7 Non est inui-
dus Agonotheta.)Agonotheta Græcis est,q certamini præ- Agono-
sidet,propositis præmijs,ἀγὼν certamen, τίθημι pono. 8 theta.
Rem mœroris patior.) Sic & apud Terentium Demæa la-
chrymat præ gaudio. 9 Ruth in lachrymas.)Est Ruth ca
pite primo:Flent enim nurus Noëmi,non dolore, sed amo- M
re. Simulq; profectæ sunt in Bethlehem. Vnde tacitè signifi-
cat diuus Hieronymus optare se consortium Lucinij. Sed su
spicor hunc locum esse deprauatum: legẽdum autem, Ruth
pro verbis lachrymæ prorũpunt. Quanquã & altera lectio
tolerabilis. 10 Hebræus,id est,πρώτοκος.) πρωτᾶμ Græcè est
transire,siue superare,aut transmittere. Idem Hebræis so-
nat Hebræus. 11 Meloten reliquit in terris.)μελότη pel- μελότη.
lis est ouilla,siue exuuium velleris ouilli: μῆλον enim ouem
significat. 12 Ac redituum.) A redeundo dicuntur, non à Reditus.
reddendo. Ouidius: Turpe thori reditu, cẽsus augere pater-
nos. Quod autem fructus ex re quapiam colligitur, id ex ea
redire dicitur. 13 Crates Thebanus.)Hic aurum abiecit in Crates.
mare:de quo dictum est aliàs. Antisthenes Cynic[9] fuit strẽ-
nuus cõtemptor omnium rerum. 14 Si paragrammata.) Paragram
πάραγράμματα dicere possis literas perperã positas: γράμ- mata.
μα litera,& præpositio πάρα, in malam ferè partem signifi-
cat. 15 Et sancti Didymi.) In huius catalogo testatur se
vertisse librũ de spiritu sancto. 16 Excepto octateucho.)
ὄκτω Græcè octo, & τεῦχος volumen, Ita distinguitur à
pentateucho, quinque complectente volumina Moysi, cùm
hæc pars octo complectatur. 17 Amphimalum.) Tunica Amphima
est Gausapina,vtrinq; villos habens. 18 Quotidianę sym- lum.
bolia pœnitentiæ.)σύμβολον aliquando significat signum,
inde diminutiuum symbolium.

Argumen-

A

ARGVMENTVM EPISTOLÆ SEQUENTIS.

Theodoram Hiſpanam viduam conſolatur de morte Lucinij Betici mariti, ſed quem fratris habuerit loco.

HIERONYMVS AD THEODORAM, EPITAPHIUM LUCINIJ BETICI.

VGubri nuncio conſternatus ſuper ſancti & venerabilis mihi dormitione Lucinij, vix breuem epiſtolam dictare potui. Nō quòd eius vicem doleam, quem ſcio ad meliora trāſiſſe, †dicente Moyſe: Trāſiens videbo viſionem hanc magnam: ſed quo torquear deſiderio, non meruiſſe me eius viri videre faciem, quem in breui tēpore huc venturum eſſe credebam? Verum eſt illud ſuper neceſſitate mortis prophetale vaticinium, quòd fratres diuidat, & chariſſima inter ſe nomina crudelis & dura diſſociet. Sed habemus conſolationem, quia domini voce iugulatur, per quem ad eam dicitur: Ero mors tua ō more, ero morſus B tuus inferne. Et in conſequentibus: Adducet vrētem ventum dominus de deſerto deſcendentem, qui ſiccabit omnes venas eius, & deſolabit fontē illius. Exiuit enim virga de radice Ieſſe, & flos de virginali frutice pullulauit. Qui loquitur in Cātico canticorum: Ego flos campi, & lilium cōuallium. Flos noſter mortis interitus, ideoq; & mortuus eſt: vt mors illius morte moreretur. Quod autem de deſerto dicitur adducendus, virginalis vterus demonſtratur, qui abſque coitu & ſemine viri, deum nobis fudit infantem: qui calore ſpiritꝰ ſancti exiccaret fontes libidinū, & caneret in pſalmo: In terra deſerta & inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Aduerſum ergo mortis duritiā & crudeliſſimam neceſſitatem hoc ſolatio erigimur, quòd breui viſuri ſumus eos, quos dolemus abſentes. Neq; enim mors ſed dormitio & ſomnus appellat. Vnde & beatus Apoſtolus vetat de dormientibus contriſtari: vt quos dormire nouimus, C ſuſcitari poſſe credamus: & poſt digeſtum ſoporē vigilare cum ſanctis, & cum angelis dicere: Gloria in excelſis deo, & ſuper terram pax hominibꝰ bonæ voluntatis. In cœlo, vbi nō eſt peccatum, gloria eſt, & perpetua laus, & indefeſſa præconia. In terra autem, vbi ſeditio, bella atque diſcordię, pax imprecanda eſt: & pax non in omnibus, ſed in his qui bonæ voluntatis ſunt: & ſalutationē audiunt Apoſtolicam: Gratia vobis & pax à deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto multiplicetur: vt in pace ſit locus eius, & habitatio eius in Sion, id eſt in ſpecula, in ſublimitate dogmatum atque virtutum, in anima credentis: cuius quotidie angelꝰ videt faciem dei, & reuelato vultu gloriam dei contemplatur. Vnde obſecro te, & currētem, vt aiūt, impello, vt Lucinium tuum deſideres quidem vt fratrem, ſed gaudeas regnare cum Chriſto: quia raptus eſt, ne malitia immutaret mentē eius. Placita enim erat deo anima illius, & in breui ſpatio tempora multa compleuit. Nos dolēdi magis, qui quotidie ſtamus in prælio peccatorum, vitijs ſordidamur, accipimus vulnera, & de ocioſo verbo reddituri ſumus rationem. Ille iam ſecurus & victor te aſpicit de excelſo, & fauet laboranti: & iuxta ſe locum præparat, eodem amore & eadē charitate, qua oblitus officij coniugalis: in terra quoque ſororem te habere cœperat: imò tu illum fratrem: quia caſta coniunctio, ſexum non habet nuptialem. Et ſi adhuc in carne poſiti & renati in Chriſto, [1] non ſumus Græcus & barbarus, ſeruus & liber, maſculus & fœmina, ſed omnes in eo vnū ſumus: quanto magis cùm corruptiuū hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem, non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis? [2] Quando dicit, non nubēt, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli in cœlis: non natura & ſubſtātia corporū tollitur, ſed gloriæ magnitudo monſtratur. Neque enim ſcriptū eſt, erunt angeli: ſed, ſicut angeli. Vbi ſimilitudo promittitur, veritas denegatur. Erūt, inquit, ſicut angeli, id eſt, ſimiles angelorū: ergo homines eſſe non deſinent. Inclyti quidem & angelico ſplēdore decorati, ſed tamē homines: vt Apoſtolus Apoſtolꝰ ſit, & Maria Maria: &† cōfundatur hæreſis, quæ ideo incerta & magna promittit, vt quæ certa & moderata ſunt, auferat. Et quia hęreſeos ſemel fecimus mentionem, qua Lucinius noſter dignę eloquentię tuba prædicari poteſt, qui ſpurciſſima per Hiſpanias [3] Baſilidis hæreſi fœuiente, & inſtar peſtis & morbi, totas intra Pyræneum & Oceanum vaſtante prouincias, fidei Eccleſiaſticę tenuit puritatem, nequaquā ſuſcipiens, Armagil, Barbelon, Abraxas, Balſamum, & ridiculum Leuſiboram, cæteraq; magis portenta quàm nomina: quæ ad imperitorum & mulierculārū animos cōcitandos, [4] quaſi de Hebraicis fontibus hauriūt, barbaro ſimplices quoſq; terrentes ſono: vt quod non intelligunt, plus merentur. Refert [5] Irenæus, vir Apoſtolicorum temporum, & Papiæ auditoris Euangeliſtæ Ioānis diſcipulus, epiſcopus Eccleſiæ Lugdunenſis: quòd Marcus quidā de [6] Baſilidis gnoſtici ſtirpe deſcendens, primùm ad Gallias venerit: & eas partes per quas Rhodanus & Garūna fluunt, ſua doctrina maculauerit: maximeq; nobiles fœminas, quædam in occulto myſteria repromittēs, hoc errore ſeduxerit: magicis artibus & ſecreta corporum voluptate, amorem ſui F concilians. [7] Inde Pyrenæū tranſiens, Hiſpanias occuparit, & hoc ſtudio habuerit, vt diuitum domus, & in ipſis fœminas maximè appeteret: quæ ducuntur varijs deſiderijs, ſemper diſcētes, & nūq; ad ſcientiam veritatis peruenientes. Hoc ille ſcripſit ante annos circiter trecētos. Et ſcripſit in his libris, quos aduerſus omnes hęreſes doctiſſimo & eloquentiſſimo ſermone compoſuit. Ex quo perpendat prudentia tua, qua Lucinius noſter laude ſit dignus: qui clauſit aurem, ne audiret iudicium ſanguinis: & omnem ſubſtantiam ſuam diſperſit & dedit pauperibus, vt iuſtitia eius maneret in æternum. Nec patriæ ſuæ largitate contentus, miſit Hieroſolymarum & Alexādrinæ Eccleſiæ tātū auri, quāto multorū poſſit inopiæ ſubueniri. Quod cùm multi mirētur & prædicēt, ego in illo magis laudabo feruorē & ſtudiū ſcripturarū: quo ille deſiderio opuſcula noſtra flagitauit, & miſſis ſex notarijs (quia in hac puincia Latini ſermonis ſcriptorūq; penuria eſt) deſcribi ſibi fecit, quęcūq; ab adoleſcētia vſq; in præſens tēpꝰ dictauimꝰ? Nō nos honorauit, q paruuli & minimi Chriſtianorū omnium

Gene. 3. † dicētem, Tranſiens &c.

Oſeæ. 13.

Ibidem.

Eſaiæ. 11.

Cant. 2.

Pſal. 62.

1. Theſ. 4.

Pax homi. bo. voluntatis.

Lucæ. 2.

Roma. 1.

Pſal. 75.

Sapiē. 4.

Matt. 12.

1. Cor. 15. Matt. 22. & Luc. 20

D

† Cōfundā tur hæreſes &c. in pluratiuo numero.

E

Portētoſa hæretico rū noia.

Irenæus.

2. Timo. 3.

Pſal. 111.

Notarij.

G omnium ſumus, & ob conſcientiam peccatorum,
Matt.25. Bethlehemitici ruris ſaxa incolimus: ſed Chriſtū,
& Luc.10. q honoratur in ſeruis ſuis: & Apoſtolis repromit-
Matt.10. tit, dicēs: Qui vos recipiunt, me recipiunt. Et qui
Lucæ.9. me recipiunt, recipiunt eum qui me miſit. Itaque
chariſſima filia, hanc epiſtolam amoris mei in illum habeto epitaphium: & quicquid poſſe me ſcieris in opere ſpirituali, audacter impera: vt ſciant
Eſaiæ.49 ſecula poſt futura, eum qui dicit in Eſaia: Poſuit me vt ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me, duos viros tantis maris atq; terrarum inter ſe ſpatijs ſeparatos, ſuo acumine vulneraſſe, vt cùm mutuo in carne ſe neſciant, amore ſpiritus copulentur. Subſcriptio: Sanctā te corpore & ſpiritu
Lucæ.10. ſeruet ille Samarites, id eſt, ſeruator & cuſtos: de
Pſal.120. quo in pſalmo ſcribitur: Nō dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſraēl: [8] vt Hir, qui interpretatur
vigil, qui deſcendit ad Daniel, ad te quoq; veniat,
Cant.5. & poſſis dicere: Ego dormio, & cor meum vigilat.

SCHOLIA.

1 HIc Non ſumus Græcus & barbarus.) Ita Paulus ad Galatas cap. iij. Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neq; Græcus: non eſt ſeruus, neq; liber: non eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. 2 Quando dicit, non nubent.) De hac hæreſi diſputat in epita-
Baſilides. phio Paulæ copioſius. 3 Baſilidis hæreſi.) Baſilides in cæteris Simonianus, trecentos ſexagintaquinque fabricatus eſt cœlos, vt teſtatur diuus Auguſtinus in libro ad Quoduultdeum. Inde myſticū illud nomen ſuis diſcipulis commenda-
ἄβραξας. bat ἄβραξας. Nam his literis iuxta Græcam ſupputationē, hic numerus ſignatur: α & β, ſignificant vnum & duo, ρ & α, centum & vnum ξ & α, ducenta & vnum: σ, quæ ſeptima eſt in hac dictione litera, ſignificat ſexaginta. In ſumma reddun tur trecenta ſexagintaquinq;. Proinde mundum hunc & hominem negabat à deo conditum, ſed à trecenteſimo ſexageſimoquinto cœlo. Idem negabat ipſum Chriſtum à Iudæis fuiſſe crucifixum, ſed eius loco Simonem Cyrenenſem, qui, iuxta Matthæum, coactus fuit baiulare crucem domini. Diuus Hieronymus enarrans tertium Amos prophetæ caput, prodidit Baſilidem hoc portentoſo vocabulo deum appellaſſe, quem gentiles alijs literis, ſed eundem reddentibus numerum, μύθραμ appellent. Mythran autem illi ſolem appellant, qui hoc dierum numero curſum annuum cōficit. Meminit idē huius prodigioſi vocabuli Abraxas, enarrans primum Abdiæ caput. Cæterum illud, Armagil, Bar-
I belon, Balſamum, Leuſibora, cōſimilis inſaniæ ſunt vocabula, in hoc cōficta, vt αἰῶνας, hoc eſt, ſecula ſignificent, literarum notis: quæ ridiculè commentus eſt Valentinus & Marcion, triginta conſtituens αἰῶνας, tetradas, ogdoadas dedecadas, atque huiuſmodi præſtigijs verborum, plæbeculæ ſimplici & imperitæ conans imponere: quæ peregrina magis miratur: & quæ minus intelligit, plus credit habere myſterij. Vnde qui ridiculas profitentur artes, magiam notoriā, Græca quædā & Hebraica, nonnulla conficta vocabula inculcant nihil ſignificantia. Meminit horum verborum Hieronymus & in libro aduerſus Vigilantium. Item in commentarijs in Eſaiam. 4 Quaſi de Hebraicis fontibus.) Non quòd Hebraica ſint, ſed quò plus haberēt autoritatis hinc ſumpta videri volebant, ex occultis illorum Thalmudicis aut Caballiſticis libris: haberentq; nonnihil tale, quale apud Hebræos no
Irenæus. men dei tetragrammaton. 5 Irenæus vir Apoſtolicorum temporum.) Hic volumen ſcripſit aduerſus quinque hæreſes, vt teſtatur in catalogo ſcriptorū Hieronymus, vbi mentionem facit & Papiæ. 6 Baſilidis gnoſtici.) Hoc cognominis ſibi vindicabant, ob arcanam myſteriorum ſcientiam, ſed rectius iidem κορβορίται ſunt dicti à cœno, ob turpitudinē quam exercebant in ſuis myſterijs. 7 Inde Pyrenæum.) Mōtes enim Pyrenæi Gallias dirimunt ab Hiſpanijs 8 Vt Hir, qui vigil.) Habes Danielis capite quarto.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Fabiolam nobilem fœminam laudat, quòd poſt lapſum ad Chriſtum conuerſa, ſanctiſſimam vereq; Chriſtianam egerit vitam, glorioſumq; meruerit vitæ finem. Scripſit ad hanc de veſtibus Aaron, cuius epiſtolæ initium eſt: Vſque hodie, quam in ſuo reperies Tomo. Item alteram, de manſionibus.

HIERONYMVS AD OCEAnum Epithaphium Fabiolæ.

DOlures anni ſunt, quòd ſuper dormitione Bleſillæ, Paulam venerabilem fœminam, recenti adhuc vulnere, cō ſolatus ſum. Quartæ æſtatis circulus voluitur, ex quo ad Heliodorum epiſcopum Nepotiani ſcribens epitaphium, quicquid habere potui virium, in illo tunc dolore conſumpſi. Ante hoc fermè biennium, Pammachio meo pro ſubita peregrinatione Paulinæ, breuem epiſtolam dedi, erubeſcens ad diſertiſſimū virum plura loqui, & ei ſua ingerere: ne nō tam conſolari L
amicū viderer, q̄ ſtulta iactantia docere perfectū. Nunc mihi fili Oceane volenti, & vltro appetenti, debitum munus imponis: quo pro nouitate virtutum, veterem materiam nouam faciam. In illis enim vel parentis affectus, vel mœror auunculi, vel deſiderium mariti temperandū fuit: & pro diuerſitate [1] perſonarum, diuerſa de ſcripturis adhibenda medicamina. In præſentiarum tradis mihi Fabiolam, laudem Chriſtianorum, miraculū gentilium, luctum pauperum, ſolatium monachorū. Quicquid primùm arripuero, ſequentium comparatione vileſcit. Ieiunium prædicem? Sed præualeſcunt eleemoſynæ. Humilitatem laudem? Sed maior eſt fidei ardor. Dicam appetitas ſordes, & in cōdemnationem veſtium ſericarum plæbeium cultū, & ſeruilia indumēta queſita? plus eſt animū depoſuiſſe, quàm cultum. Difficilius arrogantia, quàm auro caremus & gēmis. His enim abiectis, interdū glorioſis tumemus ſordibus: & vendibilem paupertatē, populari auræ offerimus. Cælata virtus, & conſcientię fota ſecreto, deū ſolum iudicem reſpicit. Vnde nouis mihi eſt efferenda præ- M
conijs: & ordine rhetorū prætermiſſo, tota de confeſſionis † ac pœnitentiæ incunabulis aſſumenda. † cōuerſionis.
Alius forſitan [2] ſcholæ memor, Q. Maximum,

[3] Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem, & * Fortè et
Fabiorum gentē* † proferret in mediū: diceret pu- Fabiorum
gnas: deſcriberet prælia: & per tantæ nobilitatis gente.
gradus Fabiolā veniſſe iactaret: vt quod in virga † totam Fabiorū gentem.
non poterat, in radicibus demonſtraret. Ego diuerſorij Bethlehemitici, & præſepis dominici amator, in quo virgo puerpera deum fudit infantem, ancillā Chriſti, non de nobilitate veteris hiſtorię, ſed de Eccleſię humilitate producam. [4] Et quia ſtatim in principio, quaſi ſcopulus quidā, & procella mihi obtrectatorū eius opponitur: quòd ſecundum ſortita matrimoniū, prius reliquerit: nō laudabo conuerſam, niſi prius ream abſoluero. Tāta prior maritus vitia habuiſſe narratur, vt ne ſcortum quidē & vile mancipiū ea ſuſtinere poſſet. Quæ ſi voluero dicere, perdam virtutē fœminæ: quæ maluit culpam ſubire diffidij, q̄ [5] corporis ſui infamare partem, & maculas eius detegere.

Hoc

A Hoc ſolum proferam, quod verecundę matronæ
Matt.5. & Chriſtianæ ſatis eſt. Præcepit dominus vxorē
&.19. non debere dimitti, excepta cauſa fornicationis:
& ſi dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quicquid
viris iubetur, hoc conſequenter redundat in fœ-
minas. Neque enim adultera vxor dimittēda eſt,
1.Cor.6. & vir mœchus tenendus. Si quis meretrici iungi-
tur, vnū corpus facit: ergo & quę ſcortatori impu
roq; ſociatur, vnum cum eo corpus efficitur. Aliæ
ſunt leges Cæſarū, aliæ Chriſti: aliud Papinian⁹,
ff.lib.48. aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos viris im
& Cod. li. pudicitiæ frena laxantur: & ſolo ſtupro atq; adul-
9.tit. Ad terio condemnato, paſſim per lupanaria & ancil-
leg. Iul.de lulas libido permittitur: quaſi culpam dignitas fa
adſt.l.1.& ciat, nō voluntas. Apud nos, quod non licet fœmi
22. & 25. nis, æque non licet viris: & eadem ſeruitus pari cō
Vitioſus. ditione cēſetur. Dimiſit ergo, vt aiunt, vitioſum:
dimiſit illius & illius criminis noxiū: dimiſit (pe-
Horatia- nè dixi) quod clamante vicinia, vxor ſola nō pro-
num. didit: ſin autē arguitur, quare repudiato marito,
non innupta permanſerit: facilè culpam fatebor,
1.Cor.7. dum tamen referam neceſſitatem. Melius eſt, in-
Nota. B quit Apoſtolus, nubere q̄ vri. Adoleſcentula erat,
Rom.7. viduitatē ſuam ſeruare non poterat. Videbat aliā
legem in mēbris ſuis repugnantē legi mentis ſuę,
& ſe vinctam & captiuam ad coitum trahi. Meli⁹
arbitrata eſt apertè confiteri imbecillitatē ſuam,
& vmbram quandam miſerabilis ſubire coniugij,
quàm ſub gloria vniuiræ opera exercere meretri-
1.Tim.5. cum. Idē Apoſtolus vult viduas adoleſcētulas nu
bere, filios procreare, nullam dare occaſionem ad-
uerſario maledicti gratia. Et protin⁹ cur hoc ve-
lit, exponit: Iam enim quædam abierūt retrò poſt
Satanam. Igitur & Fabiola, quia perſuaſerat ſibi,
& putabat a ſe virum iure dimiſſum: nec Euange
lij vigorem nouerat, in quo nubendi vniuerſa cau
ſatio viuentibus viris fœminis amputatur: dum
multa diaboli vitat vulnera, vnū incauta vulnus
accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis mo
ror, quærens excuſare culpam, cuius pœnitētiam
ipſa confeſſa eſt? Quis hoc crederet, vt poſt mor-
tem ſecundi viri in ſemet reuerſa: quo tempore ſo
lent viduę negligētes, iugo ſeruitutis excuſſo, age-
C re ſe liberius, adire balneas, volitare per plateas,
vultus circūferre meretricios: ſaccū indueret, vt
errorem publicè fateretur: & tota vrbe ſpectante
Romana, ante diem Paſchæ⁶ in baſilica quondam
Lateran⁹. Laterani, qui Cæſariano truncatus eſt gladio, ſta-
ret in ordine pœnitentium, epiſcopo, presbyteris,
& omni populo collachrymantibus: ſparſum crī-
nem, ora lurida, & ſqualidas manus, ſordida colla
ſubmitteret? Quę peccata fletus iſte non purget?
Matt.26. Quas inueteratas maculas hæc lamenta non ab-
& Ioā. 18. luant? Petrus trinam negationem trina cōfeſſio-
& Ioā. 21. ne deleuit: [7] Aaron ſacrilegium, & conflatum ex
auro vituli caput, fraternæ correxere preces. Da-
2.Reg.2. uid ſancti & māſuetiſſimi viri homicidium pari-
ter & adulterium, ſeptem dierum emendauit fa-
mes. Iacebat in terra, volutabatur in cinere: & ob-
litus regiæ poteſtatis, lumē quærebat in tenebris.
Pſal.50. Illumq; tantum reſpiciens quē offenderat, lachry-
Ibidem. mabili voce dicebat: Tibi ſoli peccaui, & malum
coram te feci. Et: Redde mihi læticiam ſalutaris
tui, & ſpiritu principali confirma me. Atque ita
factum eſt, vt qui me prius docuerat virtutibus
ſuis, quomodo ſtans non caderem: doceret per pœ D
nitentiam, quomodo cadens reſurgerem. Quid
tam impiū legimus inter reges [8] quàm Achab, de
quo ſcriptura dicit: Nō fuit alius talis vt Achab:
qui venundatus eſt, vt faceret malum in conſpe-
ctu domini? Hic cùm propter ſanguinem Nabu-
thæ correptus fuiſſet ab Helia, & audiſſet irā do-
mini per ꝓphetā: Occidiſti, & inſuper poſſediſti:
& ecce ego inducam ſuper te malum, & demetam
poſteriora tua, & reliqua: ſcidit veſtimenta ſua, &
operuit cilicio carnem ſuam: ieiunabátque in ſac-
co, & ambulabat demiſſo capite. Tunc factus eſt
ſermo dei ad Heliam Thesbyten, dicens: Nonne
vidiſti Achab humiliatum coram me? Quia er-
go humiliatus eſt mei cauſa, nō inducam malum
in diebus eius. O felix pœnitētia, quæ ad ſe dei
traxit oculos: quæ furentem ſententiam dei, con-
feſſo errore mutauit. Hoc idē & Manaſſen in Pa- 2.Parali-
ralipomenon, & Niniuen feciſſe legimus in pro- po.33.
pheta, publicanum quoque in Euangelio. E quib⁹ Ionæ.3.
primus non ſolum indulgentiam, ſed & regnū re- Lucæ.18.
cipere meruit, altera impendētem dei fregit iram.
Tertius pectus verberans pugnis, oculos non le-
uabat ad cœlū. Et multo iuſtificatior receſſit pu- E
blicanus humili confeſſione vitiorum, quàm pha
riſæus ſuperba iactatione virtutum. Non eſt loci
huius vt pœnitentiam prędicem, & quaſi [9] contra
Montanum Nouatumq; ſcribens, dicam illam ho Ppſal.26.
ſtiam domino eſſe placabilē: Et, ſacrificium deo, Pſal.50.
ſpiritum contribulatum: Et, malo pœnitentiam Fzech.18.
peccatoris, quàm mortē: Et, exurge, exurge Hie- Eſaiæ.60.
ruſalem: & multa alia, quæ prophetarum clangūt &Baruch.
tubæ. Hoc vnum loquar, quod & legentibus vti- 5.
le ſit, & præſenti cauſæ conueniat. Non eſt confu- Lucæ.9.
ſa dominum in terris, & ille eam non confunde-
tur in cœlo. Aperuit cunctis vulnus ſuum, & de-
colorem † in corpore cicatricē, flens Roma cōſpe † decoro.
xit. Diſſuta habuit latera, nudum caput, clauſum
os. Nō eſt ingreſſa eccleſiam domini, ſed extra ca Num.12.
ſtra cum Maria ſorore Moyſi ſeparata conſedit: & Deut.
vt quam ſacerdos eiecerat, ipſe reuocaret. Deſcen- 24.
dit de ſolio delitiarum ſuarum, accepit molam, fe- Eſaię.47.
cit farinam, & diſcalciatis pedibus tranſiuit fluē- Eodē.74.
ta lachrymarum. [10] Sedit ſuper carbones ignis. Hi F
ei fuere in adiutorium. Faciem per quam ſecūdo
viro placuerat, verberabat, oderat gēmas, linteā-
mina videre non poterat, ornamenta fugiebat.
Sic dolebat, quaſi adulterium commiſiſſet, & mul
tis impēdijs medicaminum vnum vulnus ſanare
cupiebat. Diu morati ſumus in pœnitentia, in
qua velut in vadoſis locis reſedimus, vt maior no
bis & abſq; vllo impedimēto ſe laudum eius cam-
pus aperiret. Recepta ſub oculis omnis eccleſiæ
communione, quid fecit? Scilicet in die bona ma- Eccli.11.
lorum non oblita eſt: & poſt naufragium rurſum
tentare noluit pericula nauigandi. Quin potius
omnem cenſum quē habere poterat (erat autē am
pliſſimus, [11] & reſpondens generi eius) dilapida-
uit, ac vendidit: & in pecuniam congregatum, vſi- Marc.10.
bus pauperum præparauit, & prima omnium [12] & Lucę.18
νοσοκομεῖον inſtituit, in quo ægrotantes colligeret
de plateis, & conſumpta languoribus atque ine-
dia miſerorum membra foueret. Deſcribam ego
nūc diuerſas hominum calamitates, truncas na-
res, effoſſos oculos, ſemiuſtos pedes, luridas ma-
nus,

Gnus,tumentes aluos, [13] exile femur,crura turgentia,& de exesis ac putridis carnib9, [14] vermiculos bullientes? Quoties morbo regio & pedore confectos humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit
† quæ purulentā vulnerum saniem, quā † alius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & [15] spirans cadauer sorbitiūculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos ob stomachi angustiā exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria,& clementes esse pecunia,nō manu. Quos equidem nō reprobo,& teneritudinem animi nequaquam interpretor infidelitatem: sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfectæ mentis ardorem [16] in cœlum laudibus fero. Ma-
Lucæ.16. gna fides ista contemnit. Scit quid in Lazaro diues purpuratus aliquando nō fecerit,quali superba mens retributione damnata sit. Ille quem despicimus,quem videre nō possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit,nostri similis est, de eodem nobiscum formatus est luto, ijsdem cōpactus elementis. Quicquid patitur,& nos pati
H possumus. Vulnera eius existimemus propria: & omnis animi in alterum duritia,clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur. Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum, Ferrea vox,
Omnia morborū percurrere nomina possim,
Quæ Fabiola in tanta miserorū refrigeria cōmutauit,vt multi pauperū sani,languentibus inuiderent. Quanquam illa simili liberalitate erga clericos & monachos ac virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatum est? Quem nudum & [17] clinicum non Fabiolæ vestimenta texerunt? In quorum se indigētiam nō effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat ergo insulas & totum Ethruscum mare, Volscorumq; prouinciam,& reconditos curuorum littorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori,vel proprio corpore,vel trāsmissa per viros sanctos ac fideles munificentia circūibat. Vnde repentè & cōtra opinionem omnium Hierosolymam nauigauit,vbi multorum excepta concursu,nostro parū-
† pauperri per † vsa est hospitio: cuius societatis recordās,vi
mio. 1 deor mihi adhuc videre quam vidi. Iesu bone, quo illa feruore,quo studio intēta erat diuinis voluminibus? & veluti quandam famem satiare desiderans,per prophetas,Euangelia, psalmosq; currebat: quæstiones & proponens, & solutas recondens in scriniolo pectoris sui. Nec vero satiabatur
Eccl's.2. audiendi cupidine,sed addens scientiam, addebat dolorem: & quasi oleum flammæ adieceris,maioris ardoris fomenta capiebat. Quodam die cùm in manibus Moysi Numeros tenerem9,& me verecundè rogaret,quid sibi vellet nominum tanta congeries: cur singulę tribus in alijs atque alijs locis variè iungerentur: quomodo Balaam ariolus sic futura Christi mysteria prophetarit, vt null9 propemodum prophetarum tam apertè de eo vaticinatus sit: respondi vt potui,& visus sum interrogationi eius satisfacere. Reuoluens ergo librum,peruenit ad eum locum,vbi catalogus describitur omnium māsionum,per quas de Aegypto egrediens populus,peruenit vsque ad fluenta Iordanis. Cumq; causas quæreret & rationes singularum,in quibusdam hæsitaui,in alijs inoffenso cucurri pede, in plerisque simpliciter ignoran- K
tiam cōfessus sum. Tunc verò magis cœpit vrgere, & quasi non mihi liceret nescire, quod nescio, expostulare: ac se indignam tantis mysterijs dicere. Quid plura? Extorsit mihi negandi verecundiam, vt proprium ei opus huiuscemodi disputatiunculæ pollicerer,quod vsq; in præsens tempus, vt nunc intelligo,domini voluntate dilatum,reddetur memoriæ illi9; vt sacerdotalibus prioris ad se voluminis induta vestibus,per mundi huius solitudinem gaudeat se ad terrā repromissionis aliquando venisse. Verùm quod cœpimus prosequamur. Quærentibus nobis dignum tantæ fœminæ habitaculum,cùm illa ita solitudinē cuperet,vt diuersorio Mariæ carere nollet: ecce subitò discurrentibus nuncijs, Oriens totus intremuit [18] ab vltima Mæotide inter [19] glacialem Tanain,& [20] Massagetarum immanes populos,vbi Caucasi rupibus feras gentes [21] Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunorum examina,quæ pernicib9 Huni.
equis huc illucq; volitantia,cædis pariter ac terroris cuncta cōplerent. Aberat tunc Romanus exer L
citus,& bellis ciuilibus in Italia tenebatur. Hanc gentem Herodotus refert sub Dario rege Medorum viginti annis Orientem tenuisse captiuum, & ab Aegyptijs atq; Aethiopibus annuū exegisse vectigal. Abigat Iesus ab orbe Romano [22] tales vltra bestias. Inlperati vbiq; aderant,& famā celeritate vincentes, nō religioni,nō dignitatibus,nō ætati parcebant,non vagientis miserebantur infantiæ. Cogebantur mori,qui nōdum viuere cœperant. Et nescientes malum suum, inter hostium manus ac tela ridebāt. Consonus inter omnes rumor,petere eos Hierosolymam,& ob nimiam auri cupiditatem ad hanc vrbem percurrere. Muri neglecti [23] pacis incuria sartiebant: [24] Antiochia obsidebatur. [25] Tyrus se volens à terra abrumpere,insulam quærebat antiquam. Tūc & nos compulsi sumus parare naues,esse in littore,aduētum hostium præcauere,& sæuientibus ventis, magis barbaros metuere quàm naufragium, nō tā propriæ saluti,quàm virginum castimoniæ prouidētes. Erat in illo tempore quædā apud nos dissen- M
sio,& barbarorum pugnā domestica bella superabant. Nos in Oriente tenuerunt iam fixæ sedes, & inueteratum locorum sanctorum desiderium. Illa [26] quæ tota in sarcinis erat,& in omni vrbe † † orbe.
peregrina,reuersa est ad patriā, vt ibi pauper viueret,vbi diues fuerat: manēs in alieno,quæ multos prius hospites habuit: &(ne sermonē longius protrahā) in cōspectu Romanæ vrbis pauperibus erogaret,quod illa teste vendiderat. Nos hoc tātū dolemus,quòd precioſissimū de sanctis locis monile perdidimus. Recepit Roma quod amiserat,& procax ac maledica lingua gentiliū,oculorū testimonio confutata est. Laudet cæteri misericordiā eius,humilitatem,fidē: ego ardorē animi plus laudabo. Librū quo Heliodorū quondam iuuenis ad eremū cohortatus sum,tenebat memoriter: & Romana cernēs mœnia,inclusam se esse plangebat. Oblita sexus,fragilitatis immemor, ac solitudinis tātū cupida,ibi erat,vbi animo morabatur. Nō poterat teneri cōsilijs amicorum: ita ex vrbe, quasi de vinculis,gestiebat erūpere. Dispēsationē pecunię,& cautā distributionē gen9 infidelitatis
vocabat.

A vocabat. Non alijs distributionem eleemosynarū tribuere, sed suis pariter effusis, ipsa pro Christo stipes optabat accipere. Sic festinabat, sic impatiens erat morarum, vt illam crederes profecturā. Itaq; dum semper paratur, mors eam inuenire nō potuit imparatam. Inter laudes fœminæ subitò mihi Pammachius meus exoritur. Paulina dormit, vt iste vigilet. Præcedit maritum, vt Christo famulum derelinquat. Hic hæres vxoris, & hæreditatis alij possessores. Certabant vir & fœmina, quis in portu Abrahæ tabernaculū figeret: & erat hæc inter vtrumq; contentio, quis humanitate superaret. Vicit vterq;, & vterq; superatus est. Ambo se victos & victores fatentur, dū quod alter cupiebat, vterq; perfecit. Iungunt opes, sociant voluntates: vt quod æmulatio dissipatura erat, concordia cresceret.[27] Necdum dictum, iam factum. Emitur hospitiū, & ad hospitium turba cōcurrit. Non est enim labor in Iacob, nec dolor in Israēl. Adducunt maria, quos in gremio suo terra suscipiat. Mittit Roma properātes, quos nauigaturos
B littus molle confoueat. Quod Publius semel fecit[28] in insula Mytilene erga vnum Apostolum, & ([29]ne contradictioni locū tribuam) in vnā nauim, hoc isti & frequenter faciunt & in plures: nec solum inopum necessitas sustentatur, sed prona in omneis munificentia aliquid & habentibus prouidet. Xenodochium in portu Romano situm, totus pariter mundus audiuit. Sub vna æstate [30] didicit Britānia, quod Aegyptus & Parthus noue-
Roma.8. rāt verè: Quod scriptum est: Timētibus dominū, omnia cooperantur in bonum, in obitu tantæ fœminæ vidimus cōprobatum. Quodam præsagio futurorum ad multos scripserat monachos, vt venirent, & se graui onere laborantē absoluerent, fa-
Lucæ. 16. ceretq; sibi de iniquo mammona amicos, qui eam reciperent in æterna tabernacula. Venerūt, amici facti sunt, dormiuit illa[31] quomodo voluit: & deposita tandem sarcina, leuior volauit ad cœlum.

Quantū haberet viuentis Fabiolæ Roma miraculum, in mortua demonstrauit. Necdum spiritum exhalauerat, necdum debitam Christo reddi-
C derat animā: [32] Et iam fama volans, tanti prænuncia luctus totius vrbis †populum ad exequias cōgregabat. Sonabāt psalmi, & aurata templorū, reboans in sublime [33] quatiebat alleluia.[34] Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes fœmineas & facta ferant.[35] Non sic Furius de Gallis, [36] Non Papyrius de Samnitibus,[37] non Scipio de Numantia, nō Pompeius[38] de Ponti gentibus triumphauit. Illi corpora vicerant, hæc spirituales nequitias subiugauit. Audio præcedētiū turmas, & cateruatim in exequijs eius multitudinem confluentem. Non plateę, non porticus, non imminētia desuper tecta capere poterant prospectantes. Tunc suos[39] in vnum populos Roma conspexit: fa uebant sibi omnes in gloria pœnitentis. Nec mirum si de eius salute homines exultarent, de cuius
Lucæ.15. conuersione angeli lætabantur in cœlo. Hoc tibi Fabiola ingenij mei senile munus, has officiorum [40] inferias dedi. Laudauimus sæpe virgines, viduas, ac maritatas, quarum semper fuere candida
Apoc.14. vestimenta, quæ sequuntur agnum quocunq; vadit. Felix præconium, quod nulla totius vitæ sorde maculatur. Procul liuor faceſſat, absit inuidia.

[41] Si paterfamilias bonus est, quare oculus noster D
malus est? Quæ inciderat in latrones, Christi hu- Lucæ.15.
meris reportata est. Multæ mansiones sunt apud Ioan.14.
patrem. Vbi abundauit peccatum, superabunda- Roma.5.
uit gratia. Cui plus dimittitur, plus amat. & 6.
Lucæ.6.

SCHOLIA.

PArentis affectus.) Parentis, refertur ad Paulam Blesillæ matrem: auunculi, ad Heliodorū Nepotiani auunculum: mariti, ad Pammachium Paulinæ maritum. 2 Scholæ memor.) Declamatoriam scholā intellige. Porrò præcepta iubent in genere laudatorio à maiorū laudibus ordiri. 3 Vnus qui nobis.) Retulit Vergilianum carmen ex libro Aeneidos sexto, quod ille ab Ennio mutuatus traditur. Dictū est hodie de Quinto Q. Fab.
Fabio Maximo, qui contatione sua Hannibalē fregit, remq; Max.
Romanam penè ad extremam desperationem redactam restituit. Vnde & contator dictus est. 4 Et quia statim in princip.) Hoc ad consiliū pertinet, quod & admonet Quintilianus, vt si quid fuerit quod ad causam videatur obstaturum, id amoliamur, nō obseruata ratione communium præceptorum. Id quod fecit M. Tullius in oratione habita pro Milone. 5 Corporis sui infamare partem.) Corporis par E
tem maritum vocat, quòd vir & vxor vnum corpus appellet Paulus. Hoc addidit, ne videretur vel fauore tacuisse, vel metu, sed humanitate. Hoc admonendum putaui, ne quis hic ineptè argutus, aliquid obscœnius somniet, cùm nihil tale significet Hieronymus. 6 In basilica quondam Laterani.) Lateranē-
Indicat vnde basilica Lateranensis, quæ Romæ summa fuit, sis basilica
nomē inuenerit. 7 Aaron sacrilegiū.) Legis Exodi capite vigesimosecundo. Fraternas preces, Moysi preces intelligit.

8 Quàm Achab.) De peccato Achab, & de huius pœnitentia, legis tertio libro Regum, capite vigesimoprimo. 9
Cōtra Montanum.) Vel hinc apparet, istos Christianis post Montani
baptismum lapsis, negasse per pœnitentiam reditum ad gra- hæresis.
tiam Christi: deceptos, opinor, occasione verborum Pauli in epistola ad Hebræos: Impossibile est &c. Et Ioannis in prima epistola: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Alioqui si senserunt non esse recipiendos in contubernium Ecclesiæ, qui à baptismo prolapsi fuissent in aliquod crimen, ab hac sententia minimum abfuit Augustinus, qui semel lapso aperit Ecclesiæ fores, relapso claudit. Nec tamen huic claudit fores cœli, cui claudit fores templi. Ex hoc Confessio
loco potes animaduertere, olim confessionem fuisse publicā; publica, &
& de notis commissis, publicam item satisfactionem. Et ap- secreta.
paret Hieronymi tempore nondum institutam fuisse secretam admissorum confessionē, quam postea Ecclesia salubriter instituit, si modo rectè vtantur ea & sacerdotes & laici. Verùm in hoc labuntur theologi quidā parum attenti, quòd quæ veteres illi de huiusmodi publica & generali confessione, quæ nihil aliud erat, quàm signis quibusdam & piaminibus ab episcopo indictis, se peccatorem, & bonorum cōmunione indignum agnoscere, trahūt ad hanc occultam, & longè diuersi generis. 10 Sedit super carbones ignis.) Allusit ad carbones desolatorios Dauid: & carbonē viuum, qui purgauit labia Esaiæ. 11 Et respondens generi.) Respondens eleganter dixit, pro cōueniens & par. Erat enim vt nobilissima, ita & ditissima. 12 Nosocomion.) Ita lego in plerisq; exemplaribus. Vide legendū ne sit νοσωντοκώμιον, quod La- Nosoco-
tinè sonat languentium viculum. Nam νοσεῖν ægrotare est, mium.
κώμη vicus seu castellum. Nisi fortè mauis νοσοκωμεῖον à verbo κομάω, quod est curo seu nutrio, pro loco quo nutriuntur ac fouentur ęgroti: atq; hoc mihi magis placet. Neque enim admodū me mouet interpretatio Græcæ vocis, quā in quibusdā codicibus asscripsit nescio quis. 13 Exile femur, crura tur.) Allusit ad Horatianū illud: Et femur tumentibus exile suris additum. Id autē solet euenire tumidis & hydropicis. 14 Vermiculos bullientes.) Significat morbū pedi- Pedicula-
culārē, quo perijt L. Sylla. 15 Spirans cadauer.) Quasi viuens iam mortuꝰ sit: hoc superius alijs dixit verbis, de morbo regio laborātibus: Suo funeri superuiuit. 16 In cœlū laudi- ris morbꝰ.
bus fero.)

G bus fero.)Prouerbialis est hyperbole,pro eo quod est, vehementer laudare. 17 Clinicum.)Id est,qui ob morbum lecto decumbit, vt alibi diximus. 18 Ab vltima Mæotide.) Quæ ad Scythas pertingit. Vnde & ea gens Mæotici vocantur,à palude Mæotide,quæ à Bosphoro ad Tanaïm vsq; deflectitur,autore Mella. 19 Glacialem Tanaïm.)Quòd flumen hoc ob regionis frigus sæpe cõcrescat gelu. 20 Massagetæ.)Populus est Scythiæ,intra Caucasi rupes cõclusus. 21 Alexandri claustra.) De portis Caucasijs sentit, quas magno errore Caspias vocatas, admonet Plinius libro sexto,capite vndecimo. Item libro quinto , capite vigesimo-septimo. Hac de re qui plura cupiet cognoscere, legat librũ Strabonis vndecimum. 22 Tales vltra bestias.) Nouè dixit,pro eo quod est,magis feros,quàm sint ipsæ bestiæ : nisi malis,vltra,pro posthac. 23 Pacis incuria.)In pace negliguntur ea quæ ad bellum pertinent. 24 Obsidebatur Antiochia.)De ciuitate Antiochia sentit,quæ sita est in Cœlesyria. 25 Tyr⁹ se volẽs à terra.)Tyrus metropolis Phœnices,abest vigesimo prope miliario à Cęsarea Philippi,quõdam insula mari prælto septingentis passibus diuisa: sed ab Alexandro Magno continens facta, comportatis aggeribus, vt ipse testatur alibi Hieronymus. 26 Quæ tota in sarcinis.) Hieronymus & Paula cum suis virginibus cogebantur
H manere,quòd illic iam ædificauerant. At Fabiola, quoniam omnia sua in sarcinis habebat,non in ædificijs aut fundis, poterat fugere. Hoc adiecit, ne videretur reliquisse Bethlehẽ: vel quòd parum illi conueniret cum cæteris,vel quòd instituti pœniteret. 27 Necdum dictũ, iam factũ.) Hoc proverbiali dicto miram facti celeritatem significabant. Vergilius:Dicto citius tumida æquora placat. 28 In insula Mitylene.)Insula est opposita Asiæ,in qua Paul⁹ excussit viperam:& in qua Publius eius insulæ princeps , Paulum triduo benignè excepit hospitio:cuius patrẽ sanauit dysenteria laborantem , vt legis in Actis apostolicis capite. xxviij. 29 Ne contradictioni.) Vt excludam, quod fortè quis obiecturus sit, Publium in plures hospitalem fuisse,nempe in vnam nauim,quæ Paulum vehebat. 30 Didicit Britannia.) Britanniam nominat,vt quę longissimè semota sit ab Aegypto. Adeo velox fuit fama,vt quod verè cognouerant propinqui Aegyptij,id eadem æstate rumor ad Britannos extremos orbis peruexerit. 31 Quomodo voluit.) Hoc est pauper : id enim optabat. 32 Et iam fama volãs.) Rursus intertexuit versum Maronis. 33 Quatiebat alleluia.)Annotandũ est, alleluia cani solitum in funere Christianorum , velut à gratulantibus,quòd euolassent ad superos. 34 Hic iuuenum chorus.)Carmẽ est Maronis ex octauo Aeneidos libro: Hic iuuenum chorus, ille senum qui carmine laudes Herculeas
I & facta ferunt. Herculeas Hieronymus vertit in fœmineas. 35 Non sic Furius.)Furium Camillum sentit, qui Gallos præter spem ex vrbe Roma depulit. 36 Non Papyrius.) Papyrius Cursor egregiam de Samnitib⁹ victoriam retulit, cęsis eodem die Samnitũ triginta milibus,trecentis quadraginta:captis quatuor milibus, septuagintaseptem: captis itẽ signis militaribus nonagintaseptẽ. Autor Titus Liuius primæ Decadis libro decimo. 37 Nõ Scipio de Numantia.) Scipio Africanus Numantiam acerrimè obsedit . Ipsi ciues ne in manus victoris venirent,inuicem sese trucidarunt. Scipio tandem captam vrbem funditus deleuit , dęq; ea triumphauit. 38 De Ponti gentibus.) Cneus Pompeius Tigranem Armeniorum regem in deditionem accepit:Mithridatem sæpius prælio victum,& fugientem per omnia persecutus,ad sumendum venenum adegit. Deniq; Asiam in prouinciæ formam redegit. 39 In vnum populos.) Vel quia septicollis est vrbs,vel quia varias habet in se natiões vrbs Romana. 40 Inferias dedi.)Inferiæ dicuntur sacrificia , aut munera quæ in honorem defunctorum inferuntur. 41 Si paterfamiliâs.) Christum intelligit , qui benignitate sua dignatus est eam hoc honore,quæ resipuit post lapsum.

Clinicus. Mæotis. Tanaïs. Massagetę Caucali portæ. Furius Camillus. Papyrius cursor. Scipio afr. Numãtia. Cn.Põp. Inferiæ. Britãnia. Alleluia.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ SEQVENTIS.

Excusat se Theophilo papæ Alexandrino , quòd librum illius paschalem,eruditum pariter & eloquẽtem, serius verterit: impeditus partim obitu Paulæ , partim suo morbo. K

HIERONYMVS AD Theophilum.

EX eo tempore quo beatitudinis tuæ accepi epistolas,[1] iuncto paschali libro,vsque in præsentem diem, ita & mœrore luctus,& solicitudine,ac diuersis super statu ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum , vt vix volumen tuũ potuerim in Latinum sermonem vertere . Optimè enim nosti iuxta veterem sententiam,[2] nõ esse tristem eloquentiam: maximè si ad ægritudinẽ animi,accedat corporis ægritudo. Et hanc ipsam epistolam febre ęstuans,& quintum iam diem decumbens lectulo,nimia festinatione dictaui : breuiter indicãs beatitudini tuæ , magnum me laborem sustinuisse in trãslatione eius, vt omnes sententias pari venustate transferrem , & Græcę eloquentiæ,Latinum aliqua ex parte respõderet eloquium. In principio philosopharis, & generaliter L agens dum omnes erudis, vnum iugulas : in reliquis autem quod vel difficillimum est , rhetoricæ eloquentiæ iungis philosophos,& [3] Demosthenẽ, atque Platonem nobis consocias. O quanta dicũtur in luxuriam,quantis præconijs extollitur cõtinentia,& de intimis sapientię disciplinis,diei ac noctis,lunę cursus ac Solis ratio,mundi istius natura describitur, & hanc ipsam disputationem ad scripturarum refers autoritatem,ne in paschali libro videaris de secularibus quicquam fontib⁹ mutuatus. Quid plura? In his laudare te,vereor, ne assentandi crimen incurram . Optimus liber est, & in philosophis:& agens susceptã causam , absq; inuidia personarũ. Vnde obsecro te,ignoscas tarditati etiam meæ. Ita enim sanctæ & venerabilis Paulæ confectus sum dormitione, vt absque trãslatione hui⁹ libri, vsq; in præsentiarũ ,nihil aliud diuini operis scripserim. Perdidim⁹ enim,vt ipse nosti repẽtè solatium,quod,vt conscientię nostrę testis est dominus , non ad proprias ducimus necessitates,sed ad sanctorum refrigeria, quibus illa solicitè seruiebat . Sãcta & venerabilis te filia tua M Eustochium,quæ nullam pro matris absentia recipit consolationem , te vniuersa fraternitas suppliciter salutat . Libros quos dudũm scripsisse te nunciasti, vel legendos nobis, vel vertendos trãsmitte. Vale in Christo.

SCHOLIA.

IVncto paschali libro.) Vtinam extaret hic liber , quem 1 tantopere probat diuus Hieronymus. Nam de his duob⁹ quos reperimus inter illius opera,quid sentiendũ sit, suo dicemus loco. 2 Non esse tristem eloquẽtiam.)Est enim, vt inquit M. Tullius,alũna pacis eloquentia,& lætis ac tranquillis rebus efflorescit. Item Ouidius: Carmina proueniũt animo deducta sereno. 3 Demosthenem atq; Platonem.) Hoc est summum oratorem,cum summo philosopho.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ SEQVENTIS.

Abigao presbytero Hispano,excusat se quòd nõ scripserit. Eundem consolatur, ne molestè ferat cæcitatem corporis,cũm animo cernat: Huius integritatem laudat.

Hieronymus

A

HIERONYMVS AD Abigaum.

OVanuis mihi multorū ſim conſcius peccatorum,& quotidie in oratione flexis genibus loquar: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantias meas ne memineris: tamen ſciens ſcriptū eſſe ab Apoſtolo: ne inflatus ſuperbia incidat in iudicium diaboli: Et in alio loco ſcriptū: Superbis deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiam: nihil ita à pueritia conatus ſum vitare quàm tumẽtem animum & ceruicem erectam, dei cõtra ſe odium prouocantem. Noui enim magiſtrum & dominū & deum meum in carnis humilitate dixiſſe: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & antè per os Dauid ceciniſſe: Memento domine Dauid,& omnis manſuetudinis eius. Et in alio loco legimus: Ante gloriam humiliabitur cor viri, & ante ruinam eleuatur. Itaq; obſecro te, ne me putes ſumptis literis tuis ante tacuiſſe: & aliorū, vel infidelitatẽ, vel negligẽtiam in me referas. Quid enim cauſæ erat, vt prouocatus officio tacerẽ, & amicitias tuas, meo ſilentio repellerem, qui vltro ſoleo bonorum appetere neceſſitudinẽ, & me eorum ingerere charitati? Quia meliores ſunt duo, quàm vn9: & ſi alter ceciderit, ab altero fulcietur. Funiculus triplex non facilè rumpitur, & frater fratrem adiuuãs, exaltabitur. Scribe igitur audaciter: & abſentiam corporū, crebro vince ſermone: Nec doleas ſi hoc non habeas quod formiculæ, & muſcæ, & ſerpentes habent, id eſt, carnis oculos: ſed illum te oculum habere lætare, de quo in Cantico dicitur canticorum: Vulneraſtime ſoror mea ſponſa, vno de oculis tuis, quo deus videtur: de quo à Moyſe dicitur: Tranſiens videbo viſionem hanc magnam. Denicq; [2] quoſdã etiam mundi philoſophos legimus, vt totam cogitationẽ ad mentis cogerent puritatem, ſibi oculos eruiſſe. Et à ꝓpheta dicitur: Intrauit mors per feneſtras veſtras. Et apoſtoli audiunt: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam,& reliqua. Vnde præcipitur eis, vt leuent oculos & videant ſegetes candidas, quæ præparatæ ſunt ad metendum. Quod autem precaris, vt noſtris monitis [3] Nabuchodonoſor,& Rapſaces, & Nabuzardan,& Holofernes in te occidantur, nunquã noſtra auxilia poſtulares, ſi in te viuerẽt. Sed quia illi in te mortui ſunt, & cum Zorobabel, & cum Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno, cum Ezra quoq; & Neemia ruinas Hieruſalẽ ędificare cœpiſti, [4] nec mittis mercedes in pertuſum ſacculum, ſed theſauros tibi in cœleſtibus paras, idcirco noſtras appetis amicitias, quos Chriſti famulos arbitraris. Sanctam filiam meam Theodoram, ſororem beatę memorię Lucini per ſe commendatam, meo ſermone commendo, vt in cœpto itinere nõ laſſetur: vt ad terram ſanctã multo per eremum labore perueniat: vt non putet perfectam eſſe virtutem exiſſe de Aegypto, ſed per innumerabiles inſidias [5] ad mõtem Nabo,& ad Iordanem fluuium peruenire: vt accipiat [6] ſecundam in Galgala circunciſionem: [7] vt illi muri Hiericho corruant, ſacerdotaliũ tubarum ſubuerſi clangoribus: vt iuguletur [8] Adonizedek: vt [9] Haĩ,& Azor pulcherrimę quondam corruant ciuitates. Fratres qui nobiſcum in monaſteriolo ſunt, te ſalutant. Sanctos qui nos diligere dignantur per te, oppido ſalutamus. D

Pſal. 24.
.Timo. 3.
acob. 4.
Matt. 11.
Pſal. 31.
Prou. 18.
B
Eccl's. 4.
Pſal. 138.
Cant. 4.
Exod. 3.
Hiere. 9.
Matt. 5.
Lucæ. 21.
& Ioan. 4.
C

Tomus primus.

SCHOLIA.

CRebro vince ſermone.) Quidam codices pro vince, habebant iunge, ſed magis mihi probatur vince. 2 Quoſdam etiam mundi.) Democritū intelligit, Epicurum, & horum diſcipulum Metrodorum, qui fecerunt mundos innumerabiles. 3 Nabuchodonoſor &c.) Hoſtes barbari, qui ſubuerterũt Hieruſalem, populo in captiuitatem abducto, verũm Zorobabel, cum Ieſu cęteriſq;, de quibus meminit Aggeus cap. j. & ij. ruinas ciuitatis reſtituerunt. Animus eſt templum dei, vitia hoſtes, virtutes inſtauratrices. Sic enim interpretatur diuus Hieronym9. 4 Nec mittis mercedes.) Aggeus cap. j. Et qui mercedes cõgregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. Vide eius loci interpretationem,& hunc rectius intelliges. 5 Ad mõtem Naboth.) Naboth enim Hebræis ſeſſionem ſignificat. Ea eſt animę quies & tranquillitas, quam parit perfecta virtus. Alluſit autem ad mãſiones, quas alibi eſt interpretatus. Naboth. 1

6 Secundam in Galgala.) Chriſtianorum eſt ſecunda circunciſio, quorum eſt amputare omnes affectus: non ſolum turpes, verumetiam mũdanos & corporeos craſſoſq;. Alluſit autẽ ad circunciſionem quam fecit Ioſue in loco cui à re nomen eſt inditum Galgala, quod Hebraicè ſignificat collẽ præputiorum. Galgala. E

7 Vt illi muri Hiericho.) Quomodo ſeptem tubis canẽtibus ſeptem ſacerdotibus, funditus ruerint muri Hiericho, legis Ioſue capit. vj. 8 Adonizedek.) Hic fuit vnus ex quinq; regibus, quos confecit Ioſue, vt legis Ioſue cap. x. Adonizedek. 9 Haĩ & Azor.) De Haĩ capta, habes eodẽ cap. De Azor exuſta flammis, opulentiſſima ciuitate, legis Ioſue capite vndecimo. Haĩ. Azor.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Caſtrutium Pannonium conſolatur de cæcitate oculorum, docens eam aliquoties à deo propitio immitti.

HIERONYMVS AD Caſtrutium.

SAnctus filius meus Heraclio9 diacon9 mihi retulit, quòd cupiditate noſtri Ciſſam vſque veniſſes: & homo Pãnonius, id eſt terrenum animal, nõ timueris Adriatici maris ęſtus† & Aegæi atque Ionij ſubire diſcrimina. Et niſi te pius fratrum retinuiſſet affectus: volũtatem opere compleſſes. Habeo itaque gratias,& in acceptũ refero. In amicis enim non res quęritur, ſed volũtas. Quia alterum ab inimicis ſæpe præbetur: alterum ſola charitas tribuit. Simulq; obſecro: ne imbecillitatem corporis quam ſuſtines, de peccato tibi exiſtimes eueniſſe. Quod quidem & apoſtoli ſuſpicantes de eo qui nat9 erat cæcus ex vtero, interrogantesq; dominum ſaluatorem: Iſte peccauit an parentes eius, vt cæcus naſceretur: audiunt: Neque hic peccauit, nec parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera dei. Quãtos enim cernimus Ethnicos atq; Iudæos, hæreticos, atque diuerſorũ dogmatum homines volutari in cœno libidinũ, madere ſanguine, feritate lupos, rapacitate miluos vincere, & nihilominus flagellum nõ appropinquare tabernaculis eorum, nec eos cum hominibus verberari: & idcirco ſuperbire contra deũ, & tranſire vſque ad cælum os eorum? Cùm ſanctos econtrario viros, ſciamus ægrotationibus, miſerijs & egeſtate torqueri, qui forſitan dicunt: Ego fruſtra ſanctificaui animam meam, & laui inter innocentes manus meas. Et ſtatim ſe reprehendentes

† Syrtes.
F
Ioan. 9.
Pſal. 72.
Ibidem.

k

Psal.72. hendentes aiunt: Si narauero sic, ecce nationem
G filiorum tuorum reprobaui. Si cæcitatis causam
putas esse peccatum: & id dei inferre iram, quod
Gene. 27. crebrò medici remediantur: insimulabis Isaac, qui
in tantũ lucis istius expers fuit, vt etiã cui nollet,
errore deceptus benediceret. Referes crimen in Ia
Gene. 48. cob, cuius caligauerat acies: & cùm interioribus
oculis, & spiritu prophetali longè post futura pro-
spiceret: & Christum cerneret de stirpe regia esse
venturum, Ephraim & Manassem videre non po
4. Reg. 22. & 2. Para. 35 terat. Quid inter reges Iosia sanctius? Aegyptio
mucrone interfectus est. Quid Petro: quid Paulo
sublimius? Neronianum gladium cruentarunt. Et
(vt de hominib⁹ taceam) dei filius sustinuit igno-
miniam crucis: & tu putas beatos, qui felicitate
istius seculi & delitijs perfruũtur? Magna ira est,
quando peccantibus non irascitur deus. Vnde &
Ezech. 16. in Ezechiele ad Hierusalem, Iam, inquit, non ira-
scar tibi, zelus meus recessit à te. Quem enim di-
Prouer. 3. ligit dominus, corripit: & castigat omnem filium
quem recipit. Non erudit pater, nisi quem amat.
H Non corripit magister discipulum, nisi eum quẽ
ardentioris cernit ingenij. Medicus si cessauerit
curare, desperat. Quòd si responderis: quo modo
Lucæ. 16. Lazarus recepit mala in vita sua: libenter nunc
tormẽta patiar, vt futura mihi gloria reseruetur.
Naum. 1. Non enim vindicabit domin⁹ bis in idipsum. Iob
vir sanctus & immaculatus, & iustus in genera-
tione sua, cur tanta perpessus sit, ipsius volumine
continetur. Et ne veteres replicãdo historias, lon-
gum faciam, & excedam mensuram epistolæ: bre-
uem tibi fabulam referã, quæ infantiæ meæ tem-
poribus accidit. Beatus Antonius cùm à sancto
Athanasio Alexandriæ episcopo propter confu-
tationem hæreticorrum, in vrbem Alexandriam
esset accitus, & isset ad eum Didymus vir erudi-
tissimus, captus oculis: inter cæteras sermocina-
tiones, quas de scripturis sanctis habebant: cùm
eius admiraretur ingenium: & acumen animi col
laudaret: sciscitans ait: Num tristis es, quòd ocu-
lis carnis careas? Cùm ille pudore reticeret: secun-
dò tertioq; interrogans, tandem elicuit, vt mœro-
I rem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius:
Miror, ait, prudentem virum eius rei dolere dam-
no, quam formicæ & muscæ & culices habent: &
non lætari illius possessione, quam sancti soli &
Apostoli meruerunt. Ex quo peruides, quòd mul-
to melius sit spiritu videre quàm carne: & illos
oculos possidere, in quos peccati festuca non pos-
sit incidere. Nos, licèt hoc anno non veneris, ta-
† dispẽsa- tionis. men non desperamus aduentum tuum. Quòd si
*Legendũ arbitror dispendiũ moræ. sanctus Diaconus portitor literarum, tuis ample-
xibus fuerit irretitus: & illo comitante huc vene-
ris, libenter suscipiam dispensationẽ† morã *ma-
gnitudine fœnoris duplicati.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Iulianus diues & potens, intra paucos dies amisit duas filias & vxorem. Mox incursantibus barbaris, bonam possessionum partem perdidit. Hunc comparatione Iob consolatur, & exemplo Pammachij Paulinęq; adhortatur ad perfectam vitam, hoc est absolutum mundi cõtemptum, videlicet huc vocante etiam ipsa fortuna.

HIERONYMVS AD Iulianum.

FIlius [1] meus, frater tuus, Ausoni⁹ in K
ipso iam profectionis articulo, cùm
mihi præsentiam sui tardè dedisset,
& citò abstulisset, atq; in puncto tẽ-
poris, salue pariter valeq; dixisset:
vacuum se redire arbitratus est, nisi mearum ali-
quid ad te nugarum, tumultuario sermone porta-
ret. [2] Iã demisso synthemate [3] equus publicus ster
nebatur, & nobilem iuuenem [4] punicea indutum Iob.1
tunica baltheus ambiebat, & tamen ille appositio
notario cogebat loqui, quæ velociter ædita, velox
consequeretur manus, & linguæ celeritatem, prẽ-
derent signa verborum. Itaq; non scribentis dili-
gentia, sed dictantis temeritate, longum ad te silẽ-
tium rumpo, offerens tibi nudam officij voluntã-
tem. Extemporalis est epistola, absque ordine sen
suum: sine lenocinio & compositione verborum:
vt totum in illa amicũ, nihil de oratore reperias.
In procinctu effusam putes, & abire cupienti in-
gestum viaticum. Diuina scriptura loquitur: [5]
Musica in luctu, intempestiua narratio. Vnde & Eccli.22.
nos lepõrem artis rhetoricæ contẽnentes, & pue- L
rilis atque plausibilis eloquij venustatem, ad san
ctarum scripturarum grauitatem confugimus,
vbi vera vulnerum medicina est, vbi dolorum
certa remedia: in quibus recipit vnicum filium
mater in feretro, vbi turbæ dicitur circunstanti:
Non est mortua puella, sed dormit. Vbi & quatri Mar.5.
duanus mortuus ad vocem inclamantis domini Ioan.11.
ligatus egreditur. Audio te in breui tẽpore, duas
virgũculas filias iũctis penè extulisse funeribus,
& pudicissimam ac fidissimam coniugẽ tuã Fau-
stinam, imò fidei calore germanã, in qua sola post
amissos liberos acquiescebas, subita tibi dormitio
ne subtractam: quasi si naufragus in littore latro-
nes reperiat, & iuxta eloquia prophetarũ [6] fugiẽs
vrsum, incidat in leonem: extendensq; manum ad
parietem, à colubro mordeatur. Consecuta rei fa-
miliaris damna: vastationem toti⁹ barbaro hoste
prouinciæ, & in cõmuni depopulatione priuatas
possessionum tuarum ruinas, abactos armentorũ
ac pecorum greges, vinctos occisosq; seruulos, &
in vnica filia quam tibi tam crebræ orbitates fe- M
cerant chariorem, electum nobilissimum generũ:
ex quo, vt omnia taceã, plus mœroris, quàm gau-
dij suscepisti. Hic est catalogus tentationum tua-
rum, hæc cum Iuliano tyrunculo Christi, pugna
hostis antiqui. Quæ si ad te respicias, grãdia sut.
Si ad bellatorem fortissimũ, ludus & vmbra cer-
taminis. Beato Iob post malorum examina vxor
pessima reseruata est, vt per eam disceret blaphe- Iob.2.
mare. Tibi sublata est optima, vt miseriarum so-
latium perderes. Aliud est sustinere quam nolis:
aliud desiderare quam diligas. Ille in tot mortib⁹
filiorum domus suæ ruinam vnum habuit sepul-
chrum, & sciffis vestibus, vt parentis monstraret
affectum, procidens in terram adorauit, & dixit, Iob.1.
Nudus exiui de vtero matris meæ, nud⁹ & redeã.
Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino
placuit, ita factum est: sit nomen domini benedi-
ctum. Tu, vt parcissimè dicam, inter multorũ of-
ficia propinquorum: & consolantes amicos, tuorũ
exequias prosecutus es. Perdidit ille simul omnes
diuitias, & succedentibus sibi malorum nũcijs ad
singulas plagas ferebatur immobilis, complẽs in
se illud

A ſc illud de ſapiente præconium:[7] Si fractus illaba
tur orbis:impauidum ferient ruinæ. Tibi maior
pars derelicta ſubſtãtiæ,vt tantum tenteris,quan
tum ferre potes. Necdum enim ad eum peruenis-
ſti gradum, vt [8] totis aduerſum te cuneis dimice-
tur.Diues quõdã dominus, & [9] ditior pater:ſubi-
to orbus & nudus eſt.Cumq; in omnibus his quę
Iob.1 contigerant ei,non peccaſſet coram domino: nec
quicquam locutus eſſet inſipiens: exultans domi-
nus in victoria famuli ſui,& illius patiẽtiam ſuũ
Iob.2. ducens triumphum,dixit ad diabolum: Animad-
uertiſti famulum meum Iob: quia nõ eſt quiſquã
ei ſimilis ſuper terram? Homo innocẽs, verus dei
cultor,abſtinens ſe ab omni malo,& adhuc perſe-
uerans in innocentia. Pulchrè addidit: Et adhuc
perſeuerãs in innocẽtia:quia difficile eſt preſſam
malis innocentiam,non dolere:& hoc ipſo fide nõ
periclitari, quòd ſe videat iniuſtè ſuſtinere quod
patitur.Ad quæ reſpõdens diabolus domino,ait:
Ibidem. Corium pro corio,& omnia quæ habuerit homo,
dabit pro anima ſua. Sed extende manum tuam,
B & tange oſſa & carnes eius, niſi in faciem bene-
dixerit tibi. Callidiſſimus aduerſarius & inue-
Danie.13. teratus dierum malorum, nouit alia eſſe quæ ex-
trinſecus ſint, & philoſophis quoque mundi [10]
ἀδιάφορα, hoc eſt,indifferentia,in eorum amiſſio-
ne atque contemptu perfectam nõ eſſe virtutem:
alia quæ intrinſecus & deſiderata cogant dolere
perdentem. Vnde audacter dei renuit prędicatio-
nem,& dicit:nequaquam eum debere laudari,qui
nihil de ſe,ſed totum extra ſe dederit, qui pro co-
rio ſuo coria obtulerit filiorũ, depoſuerit marſu-
piũ,vt fruatur corporis ſanitate. Vnde intelligat
prudentia tua vſque ad hũc terminum peruenis-
ſe tẽtationes tuas,& dediſſe te corium pro corio,
pellem pro pelle,omniaq; quæ habes,parũ eſſe da-
re pro anima tua:necdum autem extentam in te
manum dei,nec tactas carnes,nec oſſa confracta,
Benedi- ad quorum dolorem difficile eſt nõ ingemiſcere:
cere. & in faciem deo benedicere,pro eo quod eſt male-
dicere.[11] Vnde & Nabutha in Regum libris dici-
C tur benedixiſſe deum & regem, & idcirco lapida-
tur à populo.Sciens autem dominus athletã ſuũ,
Ibidem. imò virum fortiſſimũ etiam in iſto extremo per-
fectoq; certamine nõ poſſe ſuperari:Ecce, inquit,
trado illum tibi, tantum animam illius cuſtodi.
Caro viri ſancti datur in diaboli poteſtatẽ, & ani
mæ ſanitas reſeruatur: ne ſi illud percuſſiſſet, in
quo ſenſus eſt mentisq; iudicium, non eſſet culpa
peccantis,ſed eius qui ſtatum mentis euerterat.
Laudent ergo te alij,& tuas contra diabolũ vi-
ctorias [12] panegyricis proſequant,quòd læto vul-
tu mortes tuleris filiarum,quòd in quadrageſimo
die dormitionis earum lugubrem veſtem mutaue
ris,& dedicatio oſſium martyris,candida tibi ve-
ſtimenta reddiderit,vt non ſentires dolorem orbi
tatis tuæ,quẽ ciuitas vniuerſa ſentiret,ſed ad tri-
umphum martyris exultares:quòd ſanctiſſimam
coniugem tuam non quaſi mortuã,ſed quaſi pro-
ficiſcentem deduxeris. Ego te nequaquam adula-
tione decipiam,nec lubrica laude ſupplãtabo. Lo
Eccli.2. quar illud potius quod tibi audire conducit: Fili
accedens ad ſeruitutem dei,præparato animã tuã
Lucæ.17. ad tentationem,& cùm omnia feceris,dicito: Ser-
uus inutilis ſum,feci quod facere debui. Tuliſti li

beros,quos ipſe dederas. Recepiſti ancillam, quã D
mihi ob breue ſolatium commodaueras. Non cõ-
triſtor:quòd recepiſti:ſed ago gratias,quòd dedi-
ſti.Quondam diues adoleſcens omnia quæ in le-
ge præcepta ſunt,ſe impleſſe iactabat. Ad quem
dominus in Euangelio. Vnum,inquit, tibi deeſt: Matt.19.
Si vis perfectus eſſe,vade, vende omnia quæ ha-
bes,& da pauperibus:& veni ſequere me. Qui o-
mnia ſe feciſſe dicebat, in primo certamine diui-
tias vincere non poteſt. Vnde & difficilè intrant
diuites in regna cœlorum:quæ expeditos, & ala-
rum leuitate ſubnixos,habitatores deſiderãt. Va-
de,inquit,& vẽde,nõ partẽ ſubſtantiæ,ſed vniuer
ſa quę poſſides,& da pauperib9:nõ amicis,nõ cõ-
ſanguineis,non propinquis,non vxori, non libe-
ris:plus aliquid addam: Nihil tibi ex omnib9 me-
tu inopiæ reſeruans,ne cum Anania damneris,& Acto.5.
Sapphira,ſed da cuncta pauperibus: & fac tibi a-
micos de iniquo mãmona:qui te recipiãt in æter- Luce.16.
na tabernacula,vt me ſequaris,vt dominum mũ-
di,poſſeſſionem habeas:vt poſſis canere cum pro
pheta:Pars mea dominus,& vt verus leuita nihil Pſal.15.
de terrena hæreditate poſſideas. Et hoc hortor:Si &.72.
vis eſſe perfectus,ſi apoſtolicæ dignitatis culmen E
cupis,ſi ſublata cruce Chriſtum ſequi, ſi apprehẽ
ſo aratro nõ reſpicere poſt tergum,[13] ſi in ſublimi
tecto poſitus,priſtina veſtimenta cõtemnis, & vt
euadas [14] Aegyptiam dominam, ſeculi palliũ de-
relinquis.[15] Vnde & Helias ad cœlorum regna feſ-
tinans,non poteſt ire cũ pallio,ſed mundi in mũ
do veſtimẽta dimittit. Sed hoc ais, Apoſtolicę di-
gnitatis eſt,& eius qui velit eſſe perfect9. Cur au-
tem & tu nolis eſſe perfectus? Cur qui in ſeculo
primus es,non in Chriſti familia primus ſis? An
quia vxorem habueris? Habuit & Petrus,& tamẽ Matt.4.
cum reti eam & nauicula dereliquit. Prouidentiſ-
ſimus dominus,& omniũ ſalutem deſiderans, ma
lens; pœnitẽtiã peccatoris quàm mortem,abſtu Ezech.18.
lit tibi hanc excuſationem, vt nõ illa te retrahat
ad terras,ſed tu eam ſequaris [16] ad paradiſi regna
trahentem. Bona liberis pares,quæ te ad dominũ
præceſſerunt, vt partes earum non [17] in diuitias
ſororis proficiãt,ſed in redemptionẽ animæ tuæ, F
atque alimenta miſerorũ. Hæc monilia filiæ tuæ
à te expetunt,his gẽmis ornari capita ſua volũt.
Quod periturum erat in ſerico,[18] vilibus pauper
rum tunicis ſeruetur. Repetunt à te parteis ſuas,
[19] iunctæ ſponſo nolunt videri pauperes & igno-
biles, propria ornamenta deſiderant. Nec eſt,
quòd [20] excuſes nobilitatem & diuitiarum põdera.
Reſpice ſanctum virum Pammachium,& fer-
uentiſſimæ fidei Paulinum preſbyterum, qui nõ
ſolũ diuitias,ſed ſeipſos domino obtulerũt: Qui
contra diaboli tergiuerſationem,nequaquam pel-
lem pro pelle,ſed carnes & oſſa & animas ſuas do
mino cõſecrarunt:Qui te & exemplo & eloquio,
id eſt,& opere & lingua poſſunt ad maiora perdu
cere. Nobilis es,& illi:ſed in Chriſto nobiliores.
Diues & honoratus,& illi:imò ex diuitibus & ho
noratis pauperes & inglorij,& idcirco ditiores &
magis inclyti,quia pro Chriſto pauperes & inho
norati. Et tu quidem benefacis, quòd ſanctorũ di
ceris vſibus miniſtrare,fouere monachos, Eccle-
ſijs offerre quàm plurima. Sed hęc rudimẽta ſunt
militiæ tuæ. Contẽnis aurum,contempſerunt &

† mundi. & multi † philosophi.[21] E quibus vnus, vt cęteros
G sileam, multarum possessionum precium, proiecit
in pelagus: Abite dicens in profundum malæ cu-
piditates: ego vos mergā, ne ipse mergar à vobis.
Philosophus gloriæ animal, & popularis auræ [22]
†semel. vile mancipium, totā simul † sarcinam deposuit,
& tu te putas in virtutum culmine constitutū, si
Rom.12. partē ex toto offeras? Teipsum vult dominus ho-
& Phil.4. stiam viuam, placentē deo. Te, inquam, non tua.
Et ideo variis tētationibus commonet, quia mul-
tis plagis & doloribus eruditur Israël. Et quē dili
Prouer.3. git dominus, corripit. Flagellat autem omnem fi-
Marc.12. lium quē recipit. Paupercula vidua duo æra mi-
& Luc.21. nuta misit in Gazophylacium. Et quia totū obtu
lit quod habebat, omnes dicitur in oblatione mu-
nerum dei superasse locupletes, quæ non pondere
sui, sed offerentiū voluntate pensantur. Vt multis
erogaueris cēsum tuum, & quidam tua gaudeant
liberalitate, tamē multo plures sunt, quibus nihil
Darij & dedisti. Neq; enim Darij opes, & Crœsi diuitię va
Crœsi o- lent explere pauperes mūdi. Quòd si teipsum do
pes. mino dederis, & apostolica virtute perfect9, sequi
H cœperis saluatorem, tunc intelliges vbi fueris, &
in exercitu Christi, quàm extremum tenueris lo-
cum. Nō plāxisti filias mortuas, & paternę in ge-
nis lachrymæ Christi timore siccatæ sunt. Quā-
Gene.22. to maior Abraham, qui vnicum filium voluntate
iugulauit: & quem hæredem mundi futurū au-
dierat, nō desperat etiam post mortem esse victu-
rum.[23] Iepte obtulit virginem filiam, & idcirco in
enumeratione sanctorum ab Apostolo ponitur.
Nolo tātum ea offeras domino, quæ potest fur ra-
pere, hostis inuadere,[24] proscriptio tollere: quę &
accedere possunt & recedere, & instar vndarū ac
fluctuum à succedentibus sibi dominis occupan-
tur: atq; vt vno cuncta sermone comprehendam,
quæ velis, nolis in morte dimissur9 es. Illud offer,
quod tibi nullus hostis possit auferre: nullus eri-
pere tyrannus: quod tecum pergat ad inferos, imò
ad regna cœlorū, & ad paradisi delitias. Extruis
monasteria, & multus à te per insulas Dalmatiæ
sanctorum numerus sustentatur. Sed melius face-
Leuit.19. res, si & ipse sanctus inter sanctos viueres. Sancti
&.20. I estote, quoniam ego sanctus sum, dicit dominus:
Matt.19. Apostoli gloriātur, quòd omnia dimiserint, & se-
cuti sint saluatorem: & certè præter retia, & nauē
nihil legimus eos dimisisse, & tamē testimonio fu
turi iudicis coronantur. Quia se offerentes, totū
dimiserant quod habebant. Hæc loquor non in su
gillationem operum tuorum, vel quòd extenuem
liberalitatem & eleemosynas tuas, sed quòd te nō-
lim inter seculares esse monachum, & inter mona
chos secularem. Totumq; à te expetam, cuius au-
dio mentem diuino cultui deditam. Si huic cōsi
lio nostro, vel amicus, vel assecla, vel propinquus
renititur, & te ad delitias splēdentis mensæ reuo-
cat: intelligito eū non de tua anima, sed de suo vē-
tre cogitare, & omnes opes lautaq; conuiuia, subi-
ta morte finiri. Octo & sex annorum, intra vigin-
ti dies duas filias amisisti, & arbitraris senem diu
posse viuere? Cuius vt ętas longa tēdatur, audi &
Psal.89. Dauid: Dies vitæ nostræ septuaginta anni. Si au-
tem amplius, octoginta: & qcquid supereſt, labor
& dolor est. Felix & omni dignus beatitudine, quē
senectus Christo occupat seruiētē, quem extrema
dies saluatori inuenerit militantem, qui non con- K
fundetur cùm loquetur inimicis suis in porta: cui Psal.126.
in introitu paradisi dicetur: Recepisti mala in vi- Lucæ.16.
ta tua, nunc autem hìc lætare. Nec enim vlciscē-
tur bis dominus in eadem re. Diuitem purpura- Ibidem.
tum gehennæ flamma susceptt. Lazarus pauper
& vlceribus plenus, cuius carnes putridas lambe-
bant canes, & vix de micis mensæ locupletis mi-
serabilem sustentabat animā, in sinu Abrahæ re-
cipitur, & tanto[25] patriarcha parēte lætatur. Dif-
ficile, imò impossibile est, vt & præsentibus quis
& futuris fruatur bonis: vt & hic ventrem, & ibi „
mentem impleat: vt de delitijs transeat ad deliti- „
as, vt in vtroque seculo primus sit, vt & in cœlo
& in terra appareat gloriosus. Quòd si tibi tacita
cogitatio scrupulum mouerit: cur monitor ipse
non talis sim, qualem te esse desidero: & nōnullos
videris in medio itinere corruisse: illud breuiter
respondebo, nō mea esse quæ dico, sed domini sal-
uatoris. Non monere quid ipse possim, sed quid
debeat velle, qui seruus futurus est Christi. [26] Et
athletę suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen
monet debilior, vt pugnet ille qui fortior est. Noli L
respicere Iudam negantem, sed Paulum respice
confitentem. Iacob ditissimi patris filius, solus &
nudus in baculo pergit Mesopotamiam, iacet las- Gene.32.
sus in itinere, & qui delicatissimè à Rebecca ma-
tre fuerat educatus, lapide ad caput pro puluillo Gene.28.
vtitur. Vidit scalam de terra vsque ad cœlum, &
ascendentes per eam angelos & descendentes, &
desuper innitentem dominum, vt lassis manum
porrigeret, vt ascendentes suo ad laborem prouo-
caret aspectu. Vnde & vocatur locus ipse Bethel,
id est, domus dei, in qua quotidie ascenditur atque
descenditur. Et sancti enim corruunt, si fuerint
negligentes: & peccatores pristinū recipiunt gra-
dum, si sordes fletibus lauerint, Hoc ideo dixi, vt
non te terreant descendentes, sed prouocent ascē-
dentes. Nunquam exemplum à malis sumitur. „
Etiam in seculi rebus semper à meliori parte in- „
citamenta virtutum sunt. Oblitus propositi, & „
epistolaris breuitatis, plura dictare cupiebam: ad
materię quippe dignitatem, & ad meritum perso-
næ tuæ, parum est omne quod dicitur: & ecce tibi M
noster Ausonius cœpit schedulas flagitare, vrge-
re notarios: & hinnitu feruētis equi, ingenioli mei
festinus arguere tarditatem. Memento igitur no-
stri, & cura vt in Christo valeas. Atque vt cætera
taceam, domestica [27] sanctæ Veræ exempla secta-
re, quę verè sequuta Christū, peregrinationis mo-
lestias sustinet, & sit tibi tanti dux fœmina facti.

SCHOLIA.

Filius meus.) Suum filium vocat, senex iuuenē, il- 1
lius fratrem, ob æqualem ætatem, siue quòd ger-
manus esset. 2 Iam dimisso Synthemate.) Syn- Synthe
thema Græcè, compositionem significat. Vnde
vestis genus è varijs compositæ, quæ & Synthesis dicitur: & Synthe
Synthesiati qui hac induti essent. Martialis: Synthesibus dū
gaudet eques, dominusq; senatus. Et alibi: Frigus enim ma-
gnum syntheſis vna facit. Apparet hanc vestem fuisse potē-
tum & nobilium vice togæ, quam hic deponit conscensurus
equum. Sed probabilius est hic synthema Græcè σύνθεμα
positum esse pro signo quod ex composito dabatur, ad signi-
ficandum tempus iam aggrediendi negociū. 3 Equus pu-
blicus.) Id honoris causa fiebat nobilibus, aut aliis à princi-
pe euocatis.

A pe euocatis . Nam tripartitæ hiſtoriæ libro primo legimus epiſcopos ad Nicenam ſynodum euocatos, Cæſare publicos aſinos mulas ac equos curſorios ſuppeditante. Poſt inſtitutum eſt, ne cui præſtaret princeps euectionum copiam, niſi ſenatoribus ab ipſo euocatis. Id liquet ex tit. de curſu publico in Cod. lib. xij. 4 Punicea indutum.) Purpura & baltheus, inſignia quondam erant procerum aulicorum. 5 Muſica in luctu.) Muſicam hoc loco vocat rhetoricam orationis ſuauitatē. 6 Fugiens vrſum, incidat.) Ita legis Amos, capite quinto . Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus . Et ingrediatur domum, & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. 7 Si fractus illabatur orbis.) Duo verſus ſunt ex odis Horatij, de viro Stoico, quem nulla res commouere poſſit. 8 Totis aduerſum te cuneis.) Cuneos aciem vocat, quòd hac ſpecie ſoleant acies confligere inſtructæ. 9 Ditior pater.) De Iob ſentit, qui dives erat poſſeſſionibus, ſed beatior erat numero liberorum. 10 Ἀδιάφορα.) Id eſt, indifferentia. Sic enim vocant Stoici omnia præter virtutem & turpitudinem, quòd illa nec mala ſint, nec bona: veluti paupertas, diuitiæ, regnum, ſeruitus, vita, mors. 11 Vnde & Nabutha.) De Naboth per dolum occiſo, quòd creditus eſſet maledixiſſe deo & Regi, legis libro Regum tertio, capit. xxj. 12 Panegyricis.) Panegyrici erant orationes ſolennes, quæ in frequentiſſimo totius populi conuentu, recitabantur in laudem alicuius. 13 Si in ſublimi tecto.) Locus eſt apud Marcū, capite decimo tertio. Duobus verbis indicauit allegoriam . Tectum eſt faſtigium euangelicæ perfectionis, veſtimenta mundi opes.

14 Aegyptiam dominam.) Quod eſt in Geneſi de Ioſeph ſolicitato ab impudica domina, trahit ad tropologiam.

15 Vnde & Helias.) Locus eſt quarto Regum libro, capite ſecundo. 16 Ad paradiſi regna trahentem.) Quia præceſſit & mortua eſt. Nonnulli codices habebant, tendentem. Sed trahentem mihi magis probatur. 17 In diuitias ſororis.) Sentit de vera Iuliani ſorore, cuius mentionem facit in calce epiſtolæ. 18 Vilibus.) Quaſi ſolum hoc maneret ex opibus, quod in pauperes fuerit erogatum. 19 Iunctæ ſponſo.) Quia iam in cœlo ſint. 20 Excuſes nobilitatem.) Excuſamus illi, cui negamus quod petit. Excuſamus cum, pro quo reſpondemus. Excuſamus rem, vt valetudinē, occupationes, ætatem, cuius prætextu nos excuſamus. Hoc admonui, quòd in pleriſque codicibus locum hunc deprauarant inelegantes quidam hac offenſi elegātia. 21 E quibus vnus.) Id narrant de Cratete philoſopho, cuius alibi ſæpenumero meminit. 22 Vile mancipium.) Accommodat exemplum per collationem. Mancipium vocat philoſophū, quòd ſeruiat famę populari, & huius gratia nihil non faciat.

C 23 Iepte obtulit virginem.) Refertur in epiſtola Pauli ad Hebræos, inter ſanctos Iepte, cùm fuerit ſpurius. De virgine filia ex voto immolata, legis Iudicum, capite vndecimo.

24 Proſcriptio tollere.) Proſcriptio fuit olim atrociſſimum damnationis genus, qua ſubitò facultates alicuius publicabantur. 25 Patriarcha parente.) In cuius ſinu foue-
tur vt filius. 26 Et Athletæ ſuis incitatoribus.) Athletæ dicuntur qui non conducti, ſed gloriæ cauſa certant. Qui hos certantes extimulāt voce, vocat incitatores. 27 Sanctę Verę.) Hanc apparet eſſe Iuliani ſororem, cuius antè meminit. In calce huius epiſtolæ aſſcriptum erat in quibuſdā codicibus: Tribuat tibi Chriſtus vt audias, vt taceas, vt intelligas, & ſic loquaris. Quę quoniā adiecta videbātur à quopiā, & nihil ad huius epiſtolæ pertinebant argumentum, reſecui, præſertim cùm in vetuſtis exemplaribus non haberentur.

Aulicorū inſignia.

Naboth.

Panegyrici

Excuſare.

Iepte.

Proſcriptio.

Athletæ.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Exuperantium adhortatur, vt relicta militia imperiali, conferat ſe ad perfectam Chriſtiani vitam, vnáq; cum fratre ſuo Quintiliano Bethlehem commigret.

AD EXVPERANtium hortatoria. Tomus primus.

D NTer omnia quæ mihi ſancti fratris Quintiliani amicitiæ præſtiterunt, hoc vel maximum eſt, quòd te mihi ignotum corpore, mente ſociauit. Quis enim nō diligat eum, qui [1] ſub paludamento & habitu militari agat opera prophetarum, & exteriorem hominem aliud promittentem, vincat interiori homine, qui formatus eſt ad imaginem creatoris? Vnde & prior ad officiū prouoco literarum, & precor, vt mihi occaſionem tribuas ſæpius reſcribendi, quò decætero ſcribam audacius. Illud autem prudentiæ tuæ breuiter ſignificaſſe ſufficiat, vt memineris apoſtolicæ ſententiæ: Vinctus es vxori, ne quęras ſolutionem: ſolutus es, ne quæras vxorem: id eſt, alligationem, quæ ſolutioni cōtraria eſt. Qui igitur ſeruit officio cōiugali, vinctus eſt: qui vinctus eſt, ſeruus eſt. Qui autem ſolutus eſt, liber eſt. Cùm ergo Chriſti gaudeas libertate, & aliud agas, aliud repromittas, ac propemodum [2] in domate conſtitutus ſis, non debes ad tollendam tunicam tecto deſcendere, nec reſpicere poſt tergum, nec aratri ſemel arrepti [3] ſtiuam dimittere. Sed ſi fieri poteſt, imitare Ioſeph, & Aegyptiæ dominę pallium relinque, vt nudus ſequaris dominum ſaluatorem, qui dicit in euangelio: Niſi quis dimiſerit omnia, & tulerit crucem ſuā, & ſecutus me fuerit, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Proijce ſarcinam ſeculi, ne quæras diuitias, [4] quæ camelorum prauitatibus comparantur. Nudus & leuis ad cœlū euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera. Hoc autem dico, non quo te auarum didicerim, ſed quòd ſubintelligā, idcirco adhuc militiæ operā dare, vt impleas ſacculum, quem euacuare dominus præcepit. Si igitur qui habēt poſſeſſiones & diuitias, iubentur omnia vendere, & dare pauperibus, & ſic ſequi ſaluatorem: dignatio tua, aut diues eſt, & debet facere quod prędceptum eſt: [5] aut adhuc tenuis, & non debet quærere, quod erogatura eſt. Certè Chriſtus pro animi volūtate omnia in acceptum refert. Nemo Apoſtolis pauperior fuit: & nemo tantū pro domino dereliquit. Vidua illa in euangelio paupercula, quę duo minuta miſit in Gazophylacium, cunctis præfertur diuitibus, quia totum quod habuit dedit. Et tu igitur [6] eroganda non quæras, ſed quæſita iam tribue, vt fortiſſimū tyrunculum ſuum [7] Chriſtus agnoſcat, vt lætus tibi de longiſſima regione venienti occurrat pater, vt ſtolam tribuat, vt donet annulū, vt immolet pro te vitulum ſaginatum, vt expeditum cum ſancto fratre Quintiliano ad nos citò faciat nauigare. Pulſaui amicitiarum fores: ſi aperueris, nos crebrò habebis hoſpites.

1.Co.15.& 1.Tim.2.

1.Cor.7.

Mar.13.& Lucæ.17.

Lucæ.9.

E

Gene.39.

Matt.10.

Lucæ.14.

Lucæ.12.

Matt.12. & Luc.21.

F

Lucæ.15.

SCHOLIA.

SVb paludamento.) Paludamentum veſtis eſt militaris. Vnde paludati vocantur. 2 In domate conſtitutus.) Reſpicit ad illud euangelicum, quo vetamur è tecto deſcēdere, ad tollenda veſtimēta. 1 Paludamētum.

3 Stiuam dimittere.) Stiua pars ea eſt aratri, qua regitur ac tenetur. Reſpexit ad locū illum euangelicum: Nemo mittens manum ad aratrum &c. 4 Quę camelorum prauitatibus.) Prauum eſt quod intortū eſt. Camelorum corpora diſtorta, & gibbomontuoſa. At ſimplex ſit oportet, qui velit ſequi Chriſtum. 5 Aut adhuc tenuis.) Eleganter tenuem vocat pauperem. 6 Eroganda non quæras.) Venuſtè vſus Stiua. Prauum.

Agnoscere. G est schemate ἀντι μεταβολῆς, quam quidam vocāt commutationem. 7 Christus agnoscat.) Agnoscimus, quæ recipimus & approbamus.

ARGVMENTVM EPIstolæ sequentis.

Ex ipsa epistola non liquet ad quam scripta sit. Titulus tamen indicat scriptam ad materteram Castorinam, cum hac apparet Hieronymo fuisse dissidij nescio quid. Rogat igitur, vt tandem secum redeat in gratiam.

HIERONYMVS AD Castorinam Materteram.

1.Ioan.3. HOannes[1] idem Apostolus & Euangelista in epistola sua, ait: quicūque odit fratrem suum, homicida est: & recte: Cùm enim homicidiū ex odio sæpe nascatur: quicūque odit, etiam si necdum gladio percusserit, animo tamen homicida est. Cur ais tale principium? Scilicet vt veteri rancore depositō, mundum pectoris deo paremus habitaculum.[2] Irascimini, inquit Dauid, & Psal.4. H nolite peccare. Hoc quid velit intelligi, Apostol⁹ Ephes.4. plenius interpretatur: Sol non occidat super iracundiam vestram. Quid agemus nos in die iudicij, super quorum iram non vnius diei, sed tantorum annorum sol testis occubuit? Domin⁹ loquitur in Euangelio: Si offers munus tuum ad altare, ibiq; recordatus fueris, quia frater tuus habet Matt.5. aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade reconciliari prius fratri tuo, & sic offeres mun⁹ tuum ad altare. Væ mihi misero, ne dicā & tibi, qui tāto tēpore, aut non obtulim⁹ munus ad altare, aut, ira permanēte sine causa obtulimus. Quomodo in quotidiana prece vnq; diximus: Matt.6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: animo discrepante cum verbis, oratione diffidēte cum factis? Precor itaq;, quod & ante annum priorib⁹ literis rogaueram, vt pacem quam nobis reliquit dominus, habeamus: & meum desiderium, & tuā mentē Christus intueatur. In breui ante tribunal eius, reconciliata seu scissa concordia, aut præmium recupe- Ioan.14. I rabit, aut pœnam. Quòd si tu, quod procul absit, nolueris: ego liber ero. Epistola me hæc mea cùm lecta fuerit, absoluet.

SCHOLIA.

1 Ioannes idem Apostolus.) Non sine causa addidit, Idem Apostolus & Euangelista. Partim quòd non omnes epistolæ Ioannis, sint Ioannis Euangelistę. Partim quò plus ponderis habeat sententia, asscribit titulos autoritatis. Nec enim leue videri potest, quod scripsit is, qui simul fuerit & Apostolus & Euāgelista. 2 Irascimini & nolite peccare.) Si contigerit irasci, ne sinas iram exire in maledictum aut scel⁹, aut in simultatem.

ARGVMENTVM EPISTOlæ sequentis.

Hanc scripsit iuuenis ex eremo, quam primùm relicta patria adijt, Heliodoro comite. Familiaris est epistola, & ex parte iocosa.

AD IVLIANVM DIACONVM. †

† Vetera habent, ad Iulianum. Diaconū Aquileiæ.

#Cic. pro Sex. Rosc.

ANtiquus sermo est: #Mēdaces faciūt, vt nec vera dicētibus credat. Quod mihi à te, ego obiurgatus de silentio literarum, accidisse video. Dicā: Sæpe scripsi, sed negligētia baiulorum fuit? Respondebis: Omnium non scribentium vetus ista excusatio est. Dicam, non reperi qui epistolas ferret? Dices, hinc isthuc isse quàm plurimos. Contendā, me etiam his dedisse? At illi, quia non reddiderunt, negabunt: & erit inter absentes incerta cognitio. Quid igitur faciam? Sine culpa veniam postulabo, rectius arbitrans pacem[1] loco motum petere, quàm æquo gradu certamina concitare: quanquam ita me iugis tā corporis[2] ægrotatio, quàm animæ ægritudo consumpsit, vt morte imminēte, nec mei penè memor fuerim. Quod ne falsum putes,[3] oratorio more, post argumenta testes vocabo. Sanctus frater Heliodorus hic adfuit, qui cùm mecū eremum vellet incolere,[4] meis sceleribus fugatus abscessit. Verùm omnem culpam pręsens verbositas excusabit. Nā, vt ait Flaccus in Satyra: Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos Rogati vt nunq; cantent, iniussi nunq; desistant. Ita te deinceps fascibus obruam literarum, vt econtrario incipias rogare, ne scribam,[5] Sororē meā, filiam in Christo tuā, gaudeo te primùm nunciante, in eo permanere, quod I. cœperat. Hic enim vbi nūc sum: non solum quid agatur in patria, sed an ipsa patria perstet, ignoro. Et licēt me sinistro[6] Hibera excetra ore dilaniet: non timebo hominū iudicium, habiturus iudicem meum: iuxta illud quod quidam ait: Si fractus illabatur orbis: Impauidum ferient ruinæ. Quapropter quæso vt apostolici memor præcepti, quo docet opus nostrū permanere debere: & ti- 1.Cor.3. bi à domino pręmium in illius salute pares: & me de communi in Christo gloria, crebris reddas sermonibus lætiorem.

SCHOLIA.

1 Loco motum.) Qui cedit loco, significat se velle componere litem. Est autem sermo militaris. 2 Aegrotatio.) Eleganter ægrotationem tribuit corpori, animo ęgritudinē, cùm molestia seu morb⁹ ad vtrūq; pertineat. 3 Oratorio more.) Primùm argumentis rem probant, deinde iubent citari testes. Nam argumenta ex ipsa re colligit orator. Testimonia sunt extra causam. 4 Meis sceleribus fugatus.) Ciuiliter imputat suis sceleribus quòd ille non remanserit, vt amicum liberet suspitiōe leuitatis. 5 Sororem meā.) Apparet sororem Hieronymi virginitatis propositū arripuisse, quam & aliàs commendat amicis suis. 6 Hibera excetra.) Significat obtrectatorem aliquem virulentum. Nā excetra dicta est hydra, quam cōfecit Hercules. Addidit Hibera, quòd illa fuerit Argiuorum. Hibera autē dixit, vel quòd Hispanus esset obtrectator, vel quòd portentosus. Aegrotatio, & ęgritudo. M Excetra.

ARGVMENTVM

Apparet hanc fuisse scriptam cùm primùm adisset eremum, & in Syriæ solitudinibus incommodè ageret, nec manere posset, ob vexationē regionis: nec redire, quòd iam aggressus esset hoc vitæ genus. Ex titulo magis quàm ex epistola cognoscimus, hanc scriptam ad Theodosium, & cæteros anachoritas.

AD THEODOSIVM.

QVàm vellē nunc vestro interesse cōuentui: & admirandum consortium, licèt isti oculi non mereantur aspicere, tota cum exultatione cōplecti. Spectarem desertum omni amœnius ciuitate. † Videre desolata ab accolis loca: quasi † omnium amœnorū ciuitatem. ad quoddā paradisi instar sanctorū cœtibus obsideri. Verùm quia hoc mea faciunt † delicta: ne cō sortio beatorū inferatur obsessum[1] omni crimine † fecere. caput: idcirco obsecro (quia vos impetrare posse non

A non ambigo) vt me ex iſtius tenebris ſeculi veſtro liberetis oratu. Et vt antè dixerā prę ſens,& nunc per literas votum indicare non ceſſo, quòd mens mea omni ad id ſtudiū cupiditate rapiatur. Nūc veſtrū eſt, vt voluntatem ſequatur effectus: Meū eſt, vt velim. Obſecrationū veſtrarū eſt, vt quod velim,& poſſim. Ego ita ſum, quaſi à cūcto grege morbida aberrans ouis. Quòd niſi me bonus paſtor ad ſua ſtabula humeris impoſitū reportarit: lababunt greſſus,& in ipſo conamine veſtigia cōcident aſſurgentis. Ego ſum ille prodigus filius, q̄ omni quam mihi pater crediderat portiōe profuſa, necdū me ad genitoris genua ſubmiſi: necdum cœpi prioris à me luxuriæ blandimēta depellere. Et quia paululum non tam deſiui à vitijs, q̄ cœpi velle deſinere, nūc me nouis diabolus ligat retib⁹: nunc noua impedimenta proponēs, maria vndiq; circundat,& vndiq; pontū: nunc in medio conſtitutus elemento, [2] nec regredi valeo, nec progredi poſſum. Supereſt vt oratu veſtro ſancti ſpiritus aura me prouehat,& ad portū optati littoris pro-
B ſequatur.

Pſal.118. Lucæ.15. Ibidem.

S C H O L I A.

1 Omni crimine caput.) Caput ſeipſum vocat, vt pro toto homine caput dicim⁹. 2 Nec regredi valeo.) Quia ſuſce perat monachi propoſitū: nec progredi, quia obſtabāt multa incommoda.

ARGVMENTVM.

Apparet hoc eſſe fragmentū longioris epiſtolæ. Scripſerat in charta puſilla, ob inopiā,& tamen minutis literis, quò plus verborum cōplecteretur. Videtur humaniter exceptus fuiſſe à virginibus quibuſdā. His gratias agit, quòd ipſe ſanctæ, ſe peccatorem non cōtempſerint. Nec hic titulus additus eſt ex epiſtola. Inſcribitur enim ad virgines Hermonenſes, quas apparet fuiſſe in monte Hermon.

HIERONYMVS AD VIRgines Hermonenſes.

GHartę exiguitas indicium ſolitudinis eſt, & idcirco longū ſermonem, breui ſpatio coartaui. Quia & vobiſcum volebā prolixius loqui, & anguſtia ſchedulæ cogebat tacere. Nūc igitur ingenio eſt vi-
C cta pauperies. Minutę quidē literæ, ſed cōfabulatio longa eſt. Et tamen in hoc neceſſitatis articulo animaduertite charitatē, cùm nec penuria ſcriptionis valuerit prohibere ne ſcriberē. Vos autē ignoſcite obſecro dolenti. [1] Dico enim læſus, dico lachrymās: ne vnū quidē apicem, toties vobis tribuenti officiū, præſtitiſtis. Scio quia nulla cōmunio luci & tenebris eſt: nulla cū ancillis dei, pecca tori ſocietas. At tū & meretrix domino pedes lachrymis lauit, & de dominorū micis canes edūt. Et ipſe ſaluator nō venit iuſtos vocare, ſed pecca tores. Nō enī egēt ſani medico. Et magis vult pœnitētiā peccatoris q̄ mortem. Et errantē ouiculā ſuis humeris refert. Et prodigū filium reuertētē, excipit lætus pater. Quin potius Apoſtolus ait: [2] Nolite iudicare ante tēpus. Tu enim quis es qui alienū ſeruū iudices? Suo domino ſtat, aut cadit. Et qui ſtat, videat ne cadat. Et inuicem onera veſtra portate. Aliter ſorores chariſſimæ hominū liuor, aliter Chriſtus iudicat. Non eadem eſt ſentētia tribunalis eius,& anguli ſuſurronum. Multæ hominibus viæ videntur iuſtæ, quæ poſtea repe-

2.Cor.6. Lucæ.7. Matt.15. Marc.2. Lucæ.5. Ezech.18. Lucæ.15. Ibidem. 1.Cor.4. Rom.14. 1.Cor.10. Galath.6. Prou.14.

rientur prauæ. Et in teſtaceis vaſculis theſaurus D ſæpe reconditur. Petrum ter negantem, amarę in Matt.26. ſuum locum reſtituere lachrymæ. Cui plus dimit Lucæ.7. titur, plus amat. De toto grege ſiletur,& ob vnius Lucæ.15. morbidæ pecudis ſalutem angeli lætantur in cœlo. Quod ſi cui videtur indignum, audiat à domino: Amice, ſi ego bonus ſum, quare oculus tuus Matt.20. nequam eſt?

S C H O L I A.

1 Dico enim læſus.) Apparet aliquem obtrectatorem mi nuere conatum opinionem illius apud has virgines. 2 No lite iudicare.) Vtitur duplici argumento. Nemo deſpiciendus. Quī ſcis enim an malus ſit? Fallitur in multis hominum iudicium. Et ſi malus erat, fieri poteſt, vt cōuerſus ſit in aliū virum. Hunc cùm deus recipiat, cur faſtidiant homines?

ARGVMENTVM.

Nec à quo ſcripta ſit hæc, nec ad quem, ſatis liquet: ſtilus Auguſtinum magis reſipit, quàm Hieronymum.

AD AVGVSTINVM.

CVm [1] in vrbe Leges anteriori tēpore commeaſſem: nimium ſum cōtriſtatus, quòd te totum ibidem minimè potui reperire. Inueni enim te E medium,& vt ita dicam, partem animæ tuæ: Seuerū chariſſimum, de quo ex parte gauiſus ſum. Perfectę enim gauderem, ſi te totum inuenirem. Vnde ex parte qua te repereram gratulabar,& propter partem tuam, quam nequaquā cernebā, omnibus modis contriſtabar. Proinde dixi animæ meæ: Quare triſtis es,& quare conturbas me? Spera in deo,& faciet prę ſentem amicum quem diligis. Vnde confido in domino & ſpero, quòd me faciet de tua viſione gratulari. O ſi oculis cerni dilectio poſſet, profecto videres, quanta apud te noſtra eſſet dilectio. Aut enim ę quiparās dilectioni tuæ, magnū tibi afferret gaudium: aut ſi maior eſſet, magnū tibi afferret imitationis ſtudiū. Ergo quia in domino te diligo, dilige diligentem. Et vt cæteri tecū diligant, per eccleſiaſticam autoritatē hortare. Nā quòd petis in literis tuis, vt ego pro te orē: id rectè facerē, ſi ego ipſe à peccatis liber eſſem, vt pro alijs liceret orare. Et ideo te admoneo, vt orationes aſſiduas animi tui pro me emittas ad dominū: & memor profeſſionis, illā ante oculos tuos conſtituas diem: in qua iuſtus F ab auditu malo non timebit: & ideo iuſtus nō ti- Pſal.111. mebit, quia non audiet, Vade in ignem ę ternum. Matt.25. Sed veni benedicte patris mei, percipe regnū. Ad quod nos perducat, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Pſal.41.

S C H O L I V M.

1 Cùm in vrbe Leges.) Legij ſunt in Pānonia, quę finitima Legij. eſt patriæ diui Hieronymi. Lege eſt in Africa. Vnde magis Lege. videbitur eſſe ſcripta ab Auguſtino.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Hieronymus cùm primùm relictis cognatis & amicis Syriam adiſſet, Heliodorus aliquantiſper apud eum commoratus, reuerſus eſt in patriam: Innocentius febri perijt. Euagrij ſolius & Hylæ contubernio ſubleuabatur. Nā Bonoſus, cum quo pariter ab infantia fuerat educatus, & in literis inſtitutus, quem ad monachi propoſitum prior inflammauit, ſolus in inſula quadam horrida, ſanctam agebat vitā. Ac rebus hoc loco ſtantibus, tandem intellexit Ruffinum, quem & ipſum habuerat ſtudiorum ſacrorum ſodalē, in Aegyptum conceſſiſſe. Hunc igitur inuitat ad ſe,& de ſuo ſtatu deq; Bonoſi ſodalis ſui vita reddit certiorem.

G

HIERONYMVS AD Ruffinum.

1.Cor.2. PLus deum tribuere quàm rogatur, & ea fæpe concedere,quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in in cor hominis aſcenderunt,licèt ex ſacrorum miniſterio voluminum antè cognouerim, tamen in cauſa propria nunc probaui Ruffine chariſſime. Ego enim qui [1] audaci fieri ſatis voto credebam,ſi viciſſitudine literarum imaginem nobis [2] præſentiæ mentiremur: audio te Aegypti ſecreta penetrare,monachorum inuiſere choros,& [3] cœleſtem in terris circumire familiã. O ſi mihi nunc dominus Ieſus Chriſtus,vel [4] Philippi ad Eunuchum, vel [5] Abacuc ad Danielem tranſlationem repentè cõcederet,quàm ego nunc tua arctis ſtringerem colla complexibus,quàm illud os,quod mecum [6] vel errauit aliquãdo,vel ſapuit, impreſſis figerẽ labijs? Verùm quia non tam te ſic ad me venire, quàm ad te ſic ire nõ mereor, & inualidum etiam cùm ſanum eſt corpuſculum, crebri fregere morbi:has mei vicarias, & tibi ob-
H uias mitto,quę te copula amoris innexum,ad me vſq; perducant. Prima inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi eſt nunciata felicitas. Non credebam certum, quod certum eſſe cupiebam,præſertim cùm & ille ab alio ſe audiſſe diceret, & rei nouitas fidem ſermonis auferret. Rurſum ſuſpenſam voto nutante mẽtem,quidam Alexandrinus monachus,qui ad Aegyptios confeſſores, & voluntate iam martyres,pio plebis iam dudum fuerat trãſmiſſus obſequio, manifeſtus ad credulitatem nuncij autor impulerat. Fateor & in hoc meã labaſſe ſententiam. Nam cùm & patriam tuam ignoraret & nomen, in eo tamen plus videbatur afferre,quòd eadem aſſerebat quæ iam alius indicauerat. Tandem plenũ veritatis pondus erupit. [7] Ruffinum enim Nitrię eſſe,& ad beatum perrexiſſe Macarium: crebra commeantium multitudo referebat. Hìc vero tota credulitatis frena laxaui,& tunc verè ægrotum eſſe me dolui. Et niſi me attenuati corporis vires quadam compede præpediſſent,nec mediæ feruor æſtatis,nec naui-
I gantibus [8] ſemper incertum mare, pia cum feſtinatione gradienti,valuiſſet obſiſtere. Credas mihi frater, nõ ſic tempeſtate iactatus portum nauta proſpectat, non ſic ſitientia imbres arua deſiderant, non curuo aſſidens littori anxia filium mater expectat. Poſtquam me à tuo latere ſubitus turbo conuulſit: poſtquam glutino charitatis hærentem impia diſtraxit auulſio: [9] Tunc mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Tunc maria vndiq; & vndique cœlum. Tandem in incerto peregrinationis erranti, [10] cùm me Thracia, Pontus atque Bithynia,totumq; Galatiæ & Cappadociæ iter, & feruido Cilicum terra fregiſſet æſtu, Syria mihi velut fidiſſimus naufrago portus occurrit. Vbi ego quicquid morborũ eſſe poterat expertus, [11] ex duobus oculis vnum perdidi. Innocentium enim,partem animæ meæ,repentinus febrium ardor abſtraxit. [12] Nunc vno & toto mihi lumine Euagrio noſtro fruor, cui ego ſemper infirmus ad laborem cumulus acceſſi. [13] Erat nobiſcũ & Hylas ſancti Melanij famulus,qui puritate morum,maculam ſeruitutis abluerat:& hic [14] necdum obductam reſcidit cicatricem. Verùm K
quia de dormientibus contriſtari Apoſtoli voce 1.Theſ.4.
prohibemur,& nimia vis mœroris læto ſuperueniente nuncio temperata eſt:indicamus hæc tibi, vt ſi neſcis,diſcas:ſi antè cognouiſti,pariter gaudeamus. Bonoſus tuus,imò meus:&,vt verius dicam,noſter,ſcalam præſagatam Iacob ſomniante Gene.28.
iam ſcandit:portat crucem ſuam: nec de craſtino Matt.10.
cogitat,nec poſt tergum reſpicit. Seminat in la- Matt.6.
chrymis,vt in gaudio metat. Et ſacramẽto Moyſi ſerpentem in eremo ſuſpendit. Cedant huic ve Lucæ.9.
ritati,tam Græco quàm Romano ſtilo,mendacijs Pſal.125.
ficta miracula. Ecce puer honeſtis ſeculi nobiſcũ Num.21.
artibus inſtitutus:cui opes affatim, dignitas apprimè,inter æquales erat:contẽpta matre,ſororibus,& chariſſimo ſibi germano, inſulam pelago circũſonante naufragam,cui aſperæ cautes & nuda ſaxa & ſolitudo terrori eſt, quaſi quidã nouus paradiſi colonus inſedit. Nullus ibi agricolarum: nullus monachorum:ne paruul[9] quidem,quẽ noſti, Oneſimus,quo velut fratre [15] in oſculo frueba
tur,in tanta vaſtitate adhæret lateri comes,Solus
ibi,imò iam Chriſto comitante non ſolus: videt L
gloriam dei, [16] quam etiam Apoſtoli,niſi in deſer
to non viderant. Non quidem conſpicit turritas
vrbes,ſed in [17] nouæ ciuitatis cenſum,dedit nomẽ
ſuum. Horrent ſacco membra deformi. [18] Sed ſic
melius obuiã Chriſto rapietur in nubibus. [19] Nul 1.Theſ.4.
la euiporum amœnitate perfruitur,ſed de latere Ioan.19.
domini aquam vitæ bibit. Proponatur tibi ante Ioan.4.
oculos amice dulciſſime,& in præſentiam rei totus animo ac mente conuertere. Tunc poteris laudare victoriam,cùm laborem præliantis agnoueris. Totam circa inſulam fremit inſanum mare, & ſinuoſis montium illiſum ſcopulis æquor reclamat. Nullo terra gramine viret, nullis vernans campus denſatur vmbraculis. Abruptæ rupes, quaſi quẽdam horrore carcerẽ claudunt. Ille ſecurus, intrepidus, & totus de Apoſtolo armatus: nunc deum audit,dum diuina relegit: nunc cum deo loquitur cùm dominum rogat: & fortaſſe [20] ad exemplum Ioannis aliquid videt, dum in inſula commoratur. [21] Quas nunc diabolum nectere credis tricas? quas parare arbitraris inſi- M
dias? Forſitan antiquæ fraudis memor, famem ſuadere tentabit. Sed iam illi reſponſum eſt: Non Matt.4.
in ſolo pane viuit homo. Opes forſitan glo- 1.Timo.6
riámque proponet. Sed dicetur illi: Qui cupiunt
diuites fieri, incidunt in muſcipulam & tentationes. Et: Mihi gloriatio omnis in Chriſto eſt, Gala.6.
Feſſa membra ieiunijs,morbo grauãte concutiet, 2.Cor.12.
ſed Apoſtoli repercutietur eloquio: Quãdo enim Ibidem.
infirmor,tunc fortior ſum. Et virtus in infirmi- Phil.1.
tate perficitur. Minabitur mortẽ,ſed audiet: Cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto,Ignita iacula vi-
brabit,ſed excipiẽtur ſcuto fidei. Et ne multa re- Epheſ.6.
plicem,impugnabit Satanas, ſed tutabitur Chriſtus. Gratia tibi domine Ieſu, quòd in die tua habeo,qui pro me te poſſit rogare. Scis ipſe (tibi enim patẽt pectora ſingulorũ, qui cordis arcana rimaris:qui tantæ beſtię aluo incluſum prophetam in Ione.2.
profundo vides) vt ego & ille pariter à tenera infantia ad florentem vſque adoleuerimus ętatem: vt ijdem nos nutricũ ſinus,ijdem amplexus foouerint baiulorũ. Et cùm poſt Romana ſtudia [22] ad
Rheni

Rhenus. A Rheni ſemibarbaras ripas, eodem cibo, pari fruemur hoſpitio, vt ego primus cœperim velle te colere. Memento quęſo hunc bellatorẽ tuum, mecum quõdam fuiſſe tyronem. Habeo promiſſum maieſtatis tuæ,[23] Matt.5. Qui docuerit & non fecerit, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem docuerit & fecerit, maximus vocabitur in regno cœlorum. Fruatur ille virtutis corona, & ob quotidiana martyria ſtolatus agnum ſequatur. Apoc.14. Multæ enim ſunt manſiones apud patrem. Et: Stella Ioan.14. à ſtella differt in claritate. Mihi concede, vt inter 1.Cor.15. ſanctorum calcanea caput poſſim leuare: vt cùm ego voluerim, ille perfecerit: mihi ignoſcas, quia implere non potui: illi tribuas præmiũ quod meretur. Plura fortaſſe q̃ epiſtolæ breuitas patiebatur, longo ſermone protraxerim: quod mihi ſemper accidere conſueuit, quando aliquid de Bonoſi noſtri laude dicendum eſt. Sed vt ad illud redeam vnde diſceſſeram, obſecro tene amicum qui diu quæritur, vix inuenitur, difficilè ſeruatur, pariter cum oculis mẽs amittat. Fulgeat cui libet † auro, & [24] pompaticis ferculis coruſca ex ſarcinis metalla radient.[25] Charitas non poteſt comparari. Dilectio precium non habet. Amicitia quæ deſinere poteſt, vera nunquã fuit. Vale in Chriſto.

†auro: põpa. ferc. eructet: ex æris metallo radiet: Charitas &c. B

SCHOLIA.

1 Mentiri. AVdaci fieri ſatis voto.) Audax votũ appellat, cùm optat aliquis, quod vix poſſit impetrari. 2 Preſentiæ mentiremur.) Rurſum mentiri ponit pro effingere & imaginari, aut imitari. Nam mutuis literis quaſi colloquimur abſentes. Plus igitur obtigit, quàm auſus fuerat optare, cùm ipſe Ruffinus aduenirẽt in Aegyptum. 3 Cœleſtem in terris.) Sentit cœtus monachorum, cœleſtem vitam in terris agentium. 4 Philippi ad Eunuchum.) Quomodo angelus miſerit Philippum obuiam Eunucho, vt baptizaretur, legis in Actis apoſtolorum, cap. viij.

5 Abacuc ad Danielem.) De Abacuc qui attulit prãdium Danieli incluſo, legis Danielis cap. xiiij. 6 Vel errauit aliquando.) Quòd eodem Origenis ſtudio ducerentur. Itẽ alibi: Errauimus iuuenes, emendemur ſenes. 7 Ruffinum eſſe Nitriæ. Nitria.)Ea ciuitas eſt iuxta Alexandriã, tum recens ad Chriſtum conuerſa. 8 Semper incertum mare.) Non ſolum hybernis menſibus. Nã hæc ſcripſit æſtate. 9 Tunc mihi cæruleus.) Intertexuit verſus ex Aeneide Vergiliana. Significat C ſibi obortas tenebras & rerum deſperationem ob digreſſionem ſodalis. 10 Cùm me Thracia, Pontus.) Miro compendio complexus eſt iter ſuum, quo peruenit è Dalmatia in Syriã. Via ad terriã ſanctã. Primùm enim occurrit Thracia, in qua eſt Cõſtantinopolis: ab hac tranſmiſſo freto Propontidis, peruenit in minorem Aſiam, in qua occurrit Pontus, Bithynia, Galatia, & Cappadocia. Nam à Cilicia proxima eſt Syria. 11 Ex duobus oculis.) Vehementer charũ amicum oculũ vocat, amantium more. 12 Nũc vno & toto.) Toto, quia non ſupereſt Hylas. ali⁹ oculus. 13 Erat nobiſcũ & Hylas.) Hylas, aptũ famulo vocabulũ. Nam is fuit miniſter Herculis. 14 Necdum obductam.) Intelligi vult recentem dolorem ex obitu Innocẽtij. 15 In oſculo fruebatur.) Hoc dixit alludens ad vocem Græcam ὀνέομαι, id eſt, fruor. Vnde dictus eſt Oneſimus.

16 Quam apoſtoli niſi.) Matthæus capit. xvij. & Marcus cap. ix. quorum ille addit ſeorſum, hic ſolos: oſtendens in ſolitudine montis hanc viſionem apoſtolis exhibitam fuiſſe.

17 Nouæ ciuitatis cenſu.) Cenſus agebatur quinto quoq; anno. Tũ mos erat ſingulos dare nomina. 18 Sed ſic melius.) Nimirum minus onuſtus corporis mole. 19 Nulla Euripus. Euripi. porũ.) Euripos olim nobiles gaudebant habere in hortis, ſic arte factos, vt aqua ſubitò immitteret, & emitteret: & miris vicib⁹ huc & illuc flueret ac reflueret, ad exẽplar Euripi maris. 20 Ad exemplũ Ioannis.) Nã is creditur Apocalypſim in Pathmo inſula ſcripſiſſe. 21 Quas nunc diabolum.) Reſpexit ad hoc, quòd Chriſtus tentatus fuit in deſerto. 22 Ad Rheni ſemibarbaras ripas.) Admonuimus alibi Hieronymum in Gallia commoratũ, nominatim Treueris, licèt hæ regiones nunc Germaniæ nomine ferantur vulgò. Semibarbaras vocat, quòd cultiores eſſent extrema Germania. Quin & alibi Galliarum ſtudia florentiſſima vocat. D

23 Qui docuerit, & non fecerit.) Hoc ad ſe refert, qui bonos omnes inſtigarit ad hanc vitam, etiam ſi ipſe non poſſit eandẽ ſequi. 24 Pompaticis ferculis.) Quibus in publicis ludis ac pompis ſpectacula ſtatuarũ, aut ſimilia oſtentacula circũferebantur. Quanquã locus hic mihi videtur nõ vacare mendo. 25 Charitas non poteſt.) Admonet Ruffinũ, vt perſeueret in amicitia, quaſi iam tum præſagiens futurũ, vt eum aliquando ſentiret hoſtem.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Expoſtulat cum Nitia hypodiacono Aquileſiæ, quòd nihil ſcribat, velut immemor recentis amici. Exemplo Chromatij & Euſebij hortatur, vt aliquando ſcribat. Hic Nitias Hieronymo ſodalis fuit delitiarum, & peregrinationum comes. Quãquam ad quem ſcripta ſit epiſtola, è titulo liquet, non ex ipſa.

HIERONYMVS AD Nitiam. E

VRpilius[1] comicus tractans de viciſſitudine literarũ: Sola, inquit, res eſt, quæ homines abſentes præſentes facit. Nec falſam dedit, [2] quanq̃ in re non vera, ſentẽtiam. Quid enim eſt (vt ita dicam) tam præſens inter abſentes, quàm per epiſtolas, & alloqui & audire quos diligas? Nã & rudes illi Italiæ homines,[3] quos Caſcos Ennius Caſci. appellat, qui ſibi (vt in rhetoricis Cicero ait)[4] ritu ferino victum quærebant,[5] ante chartæ & mẽbranarum vſum, aut in dedolatis [6] è ligno codicillis: aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabant. Vnde & portitores earum tabellarios, & ſcriptores à libris arborum librarios vocauere. Tabellarij. Librarij. Quãto magis igitur nos, expolito iam artibus mundo, id non debemus omittere, quod illi ſibi præſtiterunt: apud quos erat cruda ruſticitas, & qui humanitatem quodãmodo neſciebant? Ecce beatus Chromatius cum ſancto Euſebio nõ plus natura quàm morum æqualitate germano, F literario me prouocauit officio. [7] Tu modo à nobis abiens, recentem amicitiam [8] ſcindis potius q̃ diſſuis. Quod prudenter apud Ciceronem Læli⁹ vetat. Niſi forte ita tibi exoſus eſt Oriens, vt literas quoq; tuas huc venire formides. Expergiſcere, expergiſcere, euigila de ſomno, pręſta vnã charta ſchedulã charitati. Inter delitias patrię, & communes quas habuimus peregrinationes, aliquãdo ſuſpira. Si amas, ſcribe obſecranti: ſi iraſceris, iratus licèt ſcribe. Magnũ & hoc deſiderij ſolamẽ habebo, ſi amici literas, vel indignantis accipiam.

SCHOLIA.

VRpilius comicus.) Hunc Euſebius teſtatur fuiſſe 1 temporib⁹ Pompeij. Quanq̃ nulla ingenij ſui monumenta nobis reliquit, quæ quidem extent. 2 Quanq̃ in re nõ vera.) Nã Comœdia res ficta eſt: & tamen in fictis fabulis veræ dicuntur ſententiæ. Quidam non intelligentes hunc locũ, vt qui nihil intelligũt, niſi quod redactum ſit in formam ſyllogiſmi, pro his verbis, quanq̃ in re non vera: mutauerãt, quã in ſe nouerat. 3 Quos Caſcos Caſcum. Ennius appellat.) Priſci caſcum vocabant vetus, lingua Sabinorum. Enniánum carmen adducit Marcus Varro: Quàm primùm

G primùm Cafci populi caruere Latini. Eſt & prouerbiũ in « Chiliadibus noſtris:Caſcus caſcam ducit,id eſt, vetulus vetulam. 4 Ritu ferino.) Quia glandibus victitabant.

5 Ante chartæ)Membranæ cõficiuntur è pellibus,chartę è linteis. 6 E ligno codicillis.) Tabulis ceratis, aut corticibus arborum. Vnde codices dicuntur libri, à codice ſeu caudice arborum. 7 Tu modò à nobis.) Modò,id eſt,paulò ante.Quò grauius eſt tam citò deſiſſe meminiſſe abſentis amici. 8 Scindis potius,quàm diſſuis.) Diſſuimus paulatim,diſcindimus repẽte.Docet autem M. Tullius in Lælio, diſſuendam eſſe conſuetudinem,non diſcindendam,ſi quando inciderimus in amicitiam nobis parum idoneam.

Codices.

Diſſuere.

Diſcidere

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Chromatius & Euſebius fratres, vnà cum Iouiniano amico,& matre,nec non ſororibus virginibus,eadẽ in domo ſanctè viuebant. His omnibus vna epiſtola ſatisfacit Hieronymus:comprobat laudes Bonoſi,de quo ſcripſerãt. Sororem ſuam illis commendat,& ſanctum illorum contuberniũ laudibus vehit.

HIERONYMVS AD Chromatium,

HOn debet charta diuidere, quos amor mutuus copulauit: nec per ſingulos officia mei ſunt partienda ſermonis,cùm ſic inuicem vos ametis, vt non minus treis charitas iungat, quàm duos natura ſociauit:quin potius ſi rei conditio pateretur,ſub vno literulę apice nomina indiuiſa cõcluderẽ:veſtris quoq; ita me literis prouocantibus,vt & in vno treis,& in tribus vnũ putarem. Nam poſtquam ſancto Euagrio tranſmittente,in ea ad me eremi parte delatæ ſunt, [1] quæ inter Syros ac Sarracenos vaſtum limitẽ ducit: ſic gauiſus ſum,vt illum diem Romanæ felicitatis, quo primum [2] Marcelli apud Nolam prælio poſt Cannẽſem pugnam Hannibalis agmina cõciderunt,ego vicerim. Et licèt ſupradictus frater ſæpe me viſitet,atque me ita vt ſua in Chriſto viſcera foueat,tamen lõgo à me ſpatio ſeiũctus, nõ minus mihi dereliquit abeundo deſiderium,q̃ attulerit veniendo lætitiam. Nunc cum veſtris literis fabulor,illas amplector,illæ mecum loquũtur, illæ hìc tantum Latinę ſciũt. Hìc enim [3] aut barI barus ſemiſermo diſcẽdus eſt,aut tacendũ. Quotieſcũque chariſſimos mihi vultus,notæ man⁹ referunt ipreſſa veſtigia,toties aut ego hìc nõ ſum, aut vos hìc eſtis. Credite amori vera dicenti: & cùm has ſcriberem,vos videbam. De quibus hoc primùm queror,cur tot interiacẽtibus ſpatijs maris atque terrarum tam paruam epiſtolam miſeritis,niſi quòd ita merui:q̃ vobis(vt ſcribitis) antè non ſcripſi. Chartam defuiſſe nõ puto [4] Aegypto miniſtrãte cõmercia. Et ſi alicui* Ptolemęus maria clauſiſſet,[5] tamen rex Attalus membranas à Pergamo miſerat,vt penuria chartæ pellib⁹ pẽſaretur. Vnde & Pergamenarũ nomẽ ad hũc vſq; diem tradẽte ſibi inuicem poſteritate,ſeruatũ eſt. Quid igitur? Arbitrer baiulum feſtinaſſe? Quãuis longæ epiſtolæ vna nox ſufficit. An vos aliqua occupatione detentos? Nulla neceſſitas maior eſt charitate. Reſtãt duo: Vt aut vos piguerit,aut ego non meruerim. E quibus magis volo vos incuſare tarditatis,quàm me condẽnare non meritum. Facilius enim negligentia emendari poteſt, quàm amor naſci. Bonoſus (vt ſcribitis)[6] quaſi filius ἰχθύος,id eſt,piſcis,aquoſa petit. [7] Nos priK ſtina contagione ſordẽtes,quaſi reguli & ſcorpiones arẽtia quæque ſectamur. Ille iam calcat ſuper colubri caput:[8] nos ſerpẽti,terram ex diuina ſententia comedenti,adhuc cibus ſumus. Ille iam poteſt [9] ſummum graduum pſalmum ſcandere: nobis adhuc in primo aſcenſu flẽtibus,neſcio an dicere aliquando contingat: Leuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi. Ille inter minaces ſeculi fluctus in tuto inſulæ,hoc eſt, Eccleſiæ gremio ſedens,ad exemplum Ioannis,librum forte iam deuorat:ego in ſcelerum meorum ſepulchro iacens,& peccatorum vinculis colligatus,dominicum de Euangelio expecto clamorem: Hieronyme,veni foras: Bonoſus inquam (quia ſecundum prophetam omnis diaboli virtus in lumbis eſt) [10] trans Euphratem tulit lumbare ſuum: vbi illud in foramine petræ abſcõdens, & poſtea ſciſſum reperiẽs,cecinit: Domine, tu poſſediſti renes meos. Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Me verò Nabuchodonoſor ad Babylonem,id eſt,confuſionem mẽtis meæ catenatum L duxit:ibi mihi captiuitatis iugũ impoſuit:ibi ferri circulum naribus meis innectens,de cãticis Sion cantare præcepit. Cui ego dixi: Dominus ſoluit compeditos,dominus illuminat cęcos. Vt breuiter cœptam diſſimilitudinem finiã, ego veniã deprecor,ille expectat coronam. Soror mea, ſancti Iuliani in Chriſto fructus eſt. Ille plãtauit,vos rigate:dominus incremẽtum dabit. Hãc mihi Ieſus pro eo vulnere,quod diabolus inflixerat,prę-ſtitit,viuam reddendo pro mortua. Huic ego (vt ait [11] gentilis poẽta)omnia etiã tuta timeo. [12] Scitis ipſi lubricum adoleſcentiæ iter, in quo & ego lapſus ſum,& vos nõ ſine timore tranſiſtis. Hoc illa nunc maximè ingrediens, omniũ eſt fulcienda præceptis,omniũ eſt ſuſtentãda ſolatijs, id eſt, crebris veſtræ ſanctitudinis epiſtolis roboranda. Et quia charitas omnia ſuſtinet:obſecro vt etiã à papa Valeriano ad eã confortandam literas exigatis. Noſtis puellares animos his rebus plerũq; ſolidari,ſi ſe intelligant curæ eſſe maioribus. In mea enim patria [13] ruſticitatis vernacula,deus vẽter eſt,& in diem viuitur:& ſanctior eſt ille,qui ditior eſt. Acceſſit huic patellæ(iuxta tritum populi ſermone prouerbium)dignũ operculum,[14] Lupicinus ſacerdos,ſecundum illud quoq;,de quo ſemel in vita Craſſum ait riſiſſe Lucillius: [15] ſimilẽ habẽt labra lactucã,aſino carduos comedente:videlicet vt perforatam nauẽ debilis gubernator regat,& cæcus cæcos ducat in foueã. Talisq; ſit rector,quales illi qui reguntur. Matrem cõmunem (quæ cùm vobis ſanctitate ſocietur,in eovọs præuenit,quia tales genuit,cuius verè venter aureus poteſt dici)eo ſalutamus honore,quo noſtis: vnà quoque ſuſpiciendas cunctas ſorores,quæ ſexum vicêre cum ſeculo:quæ oleo ad lampadas largiter pręparato,ſponſi operiuntur aduentum. O beatà domus,in qua moratur Anna vidua, virgines prophetiſſæ, geminus Samuel nutritus in templo. O tecta felicia, in quibus cernimus Machabæorum martyrum coronis cinctam martyrem matrem. Nam licèt quotidie Chriſtum confiteamini, dum eius præcepta ſeruatis: tamen ad priuatam gloriam publica hæc acceſſit vobis & aperta

*fortè,alicubi.

Pergamenæ.

Phil.1.

Lucæ.6.

Matt.25.

Lucæ.2.

1.Reg.1. & ſeq. Machab.

A aperta confeſſio, quòd per vos ab vrbe veſtra Ariani quondam dogmatis virus excluſum eſt. Et miramini forſitan,quòd in fine iam epiſtolæ rurſum exorſus ſim. Quid faciam? Vocem pectori negare non valeo:epiſtolæ breuitas compellit tacere:deſiderium veſtri cogit loqui. Præproperus ſermo:cõfuſa turbatur oratio:amor ordinẽ neſcit.

SCHOLIA.

Sarraceni. QVæ inter Syros ac Sarracenos.) Hos diuus Hieronymus pro Agarenis, Sarracenos corrupto vocabulo dictos putat. Gentem autem eſſe feram,& incertis vagantem ſedibus,infeſtam finitimis omnibus. In Hebræis quæſtionibus ſignificat Sarracenos ab Iſmahele ortos,dictos à Sarram, quod Hebraica lingua ſonat Onagrum. Sunt autem in confinio Syriæ & Arabiæ ad meridianam plagam. 2 Marcelli apud Nolam.) In Cannenſi pugna multa Romanorum milia ceciderant,victore Hannibale. Rurſus apud Nolam, Marcelli auſpicijs,Pœni grauiſſimè conciſi ſunt. Narrat Liuius Decadis tertię,libro quarto.

Cannæ.

Nola.

3 Aut barbarus ſemiſermo.) Conſentiunt quidem exemplaria,verùm arbitror legendum,ſemibarbarus ſermo,quòd parum Syriace illic loquerentur: aut barbariſſimus ſermo: aut barbarus mihi ſermo. 4 Aegypto miniſtrante commercia.) Vide num legendum ſit,Aegypti miniſtrante com
B mercio. Nam hinc aduehebantur chartæ ſiue papyrus, quæ aliunde fiebant quàm ex membranis. Aut ſi nõ placet mutare ſcripturam,intellige chartas è Tyro, vbi primùm inuentæ putantur, deuehi in Aegyptum. 5 Tamen rex Attalus membranas.) Leuiter alluſit ad hiſtoriã,quòd ob æmulationem circa bibliothecas, Ptolemæus non paſſus ſit exportari papyrum,& ob id chartæ ab Alexãdro repertæ ſunt. Deinde Pergami inuentæ membranæ,quarum magnam vim Attalus rex Romã miſit. 6 Quaſi filius piſcis.) Quòd piſcis amet aquas. Is iocus quoniam frigidior erat, addidit Hieronymꝰ, ſicut ſcribitis,oſtendens illorũ eſſe,non ſuum. 7 Nos priſtina.) Bonoſus elegerat inſulam vndiq; mari circunfluam, Hieronymus verſabatur in arenis Syriæ. Porrò regulus,quẽ Græci baſiliſcum vocant, & ſcorpius,in aridis locis maximè reperiũtur,vt in Libycis arenis. 8 Nos ſerpenti.) Ita legis Geneſis tertio: Super pectus tuũ gradieris,& comedes terrã omnibus diebus vitæ tuæ, Peccator autem pabulum eſt diaboli. 9 Summum graduum pſalmum.) Alluſit ad quindecim gradus,qui ſunt in quindecim pſalmis. 10 Trans Euphratem.) Hic locus ad quẽ alluſit,eſt apud Hieremiam capite decimotertio. 11 Gentilis poëta.) Sic Vergilius in quarto libro Aeneidos: Omnia tuta timens. 12 Scitis lu-
C bricum.) Hic palàm confitetur Hieronymus ſe fuiſſe lapſum in adoleſcentia, & alibi fatetur ſe virginitatem non habere. 13 Ruſticitas vernacula.) Quod Græci vocant ἐθνικώτερον, hoc eſt, proprium alicui loco. Quidam codices ſcriptũ habebant, ruſticitatis vernacula. 14 Lupicinius ſacerdos.) Epiſcopum intelligit dignum tali populo. 15 Similem habent labra.) Lactuca mollis eſt. At aſinus quoniam habet labra dura, quod nobis eſt lactuca, hoc illi eſt carduus, herba ſpinoſiſſima, cui tamen eſt aliquid cum lactuca commune, quòd ſuccum habet lacteum.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Expoſtulat cum Chryſogono Aquileiæ monacho, quòd nihil ſcribens, oblitus videatur abſentis amici,idq; tam citò, & eius quem nuper amicum habere cœperit.

HIERONYMVS AD Chryſogonum monachũ.

QVi circa te affectus meus ſit, chariſſimus ambobus Heliodorus tibi potuit fideliter nunciare:qui nõ minore te diligit amore,quàm ego diligo: vt ſemper in ore meo nomen tuum ſonem: vt ad primam quanque confabulationem iucundiſſimi mihi cõ- D
ſortij recorder,vt humilitatem admirer:virtutem efferam, prædicem charitatem.[1] Verùm tu quod natura lynces inſitum habent,ne poſt tergum reſpicientes meminerint priorum, & mens perdat, quod oculi videre deſierint: ita noſtræ es neceſſitudinis penitus oblitus, vt illam epiſtolam[2] quã in corde Chriſtianorum ſcriptam Apoſtolus refert,nõ[3] parua litura,ſed imis(vt aiunt)ceris eraſeris. Et illæ quidem(quas diximus)feræ,ſub frondente captãtes arboris ramo fugaces capreas: aut timidum ceruos animal comprehendunt: currentemq; fruſtra prædam, dum hoſtem ſuum ſecum vehit,rabido deſuper ore dilaniant,& tamdiu meminere prædandi,quamdiu venter vacuus ſiccum fame guttur exaſperat. Vbi vero ſanguine paſta feritas viſcera diſtenta compleuerit, cum ſaturitate ſuccedit obliuio: tamdiu neſcitura quid capiat, donec memoriam reuocauerit eſuries. Tu necdum ſatiatus è nobis, cur finem iungis exordio? cur amittis antequam teneas? Niſi fortè negligentię ſemper excuſatione ſocia,aſſeras te non habuiſſe quod ſcriberes: cùm hoc ipſum debueris ſcribere,te non habuiſſe quod ſcriberes. E

SCHOLIA.

Verùm tu quod natura lynces.) Plinius tradit Lyncibus hanc ineſſe obliuionem: vt ſi inter edendum ſubitò reſpexerint,oblitæ cibi qui adeſt,alium quærãt. 2 Quam in corde Chriſti.) Sic enim Paulus ad Corinthios epiſtola ſecunda, capite iij. Epiſtola mea vos eſtis ſcripta in cordibus &c. 1 Lyncum obliuio.

3 Parua litura.) Litura delet ſummum æquor ceræ, à linendo dicta. At tum ſolent apparere nonnunquam aliqua literarum veſtigia. Cæterum quod penitus aboletur, imis ceris eradi dicitur.

HIERONYMVS AD Antonium de modeſtia.

DOminus noſter humilitatis magiſter, diſceptantibus de dignitate diſcipulis, vnum apprehẽditè paruulis,dicens: Quicunque veſtrum nõ Matt.18.
fuerit conuerſus ſicut infans, non poteſt introire in regnum cœlorum. Quod ne F
tantum docere, nec facere videretur,impleuit exemplo:dum diſcipulorum pedes lauat:dum traditorem oſculo excipit:dum loquitur cum Samaritana: dum ad pedes ſibi ſedente Maria de cœlorũ diſputat regno: dum ab inferis reſurgẽs, primùm mulierculis apparet. Satanas autẽ ex archangelico faſtigio non aliam ob cauſam,niſi ob contrariam humilitati ſuperbiam ruit. Et Iudaicus populus primas cathedras, & ſalutationes in foro vẽdicans,deputato antea in ſtillam ſitulæ,gẽtium populo ſuccedente, deletus eſt.[1] Contra ſophiſtas quoq; ſeculi & ſapientes mundi Petrus & Iacobus piſcatores mittuntur. Cuius rei cauſa ſcriptura ait: Superbis deus reſiſtit,humilibus dat gratiam. Iacob.1.
Vide frater quale malũ,ſit,quod aduerſarium habet deum. Ob quod in Euangelio & phariſæus arrogans ſpernitur, & humilis publicanus auditur. Decem iam(niſi fallor)epiſtolas plenas tam officij quàm precum miſi,[2] cùm tu ne nutum quidem facere dignaris:& domino loquente cũ ſeruis,frater cũ fratre non loqueris. Nimis,inquies,cõtumelioſè,

Ioan.13. Ioan.4. Lucæ.10. & Ioan.12 Ioan.20. Marc.12. Lucæ.18.

G lioſe. Crede mihi, niſi ſtili verecundia prohiberet, tanta lęſus ingererem, vt inciperes mihi reſcribere, vel iratus. Sed quoniam & iraſci hominis eſt, & iniuriam non facere, Chriſtiani: ad antiquum morem reuertens, rurſus precor, vt & diligentem te diligas, & conſeruo ſermonem cõſeruus impartias. Vale in domino.

SCHOLIA.

Sophiſtę. 1 CONtra ſophiſtas.) Sophiſtas intelligit ſapiẽtię profeſſores. At nunc vt diuitias & imperiũ, ita ſapientiã quoq; pluſquã mundanã libẽter amplectimur, cùm Chriſtus amet eſſe purus ab omni contagio mundi. 2 Cùm tu ne motum quidem.) Quidã codices habebant motum, quidam mutum, quidam nutũ. Conijcio ſcriptum fuiſſe, ne my quidem, ſiue ne mu quidem, pro eo quod eſt, ne minimum quidem verbum. M. Varro refert hũc verſum, ni fallor, Ennianũ: Dicit quod minimũ eſt: neq;, vt aiũt, my facere audẽt. De quo plura ſcripſim⁹ in Chiliadib⁹ prouerbiorum. Aliquis imperitus, cùm non intelligeret, quid ſibi vellet facere mu, caſtigauit, hoc eſt, deprauauit, mutum: quod alius rurſum offenſus abſurditate ſenſus, vertit in mo
H tum. Tertius quiſpiam, cui nec hoc faciebat ſatis, ex mutum fecit nutum. Atq; hæc ſanè lectio tolerabilior eſt.

Ne my quidem.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Quidam ex cõſenſu vxoris, inſtituerat ab vſu matrimonij abſtinere: ſed per occaſionẽ domeſticæ conſuetudinis relapſus eſt ad coitum. Illa pœnitens, ſe contulerat ad loca ſancta. Hieronymo rem narrat. Adhortatur igitur maritum, vt vxoris exemplo pœniteat, & ſacra viſat loca. Opinor nomẽ eius ad quem ſcribit, data opera ab Hieronymo prætermiſſum, ne famam illius notaret. Quanquam haud ſcio quis aſſcripſit, ad Ruſticum.

HIERONYMVS AD Ruſticum.

OVòd ignotus ad ignotum audeo ſcribere, ſanctæ ancillę Chriſti Hedibię & filiæ meæ, coniugis tuę Artemię, imò ſororis ex coniuge atq; conſeruæ, fecit deprecatio. Quę nequaquã propria ſalute contenta, tuam & antè quæſiuit in
I patria, & nunc in ſanctis locis quærit, imitari cupiens Andreæ & Philippi apoſtolorum beneuolentiam: quorum vterq; inuentus à Chriſto, fratrẽ Simonem, & amicum Nathanaël inuenire deſiderat, vt alter eorum mereatur audire: Tu es Simon filius Iohanna, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Alter donum dei (hoc enim lingua noſtra ſonat Nathanaël) Chriſti ad ſe loquentis teſtimonio ſubleuetur: Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Optauerat quondam & Lot cũ filiabus ſaluare coniugem ſuam, & de incendio Sodomæ & Gomorræ penè ſemiuſtus erũpens, educere eam, quæ priſtinis vitijs tenebatur aſtricta: ſed ea deſperatione trepida, reſpiciensq; poſt tergum, æterno infidelitatis titulo condemnatur. Et ardens fides pro vna muliere perdita, totam Segor liberat ciuitatem. Denique poſtquã Sodomiticas valles ac tenebras derelinquens, ad montana conſcendit, ortus eſt ei Sol in Segor, quę interpretatur paruula: vt parua fides Lot, quia maiora nõ poterat, ſaltem minora ſeruaret. Neque enim Gomorræ quondam & erroris habitator, ſtatim ad meridiem poterat peruenire, in qua Abraham amicus domini cum angelis ſuſcepit deum. Et Ioſeph fratres paſcit in Aegypto, ſponſusq; audit à ſponſa: Vbi cubas? vbi paſcis in meridie? Samuel quondam plangebat Saulem, quia ſuperbiæ vulnera pœnitentiæ medicamine non curabat. Et Paulus lugebat Corinthios, qui fornicationis maculas lachrymis delere nolebant. Vnde & Ezechiel librum deuorat ſcriptum intus & foris, carmine & planctu & væ. Carmine, ſuper laude iuſtorum: planctu, ſuper pœnitentibus: vę, ſuper his de quibus ſcriptum eſt: Cùm venerit impius in profundum malorum, contemnit. Quos oſtendit Eſaias, dicens: Vocauit dominus ſabaoth in die illa ad fletum & planctum & decaluationem & accinctionem ciliciorum: ipſi autem fecerunt lætitiam & exultationem, mactantes vitulos & occidentes oues, vt comederent carnes, dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. De quib⁹ & Ezechiel loquitur: Et tu fili hominis dic domui Iſraël, ſic loquuti eſtis, dicẽtes: Errores noſtri & iniquitates noſtræ ſuper nos erunt, & in ipſis contabeſcimus: & quomodo ſalui eſſe poterimus? Dic eis: Viuo ego dicit dominus. Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur à via ſua. Et iterũ: Reuertimini recedentes à via veſtra: quare moriemini domus Iſraël? Nihil tam offendit deũ, quàm deſperatione meliorũ hærere prioribus: † licèt & ipſa deſperatio incredulitatis indicium ſit. Qui enim deſperat ſalutem, non putat futurum eſſe iudicium. Quod ſi metueret, vtique bonis operibus ſe iudici præpararet. Audiamus per Hieremiam loquentem deum: Conuerte pedem tuum à via aſpera, & guttur tuum à ſiti. Et iterum: Nunquid qui cadit nõ reſurget? aut qui auerſus eſt, non reuertetur? Et per Eſaiam: Quando conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris, & ſcies vbi fueris. Scire non poſſumus ægrotationis mala, niſi cùm fuerit ſanitas conſequuta. Et quantum boni virtus habeat, vitia demonſtrant: clariusq; fit lumen cõparatione tenebrarum. Ezechiel quoque iiſdem verbis, quia eodẽ & ſpiritu: Conuertimini, inquit, & redite ab iniquitatibus veſtris domus Iſraël, & non erunt vobis in tormẽtum impietates. Proijcite omnes impietates veſtras, quibus impiè egiſtis aduerſum me: & facite vobis cor nouũ & ſpiritum nouum. Et quare moriemini dom⁹ Iſraël? Nolo enim mortem peccatoris dicit dominus. Vnde & in conſequentibus loquitur: Viuo ego dicit dominus. Nolo mortem peccatoris, niſi vt reuertatur à via ſua & viuat: ne mens incredula de bonorum repromiſſione deſperet, & ſemel perditioni animus deſtinatus, non adhibeat vulneri curationem: quod nequaquam exiſtimat poſſe curari. Idcirco iurare ſe dicit, vt ſi non credimus promittenti deo, credamus ſaltem pro noſtra ſalute iuranti. Quam ob cauſam iuſtus precatur, & dicit: Conuerte nos deus ſalutaris noſter, & auerte furorem tuum à nobis. Et iterum: Domine, in voluntate tua præſtitiſti decori meo fortitudinem. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Poſtq; enim fœditatem delictorum meorũ virtutum decore mutaui, infirmitatem meam tua gratia roboraſti. Ecce audio pollicentem: Perſequar inimicos meos, & comprehendã illos, & nõ reuertar † donec deficiant: vt q te antè fugiebã, † cõuerſa & inimicus

Mat. 4. & Marc. 1. Ioan. 1. Ibidem. Cephas vocabitur tu. Nathanaël. Ibidem. Gene. 19. Ibidem. Segor. Gene. 18. Gene. 42. K & ſeq. Cant. 1. 1. Reg. 15. 1. Cor. 5. & 2 Cor. 12. Ezech. 13. Eſa. 22. Prou. 18. L Ezech. 18. Ibidem. Hiere. 2. † peioriſ. Eſaie. 30. & 45. M Ezech. 18. Pſal. 84. Pſal. 29. Pſal. 17. † cõuerſa

A & inimicus eram,tua cõprehendar manu.Ne ceſſes à perſequendo,donec deficiam à via mea peſſima,& reuertar ad virũ meũ priſtinũ: q mihi dabit linteamina mea,& oleum,& ſimilam, & cibabit me pinguiſſimis cibis. Qui idcirco obſepſit atque præcluſit vias meas peſſimas,vt eam inuenirem viã,quæ dicit in Euangelio: Ego ſum via, veritas,& vita. Audi prophetam loquẽtem:Qui ſeminant in lachrymis,in gaudio metent.Euntes ibant & flebant,portantes ſemina ſua.Venientes autem venient in exultatione,portantes manipulos ſuos.Et loquere cum eo: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, in lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Et iterum: Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum,ita deſiderat anima mea ad te deus.Sitiuit anima mea ad te deum fontem viuũ, quando veniam & apparebo ante faciem dei?Factæ ſunt mihi lachrymę meæ panes per diẽ & noctem,Et in alio loco:Deus deus meus,ad te de luce vigilo,Sitiuit anima mea ad te,quàm multipliciter tibi caro mea.In terra deſerta & inuia & inaquoſa,ſic in ſancto apparui tibi. Quãquã enim
B ſitierit te anima mea,tamen multo te plus carnis meæ labore quæſiui,& tibi in ſancto apparere nõ potui: niſi prius in terra deſerta à vitijs & inuia aduerſarijs poteſtatibus,& abſq; humore & rheumate vllius libidinis commorarer.Fleuit & dominus ſuper ciuitatem Hieruſalem,quia nõ egiſſent pœnitentiam:& Petrus trinam negationem amaritudine abluit lachrymarũ, impleuitq; illud propheticũ: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Plangit & Hieremias populum pœnitentiam nõ agentem,dicens: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarũ,& plorabo populum iſtum per diem & noctem? Cur autem plãgat & defleat,ſequenti ſermone demonſtrat: Nolite flere mortuum,neq; plangatis eum.Flete plãctu qui egreditur,quia non reuertetur vltrà. Nequaquam igitur gentilis plangendus eſt, atque Iudæus,qui in Eccleſia nõ fuerunt, & ſemel mortui ſunt: de quibus ſaluator dicit: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos:ſed eos plãge,qui per ſcelera atque peccata egrediuntur de Eccleſia: &
C nolunt vltrà reuerti ad eam,damnatione vitiorum. Vnde & ad viros Eccleſiaſticos, qui muri & turres Eccleſiæ nũcupantur,loquitur ſermo propheticus,dicens: Muri Sion,proferte lachrymas, implentes illud Apoſtoli: Gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus: vt dura corda peccantiũ veſtris lachrymis prouocetis ad fletum, ne perſeuerantes in malitia,audiant:Ego plantaui te vineã frugiferam,omne ſemen verum: quomodo verſa es in amaritudinem vitis alienæ? Et iterum:Ligno dixerunt,pater meus es tu: & lapidi tu genuiſti me,& verterunt ad me dorſa,& nõ facies ſuas. Et eſt ſenſus:Noluerunt ad me cõuerti,vt agerẽt pœnitẽtiam,ſed per cordis duritiam in iniuriam meam ſua terga verterũt.Quamobrem & dominus loquitur ad Hieremiam,Vidiſti quę fecerunt mihi habitatio Iſraël? Abierunt ſuper omnẽ mõtem excelſum,& ſubter omne lignum frõdoſum, & fornicati ſunt ibi, & dixi poſtquam fornicata eſt & fecit hæc omnia,ad me reuertere, & non eſt reuerſa. O clementia dei,ò noſtra duritia,dum & poſt tanta ſcelera nos prouocat ad ſalutem.Et ne ſic quidem volumus ad meliora conuerti: Si reliquerit,inquit,vxor virum ſuũ, & alij nupſerit,& voluerit poſtea reuerti ad eum:nũquid ſuſcipiet eã,& non deteſtabitur? Pro quo ſcriptũ eſt iuxta Hebraicam veritatem,quod in Græcis & Latinis codicibus non habetur:Et tu reliquiſti me, tamẽ conuertere & ſuſcipiam te,dicit dominus. Eſaias quoque in eundem ſenſum iiſdem penè loquitur ſermonibus:Conuertimini qui profundum conſilium cogitatis,& iniquum filij Iſraël:reuertere ad me,& redimam te.Ego deus,& non eſt alius præter me,iuſtus & ſaluator non eſt abſque me. Reuertimini ad me,& ſalui eritis, qui eſtis in extremis terræ.Recordamini horum,& ingemiſcite,& agite pœnitentiam qui erratis. Cõuertimini corde,& mementote priorum à ſeculo: quoniam ego ſum deus, & non eſt alius abſque me. Scribit & Iohel:Conuertimini ad me ex toto corde veſtro, in ieiunio,& lachrymis,& planctu:ſcindite corda veſtra,& non veſtimenta veſtra. Miſericors enim & miſerator eſt dominus, & agens pœnitentiam ſuper malitijs. Quantæ autem ſit miſericordiæ,
E & quàm(vt ita loquar)nimiæ ineffabilisq; clemẽtiæ,Oſee propheta nos doceat,per quem loquitur deus:Quid tibi faciam Ephraim?quomodo tegam Iſraël? quid tibi inquam faciam? Sicut Adama ponam te,& ſicut Seboim.Cõuerſum eſt cor meum in me,& cõturbata eſt pœnitudo mea. Nequaquam faciam ſecundum iram furoris mei. Vnde & Dauid loquitur in pſalmo:Nõ eſt in morte qui memor ſit tui,in inferno autem quis confitebitur tibi?Et in alio loco: Peccatum meum notum feci,& iniquitatem meam non abſcondi.Dixi,pronunciabo cõtra me iniquitatem meam domino,& tu dimiſiſti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno.Verũtamen in† diluuio aquarum multarũ ad eum non approximabunt.Vide quãta magnitudo ſit fletuum,vt aquarũ diluuio comparetur. Quos qui habuerit,& dixerit cum Hieremia:Nõ ſileat pupilla oculi mei, ſtatim in illo cõplebitur: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia
F & pax deoſculatæ ſunt: vt ſi te iuſtitia & veritas ſeruauerint,miſericordia & pax prouocent ad ſalutem. Totam pœnitentiam peccatoris oſtendit pſalmus quinquageſimus,quãdo ingreſſus eſt David ad Bethſabee vxorem Vriæ Ethei, & à Nathan prophetante correctus, reſpondit:Peccaui. Statimq; meruit audire:Et dominus abs te abſtulit peccatum. Adulterio enim iunxerat homicidium,& tamen conuerſus ad lachrymas: Miſerere,ait,mei deus ſecundum magnam miſericordiã tuam. Et ſecũdum multitudinem miſerationum tuarum,dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum, magna indigebat miſericordia. Vnde iungit & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui (rex enim eram, alium non timebam) & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Concluſit enim deus omnia ſub peccato, vt omnibus miſereatur. Tantúmque profecit,vt dudum peccator & pœnitens tranſierit in magiſtrum, & dicat: Docebo iniquos

Ezech.16. Ioan.14. Pſal.125. Pſal.6. Pſal.41. Ibidem. Pſal.62. Lucæ.19. Matt.26. Pſal.118. Hiere.9. Matt.8. Roma.12. Hiere.2. Ibidem. Hie.2.& 3 & Eſa.57. Hiere.3. Eſaiæ.21. &.31. Eſa.45. Iohel.2. † Verũtamẽ niſi in. Thren.2. Pſal.48. 2.Reg.11. 2.Reg.12. Pſal.50. Roma.11. Pſal.50.

G quos vias tuas,& impij ad te conuertentur. Con-
Psal.95. fessio enim & pulchritudo coram eo,vt qui sua cō
Psal.37. fessus fuerit peccata,& dixerit: Putruerūt & cor-
ruptę sunt cicatrices meæ à facie insipientię meę,
fœditatem vulnerum in sanitatis decorem com-
Prou.28. mutet.Qui enim abscondit iniquitatem suam,nō
prosperabitur. Achab rex impijssimus, vineam
3.Reg.21. Nabuthæ cruore possedit: & cum Hiezabel non
tam coniugio sibi, quàm crudelitate coniuncta,
Heliæ increpatione corripitur: Hæc dicit domi-
nus: Occidisti, & possedisti. Et iterum: In loco
in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi
lingent sanguinē tuum: & Hiezabel canes come-
dent ante muros Iezraël. Quod cùm audisset
Achab,scidit vestimenta sua,& posuit saccum su-
per carnem suam, ieiunauitq; & dormiuit in cili-
cio.Factusq; est sermo domini ad Heliam, dicēs:
Quoniam reueritus est Achab faciem meam,nō
inducam malum in dieb9 eius. Vnū scelus Achab
& Hiezabel, tamen conuersus ad pœnitentiam
Achab,pœna differtur in posteros:& Hiezabel in
H scelere perseuerans,prę senti iudicio cōdemnatur.
Matt.12. Loquitur & dominus in Euangelio: Viri Niniui-
tæ surgent in iudicium cum generatione hac, &
condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam
Matt.9.& in prædicatione Ionæ. Non enim veni vocare iu-
Lucæ.5. stos,sed peccatores ad pœnitētiam.Drachma pe-
Lucæ.15. rit,& tamen inuenitur in stercore.Nonagintano-
Ibidem. uem oues relinquuntur in solitudine, & vna ouis
Ibidem. quę aberrauerat,pastoris humeris reportatur.Vn
de & lætitia angelorum est super vno peccatore
agente pœnitentiam. Quanta felicitas vt de sa-
lute nostra exultent cœlestia? De quibus dicitur:
Matt.3. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū
cælorū. Nullum in medio spatium. Mors & vita
sibi contraria sunt, & tamē pœnitentia copulan-
Lucæ.15. tur.Luxuriosus filius totam prodegerat substan-
tiam:& procul à patre vix porcorū cibis inediam
sustentabat.Reuertitur ad parentem, immolatur
ei vitulus saginatus:stolam accipit & annulum,vt
Christi recipiat vestimentū,quod dudum pollue-
Eccl's.9. rat,& audire mereatur: Candida sint semper ve-
I stimenta tua.Receptoq; signaculo dei,proclamet
ad dominum:Pater, peccaui in cœlum, & coram
te:& reconciliatus oculo,dicat ad eum:Signatum
Psal.4. est super nos lumen vultus tui domine. Iustitia
Ezech.33. iusti non liberabit eum in quacunque die pecca-
uerit:& iniquitas iniqui non nocebit ei, quacunq;
Ezech.7. die conuersus fuerit. Vnumquenque iudicat sicut
inuenerit.Nec præterita cōsiderat, sed præsentia:
si tamen vetera crimina nouella conuersione mu-
Prou.24. tentur. Septies cadit iustus, & resurget. Si cadit,
quomodo iustus? Si iustus, quomodo cadit? Sed
iusti vocabulum non amittit,qui per pœnitentiā
Matt.18. semper resurgit. Et non solum septies,sed septua-
giessepties delinquenti, si conuertatur ad pœni-
Lucæ.7. tentiam,peccata donantur. Cui plus dimittitur,
Ibidem. plus diligit. Meretrix lachrymis pedes saluatoris
lauat, & crine detergit:& in typum Ecclesiæ de
gentibus congregatæ meretur audire: Dimittun-
Lucæ.18. tur tibi peccata tua.Pharisæi iustitia,perit super-
bia: & publicani humilitas,confessione saluatur.
Hiere.18. Per Hieremiam contestatur deus: Ad summam
loquar contra gentem & regnum, vt eradicem &
destruam,& disperdam illud. Si pœnitentiā ege-
rit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduer- K
sum eam: agam & ego pœnitentiam super malo,
quod cogitaui vt facerem ei. Et ad summam lo-
quar super gentem & regnum, vt ædificem, & vt
plantem illud. Si fecerit malum in cōspectu meo,
vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam
super bono,quod loquutus sum vt facerē ei. Sta-
timq; infert: Ecce ego fingo contra vos malum,&
cogito contra vos cogitationē. Reuertatur vnus-
quisq; à via sua mala,& dirigite vias vestras & stu
dia vestra.Qui dixerunt:Desperauimus:post co-
gitationes enim nostras ibimus,& vnusquisq; post
prauitatem cordis sui malum faciemus. Symeon
iustus in Euangelio loquitur: Ecce hic positus est Lucæ.2.
in ruinam,& in resurrectionem multorū,in ruinā
videlicet peccatorum: & in resurrectionem eorū,
qui agunt pœnitentiam. Apostolus scribit ad Co 1.Cor.5.
rinthios: Auditur inter vos fornicatio:& talis for
nicatio,qualis ne inter gentes quidem,ita vt vxo-
rem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis, &
non magis luctum habuistis vt tollatur de medio
vestrum,qui hoc opus fecit. Et in secunda ad eos- L
dem epistola,ne abundantiori tristitia pereat, qui 2.Cor.2.
eiusmodi est:reuocat eum & obsecrat, vt confir-
ment super illum charitatem:vt qui incestu perie
rat,pœnitentia conseruetur. Nullus quidē mun-
dus à peccato: ne si vnius quidem diei fuerit vita
eius,numerabiles autē anni vitę illius. Astra quo- Iob.15.
que ipsa non sunt munda in conspectu eius:& ad- & 25.
uersum angelos suos peruersum quid excogita- Iob.4.
uit. Si in cœlo peccatum, quanto magis in terra!
Si delictum in his qui carēt tentatione corporea:
quāto magis in nobis, qui fragili carne circunda-
mur,& cum Apostolo dicim9: Miser ego, quis me Roma.7.
liberabit de corpore mortis huius? Non enim ha- Ibidem.
bitat in carne nostra bonum,nec agimus quod vo
lumus,sed quod nolumus:vt aliud anima deside-
ret, aliud caro facere cogatur. Quòd si quidam
iusti appellantur in scripturis,& non solum iusti,
sed iusti in conspectu dei: iuxta illam iustitiā ap-
pellantur iusti, iuxta quam supra dictum est: Se- Prou.24.
pties cadit iustus, & resurgit. Et iuxta quod ini- Ezech.33.
quitas iniqui non nocebit ei in quacunq; die con- M
uersus fuerit. Denique & Zacharias pater Ioan- Lucæ.1.
nis, qui scribitur iustus, peccauit in eo quòd non
credidit,& statim silentio condemnatur. Et Iob, Iob.1.&17
qui iustus & immaculatus,ac sine querela in prin-
cipio voluminis sui scribitur,postea & dei sermo- Iob.7.
ne,& confessione sui peccator arguitur. Si Abra- &.33.
ham,Isaac & Iacob, prophetæ quoq; & Apostoli, Matt.13.
nequaquā caruere peccato: si puriſſimum triticū
habuit mixtas paleas, quid de nobis dici potest, Hiere.23.
de quibus scriptum illud est: Quid paleis ad fru-
mentum,dicit dominus? Et tamē paleę futuro re-
seruantur incēdio:& zizania hoc tempore mixta Matt.&
sunt segetibus frumentorum,donec veniat qui ha Lucæ.3.
bet ventilabrū in manu sua,& purgauerit aream:
vt cōgreget triticū in horrea, & quisquilias gehē-
næ igni comburat.Hæc omnia quasi per pulcher-
rima scripturarum prata discurrens, in vnum lo-
cum volui cōgregare:& de speciosissimis floribus
coronam tibi texere pœnitentiæ, quam imponas
capiti tuo:& assumas pennas columbę,& voles & Psal.54.
requiescas, & clementissimo reconcilieris patri.

Narrauit mihi vxor quondā tua,nūc soror atq;
conserua,

1.Cor.7. conſerua,quòd iuxta præceptum Apoſtoli ex cõ-
A ſenſu abſtinueritis vos ab opere nuptiarũ, vt va-
caretis orationi:tuaq; rurſum veſtigia,quaſi in ſa
lo poſita fluctuaſſe, imò (vt apertius loquar) eſſe
prolapſa. Illam autẽ audiſſe à domino cum Moy-
Exod.33. ſe, Tu verò hìc ſta mecum: & dixiſſe de domino:
Pſal.39. Statuit ſupra petram pedes meos. Tuam domũ,
quæ fundamenta fidei ſolida non habebat,poſtea
diaboli turbine cõcidiſſe. Porrò illius perſtare in
domino,& ſuum tibi hoſpitium nõ negare: vt cui
prius coniunctus fueras corpore,nunc ſpiritu co-
1.Cor.6. puleris. Qui enim adhæret domino, vnus ſpirit⁹
eſt cum eo. Cumq; vos rabies barbarorum, & im-
minens captiuitas ſepararet,ſub iuriſiurãdi teſtifi
catione pollicitum, vt ad ſancta tranſeuntem lo-
ca,vel ſtatim,vel poſtea ſequereris, & ſeruares ani
mam tuã, quam viſus fueras negligẽtia perdidiſ-
ſe. Redde igitur quod præſente deo ſpopondiſti.
Incerta eſt vita mortaliũ: ne antè rapiaris,quàm
tuam impleas ſponſionem. Imitare eam,quam do
cere debueras. Proh pudor,fragilior ſexus vincit
ſeculum, & robuſtior ſuperatur à ſeculo. [4] Tanti
dux fœmina facti eſt:& nõ ſequeris eam, in cuius
B ſalute [5] cãdidatus es fidei? Quòd ſi te rei familia-
ris tenent reliquiæ, vt ſcilicet & mortes amicorũ
& ciuium videas,& ruinas vrbium atq; villarum:
ſaltem inter captiuitatis mala,& feroces hoſtium
vultus,& prouinciæ tuæ infinita naufragia,tene-
to tabulam pœnitentię:& memẽto conſeruę tuæ,
quæ tuam quotidie ſuſpirat nec deſperat ſalutẽ.
Tu vagaris in patria,imò non patria, quia patriã
perdidiſti:iſta pro te in locis venerabilib⁹ reſurre
ctionis & crucis,& incunabulorum domini ſalua-
toris,in quib⁹ paruulus vagijt,tui nominis recor-
datur: teq; ad ſe orationibus trahit: vt ſi non tuo
merito,ſaltem huius ſalueris fide. Iacebat quondã
Marc. 2. paralyticus in lectulo, & ſic erat cunctis artubus
& Ioan. 5. diſſolutus,vt nec pedes ad ingrediendum, nec ma
nus mouere poſſet ad precandum: & tamen pro-
fertur ab alijs, & reſtituitur priſtinæ ſanitati, vt
portaret lectulum, qui dudum portabatur à lectu
lo. Et te igitur abſentem corpore,præſentem fide,
offert conſerua tua domino ſaluatori:& dicit cum
Matt.15. Chananæa: Filia mea malè vexatur à dæmonio.
C Recte enim appellabo animam tuã filiam animæ
eius, quæ ſexus neſcit diuerſitatem: quia te quaſi
paruulum,atq; lactentem,& necdum valentem ſu
mere ſolidos cibos,inuitat ad lac infantiæ, & nu-
tricis tibi alimenta demonſtrat: vt poſſis dicere
Pſal.118. cum propheta: Erraui ſicut ouis perdita: quære
ſeruum tuum, quoniam mandata tua non ſum
oblitus.

SCHOLIA.

Rheuma. ABſque humore & rheumate.) ῥεῦμα Græcè flux⁹ eſt. Pituita & humor,corporis deſiccatur inedia. Et corpore exucco, libido extinguitur. Id refert ad hoc quod ſcriptum eſt: In inuio & inaquoſo.

Adama et Seboim 2 Sicut Adama ponam te.) Adama & Seboïm duæ ciuitates ſunt iuxta Sodomã,ex his quas ignis cœleſtis abſumpſit.

3 Quid paleis ad frumentum.) Eſt apud Hieremiam capite vigeſimotertio. 4 Tanti dux fœmina facti.) Hemiſtichium eſt Maronis, quo diuus Hieronymus libenter vtitur. 5 Candidatus es fidei.) Quia ſeruatur vir infidelis in muliere fideli. Vt candidati nondum aſſequuti ſunt honorem,ſed proximum eſt vt conſequantur:ita vicinus eſt ſaluti,cuius vxor iam præceſſit ad verè Chriſtianam vitam.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

D

Docet viduis & virginibus vitandam eſſe domeſticã conſuetudinem,eorum vnde ſit periculum,vel pudicitiæ,vel famæ. Argumentum epiſtolæ narrat ipſe. In calce huius libelli ſubſignificat hoc argumentum à ſe declamatorio more fuiſſe ſumptum & tractatum. Idem innuit in alia quadã epiſtola: vnde nec hìc vllum nomen admiſcetur vſquam. Verſatur in genere ſuaſorio: tamen plurimi incidunt loci conjecturales,in quibus mirè luſit Hieronymus. Vtitur crebris dilemmatis in argumentando. Multum item admiſcet feſtiuitatis.

DE VITANDO SVSPEcto contubernio.

REtulit mihi quidam frater è Gallia, ſe habere ſororẽ virginẽ, matremq; viduam: quæ in eadem vrbe diuiſis habitarent cellulis:& vel ob hoſpitij ſolitudinem,vel ob cuſtodiendas facultatulas, præſules ſibi quoſdam clericos aſſumpſiſſent: vt maiore dedecore iungerentur alienis, quàm à ſe fuerant ſeparatæ. Cumq; ego ingemiſcerem, & multo plura tacendo quàm loquẽdo ſignificarem: Quęſo te,inquit, corripias eas literis tuis,& ad concordiam reuoces: vt mater filiam,& E
filia matrem agnoſcat. Cui ego: Optimam,inquã, mihi iniungis pernicię: † vt alienus conciliẽ,quas †prouidẽtiã. alias, prouinciã.
filius fraterq; non potuit. Quaſi verò epiſcopalẽ cathedram teneam,& non clauſus cellula, ac procul à turbis remotus, vel præterita plãgam vitia, vel vitare nitar præſentia. Sed & incongruum eſt latere corpore, & lingua per totum orbem vagari. Et ille: Nimium,ait,formidoloſus es. Vbi illa quondam conſtantia,in qua multo ſale orbem defricans,[1] Lucilianum quippiam retuliſti? Hoc eſt, aio, quod me fugat, & labra diuidere non ſinit. Poſtquam enim arguẽdo crimina, factus ſum criminoſus: & iuxta tritum vulgi ſermone prouerbium:[2] Iurgantibus & negantibus cunctis,nec aures me credo habere,nec tactum:ipſiq; parietes in me maledicta reſonarunt, & in me pſallebant qui Pſal.68.
bibebant vinum: coactus malo tacere didici:rectius eſſe arbitrans,ponere cuſtodiam ori meo, & Pſal.38.
oſtium munitum labijs meis, quàm declinare cor meum in verba maliciæ: & dũ carpo vitia, in vitium detractionis incurrere. Quod cũ dixiſſem: F
Non eſt,inquit,detrahere, verũ dicere:nec priuata correptio,generalem facit doctrinam: cùm aut rarus,aut nullus ſit,qui ſub huius culpæ reatũ nõ cadat. Quæſo ergo te,ne me tanto itinere vexatum,fruſtra veniſſe patiaris. Scit enim dominus, quòd poſt viſionem ſanctorum locorum,hanc vel maximè cauſam habui, vt cum tuis literis ſorori mederer ac matri. Et ego: Iamiã, inquã, quod vis faciam:nã & epiſtolæ tranſmarinę ſunt,& ſpecialiter ſermo dictat⁹,raro poteſt inuenire quos mordeat. Te autem obſecro, vt clam ſermonem hunc habeas. Cumq; portaueris eum pro viatico,ſi auditus fuerit,lætemur pariter: ſi autẽ contemptus fuerit, quod & magis reor,ego verba perdiderim, tu itineris longitudinẽ. Primùm vos ſcire cupio ſoror & filia,me non idcirco ſcribere,quia aliquid de vobis ſiniſtrũ ſuſpicer,ſed ne cæteri ſuſpicentur,[3] veſtram me orare concordiam. Alioquin (quod abſit) ſi peccatorũ vos exiſtimarẽ glutino cohęſiſſe,nunq; ſcriberẽ,ſciremq; me [4] ſurdis narrare

G rare fabulã. Deinde hoc obsecro, vt si mordacius quippiam scripsero, non tam meæ putetis austeri tatis esse, quàm morbi. Putridę carnes ferro curã tur & cauterio: venena serpentina pelluntur antidoto. Quod satis dolet, maiori dolore expellit. Ad extremum hoc dico, quòd si etiam hæc conscientia criminis vulnus non habeat, habet tamẽ fama ignominiã. Mater & filia nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturæ, secũda post deum fœderatio. Non est laus, si vos diligitis: sce-
Matt.5. lus est, quòd odistis. Dominus Iesus Christus sub-
Lucæ.2. iectus erat parentibus suis, venerabatur matrem, cuius ipse erat pater. Colebat nutritiũ, quem nutriuerat: gestatumq; se meminerat alterius vtero,
Ioan.19. alterius brachijs. Vnde & in cruce pendens, commendat parentem discipulo, quam nunquam ante crucem dimiserat. Tu verò filia (iam enim desi no ad matrem loqui, quam forsitan & ætas & imbecillitas ac solitudo excusabilem facit) tu inquã filia, eius domum angustam iudicas, cuius non tibi fuit venter angustus? Decem mensibus vtero clausa vixisti, & vno die in vno cubiculo cum ma
H tre non duras? An oculos eius ferre non potes? Et quæ omnes motus tuos, vtpote illa quæ genuit, quæ aluit, & ad hanc perduxit ætatem, facilĩ intelligit, testem domesticã fugis? Si virgo es, quid times diligentem custodiam? Si corrupta, cur nõ palàm nubis? Secunda post naufragiũ tabula est, quod malè cœperis, saltem hoc remedio temperare. Neque verò hoc dico, quòd post peccatum tollam pœnitentiam, vt quod malè cœpit, malè perseueret: sed quòd desperem in istiusmodi copula diuulsionem. Alioqui si ad matrem migraueris post ruinam, facilius poteris cum ea plangere, qđ per illĩ absentiam perdidisti. Quòd si adhuc integra es, & non perdidisti, serua ne perdas. Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie aut perire, aut vincere? Quis vnq̃ mortalium iuxta viperam securos somnos capit? Quæ etsi non percutiat, certè solicitat. Securius est perire non posse, quàm iuxta periculum non perisse. In altero tranquillitas est, in altero guber natio. Ibi gaudemus, hìc euadimus. Sed fortè re-
I spondeas: Non bene morata mater est, res seculi cupit, amat diuitias, ignorat ieiunium, oculos stibio linit, vult compta procedere, & nocet proposito meo, nec possum cum huiusmodi viuere. Primùm quidem etiam si talis est vt causaris, maius habebis præmium, si talem nõ deseras. Illa te diu portauit in vtero, diu aluit, & difficiliores infantiæ mores blanda pietate sustinuit. Lauit pannorum sordes, & immundo sępe fœdata est stercore. Assedit ægrotanti: & quæ pro te sua fastidia sustinuit, tua quoque passa est. Ad hanc perduxit ætatem, vt Christum amares docuit. Non tibi displiceat eius conuersatio, quę te sponso tuo virginem consecrauit. Quòd si ferre non potes, & delitias eiꝰ fugis: atq; (vt hoc vulgo solet dici) secularis est mater, habes alias virgines, habes sanctum pudicitiæ chorum. Quid matrem deserens, eum diligis, qui forsitan suam reliquit sororem & matrẽ? Illa difficilis, sed iste facilis. Illa iurgatrix, ergo iste placabilis. Quæro vtrum virum sequuta sis, an postea inueneris? Si eum sequuta es, manifestũ est cur matrẽ reliqueris. Si postea repperisti, ostẽdis quid in matris hospitio non potueris inueni- K
re. Durus dolor, & meo mucrone me vulnerans: Qui ambulat, inquit, simpliciter, ambulat confi- Prouer.10
denter. Tacerem, si me non morderet conscientia, & in alijs meum crimen non reprehenderem: nec per trabem oculi mei alterius festucam viderem, Matt.7.&
Nunc autẽ cùm inter fratres procul habitans, eo- Lucæ.6.
rumq; fruens cõtubernio, honestè sub arbitris, & videam rarò, & videar: impudentissimum est eius te verecundiam non sequi, cuius sequeris exẽplũ. Quòd si dixeris: Et mihi sufficit cõscientia mea: habeo deum iudicem, qui meæ vitæ est testis: non curo quid loquantur homines. Audi Apostolum scribẽtem: Prouidentes bona, non solũ corã deo, Roma.12.
sed etiã corã omnibꝰ hominibꝰ. Si quis te carpit, quòd sis Christiana, quòd sis virgo: non cures: quòd ideo dimiseris matrem, vt in monasterio inter virgines viueres: talis detractio laus tua est. Vbi non luxuria in puella dei, sed duritia carpit: crudelitas ista pietas est. Illum enim præfers matri, quem præferre iuberis & animæ tuæ. Quem si & ipsa prætulerit, & filiam te sentiet & sororẽ. Quid igitur? scelus est sancti viri habere cõtuber L
nium? Obtorto collo me in ius trahis, vt aut probem quod nolo, aut multorum inuidiam subeam. Sanctus vir nunq̃ à matre filiam seiungit: vtrãq; susscipit, & vtrãque veneratur. Sit quamlibet sancta filia, mater vidua indiciũ castitatis est. Si coęuus tuus est ille, nescio quis, matrem tuam honoret vt suam: si senior te, vt filiam diligat, & parentis subijciat disciplinæ. Non expedit amborum famæ, plus te illum amare quàm matrem: ne non videatur in te affectum eligere, sed ætatem. Et hæc dicerem, si fratrem monachum non haberes, si domesticis careres præsidijs. Nunc verò, prohdolor, inter matrem atque germanum, & matrem viduã, fratremq; monachũ: cur se alienus interserit? Bonum quidem est, vt te & filiam noueris & sororẽ. Si autem vtrunque non potes, & mater quasi dura respuitur, saltem frater placeat. Si frater asperior est, mollior sit illa quæ genuit. Quid palles? Quid æstuas? quid vultũ rubore suffundis? & trementibus labijs impatientiam pectoris contestaris? Non superat amorem matris & fratris, nisi so M
lius vxoris affectus. Audio præterea te suburbana rura, villarum amœnitates cum affinibus atq; cognatis, & istiusmodi generis hominibus circuire. Nec dubito quin vel consobrina, vel soror sit: in quarum solatium, noui generis ducaris assecla. Absit quippe, vt quãuis ꝓximi sint & cognati, virorum te susspicer captare consortia. Obsecro ergo te virgo, vt mihi respondeas. Sola vadis in comitatu propinquorũ, an cum amasio tuo? Quanuis sis impudens, secularium oculis eum ingerere non audebis. Si enim hoc feceris, & te & illum familia vniuersa cantabit. Vos cũctorum digiti denotabunt. Ipsa quoq; soror aut affinis siue cognata, quæ in adulationem tui sanctum nõnũquam † † sanctũ & nonnum.
ꝰ coram te vocant: cùm se paululũ auerterint, por tentuosum ridebunt maritum. Sin autem sola ieris (quod & magis existimo) vtiq; iter seruos adolescentes, inter maritatas fœminas atque nupturas, inter lasciuas puellas, & comatos linteatosq; iuuenes, furuarum vestium puella gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum, sustentabit

lassam

A lassam: & pressis digitis, aut tentabitur, aut tẽtabit. Erit tibi inter viros matronasq; conuiuium: spectabis aliena oscula, prægustatos cibos. Et non absque scandalo tuo in alijs sericas vestes, aurata sq; miraberis. In ipso quoq; cõuiuio vt vesca ris carnibus, quasi inuita cogeris. Vt vinũ bibas, 1. Tim. 4. dei laudabitur creatura. Vt laues balneis, sordib⁹ detrahetur.[7] Et omnes te, cùm aliquid eorũ quæ suadent, si retrectans feceris, puram, simplicẽ, dominam, & verè ingenuam conclamabunt. Personabit interim aliquis cantor ad mensam, & inter psalmos dulci modulamine currẽtes: quoniã alienas non audebit vxores, te, quæ custodem nõ habes, fæpius respectabit. Loquetur nutib⁹, & quicquid metuit dicere, significabit affectibus. Inter has tantas illecebras voluptatum, etiam ferreas mentes libido domat: quæ maiorem in virginib⁹ patitur famem, dũ dulcius putat omne quod nescit. Narrant gentilium fabulę, cantibus sirenarũ nautas isse in saxa præcipites: & ad Orphei citharam, arbores bestias q;, ac silicũ dura mollita. Difficile inter epulas seruatur pudicitia. Nitens cu-
B tis, sordidum ostendit animũ.[8] Legimus in scholis pueri, & spirãtia in plateis æra perspeximus: aliquem ossibus vix hærentem, illicitis arsisse amoribus, & antè vita caruisse quàm peste. Quid tu facies puella, sani corporis, delicata, pinguis, rubens, æstuans inter carnes, inter vina, & balneas, iuxta maritatas, iuxta adolescentulos? Quæ & si rogata non feceris, tamen deforme putes testimonium si rogeris. Libidinosa mens ardẽtius honesta persequitur: & quod non licet, dulcius suspicatur. Vestis ipsa vilis & pulla, animi tacentis indicium est, si rugam non habeat: si per terram vt altior videaris trahat: si de industria dissuta sit tunica, vt aliquid intus appareat, operiatq; quod fœdum est, & aperiat quod formosum. Caliga quoque ambulantis nigella ac nitens, stridore ad se iuuenes vocat. Papillæ fasciolis comprimuntur, & crispanti cingulo, angustius pectus arctatur. Capilli, vel in frontem, vel in aures defluunt. Palliolum interdum cadit, vt candidos nudet humeros,
& quasi videri noluerit, cælat festina, quod volẽs
C detexerat. Et quãdo in publico quasi per verecũdiam operit faciem: lupanarium arte, id solũ ostẽdit, quod ostensum magis placere potest. Respondebis: Vnde me nosti? Et quomodo tam longè positus, iactas in me oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narrauerũt lachrymæ, & intolerabiles per momenta singultus. Atque vtinam ille mentitus sit, & magis timens hoc quàm arguens, dixerit: Sed mihi crede: nemo mentiẽs plorat. Dolet sibi prælatum iuuenem, non quidem comatum, nõ vestiũ sericarum,[9] sed torosulum, & in sordibus delicatum: qui ipse sacculum signet, textrinum teneat, pensa distribuat, regat familiam, emat quicquid de publico necessarium est: Dispensator & dominus, & præueniens officia seruulorum, quẽ omnes rodant famuli: & quicquid domina non dederit, illum clamitent subtraxisse. Querulũ seruulorũ genus est, & quãtacũq; dederis, semper eis minus est. Non enim considerant de quanto, sed quantũ detur, doloremq; suum solis, quod possunt, obtrectationibus consolantur.[10] Ille parasitum,[11] iste impostorem:[12] hic hæredipetam: alius nouo quo-

libet appellat vocabulo. Ipsum iactant assidere D lectulo, obstetrices adhibere languenti,[13] portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas. Facilius mala credunt homines, & quodcũq; domi fingitur, rumor in publicum fit, Nec mireris, si ancillæ & seruuli de vobis ista confingant, cùm mater quoq; idipsum queratur & frater. Fac igitur quod moneo, quod precor, vt primùm matri, dehinc, si id fieri non potest, saltem fratri recõcilieris. Aut si ista tam chara nomina hostiliter detestaris, diuidere ab eo, quem tuis diceris prætulisse. Si autẽ & hoc non potes, reuerere certè tuos. Si nõ potes deserere, vel honestius sodali tuo vtere. Separentur domus vestræ, diuidaturq; cõuiuium, ne maledici homines sub vno tectulo vos manentes, lectulum quoq; criminentur habere communẽ. Potes & ad necessitates tuas quale voluisti habere solatium, & aliqua ex parte publica carere infamia. Quãquam cauenda sit macula, quæ[14] nullo nitro secũdum Hieremiam, nulla fullonum herba elui potest. Quando vis vt te videat & inuisat, adhibe arbitros, amicos, liberos, seruulos. Bona cõscientia nullius oculos fugit. Intret intrepidus, securus E exeat. Taciti oculi, & sermo silens, & totius corporis habitus, vel trepidationem interdum, vel securitatem loquũtur. Aperi quæso aures tuas, & clamorẽ totius ciuitatis exaudi. Iam perdidistis vestra vocabula, & mutuo ex vobis cognomina suscepistis: tu illi⁹ diceris, & ille tuus. Hæc mater audit & frater: paratiq; sunt, & precãtur vos sibi diuidere, & priuatam vestræ cõiunctionis infamiã laudem facere communem. Tu esto cum matre, sit ille cum fratre. Audentius diliges sodalem fratris tui, honestius amabit mater amicũ filij, quàm filiæ suæ. Quòd si nolueris, si mea monita rugata fronte contempseris, epistola tibi hæc voce libera proclamabit: Quid alienum seruũ obsides? Quid ministrum Christi, famulũ tibi facis? Respice ad populum: singulorum facies intuere. Ille in Ecclesia legit, in te aspiciũt vniuersi, nisi quòd penè licentia coniugali de tua infamia gloriaris. Nec iam secreto dedecore potes esse cõtenta. Procacitatem libertatem vocas. Facies meretricis fa- Hiere. 3.
cta est tibi, nescis erubescere. Iterum me malignũ, F
iterum suspitiosum & rumigerulũ clamitas. Ego ne suspitiosus? ego ne maliuolus? qui vt in principio epistolæ præfatus sum: ideo scripsi, quia non suspicabar. An tu negligẽs, dissoluta, contẽptrix: quæ annos nata viginti quinq; adolescẽtem necdum bene barbatulum, ita brachijs tuis, quasi cassibus inclusisti? Optimum reuera pædagogũ, qui te moneat, qui asperitate frontis terreat. Et quãquam in nullis ætatibus libido sit tuta: tamen vel cano capite, ab aperta defendit ignominia. Veniet, veniet tempus, dies enim allabitur dũ ignoras, & iste formosulus tuus, quia citò senescũt mulieres, maximè quæ iuxta viros sunt, vel ditiorẽ reperiet, vel iuniorem. Tunc te pœnitebit consilij tui, & tedebit pertinaciæ, quando & rem & famã amiseris, quãdo quod male iunctũ fuerat, diuidetur bene. Nisi fortè secura es, & coalescẽte tanti tẽporis charitate, dissidiũ nõ vereris. Tu quoq; mater quæ propter ætatẽ maledicta nõ metuis, noli sic vindicare vt pecces. Magis à te discat filia separari, q̃ tu ab illa seiũgi. Habes filiũ, & filiam, &

G generum,imò & contubernalem filiæ tuæ. Quid quęris aliena ſolatia,& ignes iam ſopitos ſuſcitas? Honeſtius eſt tibi ſaltem culpam filię ſuſtentare, quàm occaſionē tuæ quærere. Sit tecum filius monachus,pietatis viduitatisq; præſidium. Quid tibi alienum hominem quæris, in ea præſertim domo,quæ filium & filiam capere non potuit? Eius iam ętatis es,vt poſſis nepotes habere ex filia: Inuita ad te vtrunq;. Reuertatur cum viro,quæ ſola exierat. Virū dixi,nō maritum. Nemo calumnietur. Sexum ſignificare volui,nō coniugium. Aut ſi erubeſcit & retractat, & domum in qua nata eſt arbitratur anguſtam, vos ad eius hoſpitiolū pergite, quāuis arctum ſit, facilius matrem & fratrē capere poteſt quàm hominem alienum, cum quo certè in domo vna ſine cubiculo, caſta manere nō poterat. Sint in vna domo duę fœminę,& duo maſculi. Si autem [15] & tertius ille γηροβόσκος tu⁹, abire non vult,& ſeditiones ac turbas cōcitat, ſit biga,ſit triga, frater veſter ac filius, & ſororem illi exhibebis & matrē. Alij vitricum & generum vocitent,ille nutritium appellet & fratrem. Hæc ad
H breuem lucubratiūculam celeri ſermone dictaui, volēs deſiderio poſtulantis ſatiſfacere, & quaſi ad ſcholaſticam materiam me exercens. Eadē enim die manè pulſabat oſtium, qua profecturus erat. Simulq; vt oſtenderem obtrectatorib⁹ meis, quòd & ego poſſim quicquid venerit in buccam dicere. Vnde & de ſcripturis pauca perſtrinxi. Nec orationem meam, vt in cæteris libris facere ſolitus ſum,illarum floribus texui. Extemporalis eſt dictio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa,vt notariorum manus lingua præcurreret,& ſigna ac furta verborum volubilitas ſermonū obrueret. Quod idcirco dixi,vt qui nō ignoſcit ingenio,ignoſcat vel tempori.

SCHOLIA.

1 Sales. Defricare

SVcilianum quippam retuliſti.) Palàm alluſit ad id quod Horatius ſcripſit de Lucilio ſatyrico. At idem,quod ſale multo Vrbem defricuit, charta laudatur eadē. Salem vocat dicta ſalſa ac mordacia. Et defricare,pro taxare & tangere poſitū eſt. 2 Iurgantibus & negantibus cūctis.) Etenim ſi conſentientes vniuerſi, negent ſe tales, quales tu prædicas, nimirum quod vides,non vides:& quod audis,nō audis. 3 Veſtram euariare.) Quidam codices habebant,orare. Ego legendum cēſeo, curare. 4 Surdis narrare fabulam.) Prouerbium eſt, vbi quis nihil agit ſuadendo. 5 Venena ſerpentina.) Serpentina,ſeu ſerpentino, ſupereſt:legēdum, venena tolluntur antidoto. 6 Coràm te vocant.) Coràm hîc aduerbium eſt.

7 Et omnes tecum &c.) Et hic locus,varius habebatur in exemplaribus. Opinor ita legendum: Et omnes te, cùm aliquid eorum quæ ſuadent,detrectans feceris, puram, ſimplicem &c. 8 Legimus in ſcholis.) Exemplum eius qui amore contabuit,cuius ſtatua poſita fuerat in publico. Spirantia dixit,quaſi viua, quòd veluti viuū hominem repreſentaret. Ita Vergilius: Excudentq; alij ſpirātia mollius æra. 9 Sed roſulum & in ſordibus.) Quidam codices habebāt Troſſulum: legendum cenſeo, Toroſulum: vt intelligas hominē nō exhauſtum vigilijs & ieiunijs, ſed bene curata cute & obeſo corpore,etiam ſi parum nitidè cultum aliàs. Antiqui equites Romanos Troſſulos appellabant,quę quidem appellatio videtur in iocum prouerbialem abiiſſe. Perſius: Troſſulus exultat tibi per ſubſellia læuis. Sed toroſulus magis placet. 10 Ille paraſitum.) παρὰ iuxta,& σῖτος cibus. Vnde qui libenter cibo veſcuntur alieno, paraſiti vocabantur. 11 Iſte impoſtorem.) Qui arte fallunt, impoſtores appellantur, velut qui vitreas gemmas pro natiuis vendunt. 12 Hic hæredipetam.) Id eſt,captatorem teſtamentorum. 13 Portare matulam.) Quędam exemplaria habebant,mapulam: nonnulla, mattulam. E gemino mendo conijcere licet, legendum eſſe matulam. Id eſt vas,in quod redditur lotium. Erat abiectiſſimum obſequij genus porrigere matulam. Meminit hac de re in epiſtola ad Nepotianum. 14 Nullo nitro.) Locus eſt apud Hieremiam capite ſecundo: Si laueris te nitro,& multiplicaueris tibi herbā Borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Porrò Borith indicat Hieronymus ſeptuaginta vertiſſe herbam fullonum. Borith autem eſſe herbam, quæ in Palæſtina naſcatur locis humectis, habens eandem fermè vim quā habet nitrum. Nitrum autem quiddam eſt non diſſimile ſali, quod ob acrimoniam olim ad lauandas veſtes adhiberi conſueuit. 15 Et tertius ille.) Greca vox hoc loco varia ſubijcitur in exemplaribus. Nec magni refert,aliorum errores percenſere. Dubium nō eſt quin legendum ſit γηροβόσκῳ. Sic enim Grecè vocatur,qui ſenilem ætatē parentis,aut amici fouet ac ſuſtinet,& γηροβοσκεῖμ, alere ſenem. A γῆρας ſenectus & βόσκω paſco.

K Matula. Borith. Nitrum.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

L Diaconus quidam impoſtor fugiens maritum, cuius viciauerat vxorem, epiſcopi ſui literis Hieronymo commendatus, venerat in Bethlehem, ſimulans ſe velle monachum fieri. Receptus eſt. Hic in ipſis ſacris locis auſus eſt virginem quandam ad ſtuprum ſolicitare. Deprehenſo & veniam petenti,ignouit Hieronymus. Is deinde paſſim cœpit obtrectare famæ ſancti viri. Admonet igitur eum,vt ingreſſus monaſterium aliquod, pœnitentiæ laboribus expiet ſua commiſſa. Apparet hoc quoq; thema, declamatoria ratione tractatum ab Hieronymo.

OBIVRGATIO GRAVIS in Sabinianum diaconum.

M SAmuel quondam lugebat Saulem, quia pœnituerat dominum, quòd vnxiſſet eum regem ſuper Iſrael. Et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio:& talis fornicatio,qualis nec inter gentes, & quidem voce flebili commonebat, dicens: Ne cùm rurſus venero,humiliet me deus apud vos,& lugeam multos ex his qui antè peccauerunt,& non egerunt pœnitentiā ſuper immunditijs,quas geſſerunt in impudicitia & fornicatione. Si hoc propheta & Apoſtolus nulla ipſi labe maculati, clementi in cunctos mente faciebant, quanto magis ego ipſe peccator, in te debeo facere peccatore,qui non vis erigi poſt ruinam,nec oculos ad cœlum leuare: ſed prodita patris ſubſtantia,porcorum ſiliquis delectaris,& ſuperbiæ prærupta conſcendens,præceps laberis in profundum? Deum ventrem vis habere pro Chriſto,ſeruis libidini,gloriaris in carne & confuſione tua,& quaſi pinguis hoſtia in mortem propriam ſaginaris, imitarisq; eorum vitam, quorum tormenta nō metuis: ignorans, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te hortetur. Secundum autē duritiam tuam & cor impœnitens,theſaurizas tibi iram in die iræ. An idcirco induratur iuxta Pharaonem cor tuum, quia non ſtatim percuteris & differris diu ad pœnam? Et ille dilatus eſt: & decem plagas, non quaſi ab irato deo,ſed quaſi à patre commonente ſuſtinuit, donec in peruerſum acta pœnitentia, populum quem dimiſerat per deſerta ſequeretur, & ingredi auderet maria:

1. Reg.15. 1. Cor.5. 2. Cor.12. Matt. & 12. Matt. Exod.5 Ezech. Pſal.7 Ibidem Lucæ.15 Phil.3. Roma.2. Ibidem Exod.4. & ſeq. Exod.7. & ſeq. Exod.14.

per quæ

A per quæ ſola doceri potuit,timori habẽdum eum, cui etiam elementa ſeruiunt. Dixerat & ille: Non
Exod.5. noui dominum , neque dimitto Iſraël. Quem tu imitans loqueris: Vilio quã hic videt, in dies longos eſt, & in tempora longa iſte prophetat . Pro-
Ezech.12. pter quod dicit idem propheta: Hæc dicit Adonai dominus : Non prolongabuntur amplius omnes ſermones mei: quoſcunq; loquar, quia loquar verbum & faciam. Sanctus Dauid de impijs & de ſceleſtis dicit: quorum tu pars non modica, ſed princeps es : quod ſeculi felicitate fruerentur & dice-
Pſal.72. rent: Quomodo cognouit deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias: penè lapſo pede &
Ibidem. fluctuanti veſtigio cauſabatur, dicens: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas . Præmiſerat enim, quia æmulatus ſum ſuper iniqua agentes, pacem peccatorum videns, quia non eſt reſpectus morti eorum,[1] & ſolida plaga in flagella eorum. In laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Propterea tenuit eos ſuperbia, circundati ſunt iniqui-
B tate & impietate ſua . Egredietur ſicut ex adipe iniquitas eorum : tranſierunt in affectum cordis. Cogitauerunt, & locuti ſunt mala, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in cœlũ os ſuum, & lingua eorum pertranſijt ſuper terram. Nonne tibi videtur de te omnis pſalmus eſſe compoſitus? Vegeto quippe es corpore , & nouus antichriſti Apoſtolus, cùm in vna notus fueris ciuitate, trãſgrederis ad aliam. Non indiges ſumptibus, nõ plaga forti percuteris . Et cum hominibus , qui non ſunt vt tu, irrationabilia iumenta, corripi nõ mereris . Propterea elatus es in ſuperbiam , & veſtimentum tuum fœdat luxuria , & quaſi ex aruina pingui & quodam adipe eructãs verba mortifera, non te reſpicis eſſe moriturum, nec vnquam poſt expletam libidinẽ pœnitentia remorderis. Tranſiſti in affectum cordis, & ne tibi ſolus videaris erraſſe, ſimulas nefanda de ſeruis dei, neſciens quòd iniquitatem in altum loquaris , & ponas in cœlũ
C os tuum . Nec mirum ſi à te qualeſcunq; ſerui dei
Matt.10. & 12. blaſphementur, cùm patremfamiliàs Beelzebub
Matt.10. vocauerint patres tui. Nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſupra dominum ſuum.[2] Si illi in viridi ligno tanta fecerũt, tu in me arido ligno quid facturus es ? Tale quid & in Malachia plebs ſcandalizata credentium,[3] de ore tuo loquitur: Dixerunt , vanus eſt qui ſeruit deo . Et quid plus? Quia cuſtodiuimus mandata eius, & quoniã iuimus ſupplicantes ante faciem dei omnipotentis. Et nunc nos beatos dicimus alienos. Reædificantur omnes qui faciũt iniqua. Aduerſati ſunt deo, & ſalui facti ſunt. Quibus poſtea diem iudicij dominus comminatur, & quid inter iuſtum & iniuſtum futurum ſit, multo antè prẽnuncians, ait: Et conuertimini: & videbitis quid ſit inter iuſtum, & iniuſtum: inter ſeruientẽ domino, & non ſeruientem domino . Hæc tibi ridicula fortè videantur,
[4] qui comœdis & lyricis ſcriptorib9, mimis & [5] lẽtulis delectaris, quãquam ne iſta tibi quidem prę nimia cordis hebetudine intelligenda conceſſerim. Prophetarum verba contemnas , ſed reſpon-
Amos.1. debit Amos : Et in tribus & in quatuor impietatibus, nõnne auerſabor eum dicit dominus? Quoniam enim Damaſcus, Gaza, Tyrus, Idumęa, Am D
monitæ, & Moabitæ, Iudæi quoq; & Iſraël ſæpe ad ſe dei vaticinio deſtinato, vt agerent aliquãdo pœnitentiam, audire contempſerunt , iræ ſuæ quã illaturus eſt dominus cauſas iuſtiſſimas profert, dicens: In tribus & quatuor impietatib9 nõnne auerſabor eos? Sceleratũ eſt, inquit, mala cogitare: conceſſi. Nequius eſt malè cogitata velle perficere , & hoc pro mea miſericordia benignus indulſi. Nunquid & opere implendũ peccatum fuit? & mea ſuperbè calcanda clementia? Tamen & poſt factum, quia malo pœnitentiam peccatoris quàm mortẽ: Ezech. 18.
Non enim ſani opus habent medico, ſed malè ha- Lucæ.5.
bentes , iacenti manum porrigo , & conſperſum in ſanguine ſuo , vt proprijs fletibus lauetur exhortor. Quòd ſi nec ſic pœnitẽtiam vult agere, & fracto nauigio tabulam, per quam ſaluari poterat, nõ retentat, cogor dicere: Super tribus & quatuor impietatibus, nõnne auerſabor eũ dicit dominus? Auerſionem ducens pro pœna, dum ſuæ peccator relinquitur voluntati . Inde eſt quòd peccata pa- Exod. 20.
trum in tertiam & quartam generationem reſtituit, dum non vult ſtatim punire peccantes : Sed E
ignoſcens primis, poſtrema cõdemnat. Alioqui ſi protinus ſcelerum vltor exiſteret: & multos alios, & certe Paulum Apoſtolum Eccleſiæ non haberent. Ezechiel propheta, cuius ſupra fecimus mẽtionem, dei verbũ ad ſe factum referens, ait: Ape- Ezech.2.
ri os tuum, & manduca quæ ego dabo tibi. Et vidi, inquit, & ecce manus extenta ad me , & in ipſa volumen libri. Et reuoluit illud in cõſpectu meo, & in ipſo ſcriptũ erat, à facie & retrorſum, lamentum, & carmen, & væ. Prima ſcriptura ad te pertinet, ſi tamẽ volueris agere pœnitentiam , poſt delictum. Secunda ad ſanctos , qui ad dei canticum prouocantur . Non eſt enim pulchra laudatio in Eccli.15.
ore peccatoris. Tertia ad tui ſimiles: qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt immundiciæ, & fornicationi, & ventri, & his quæ infra ventrẽ ſunt, qui putant omnia morte finiri, & nihil eſſe poſt mortem, & dicunt: Tempeſtas ſi tranſierit, non veniet Eſaiæ. 28.
ſuper nos. Liber ille, quem propheta deuorat, omnis ſeries ſcripturarum eſt . In quibus & pœni- F
tens plangitur , & iuſtus canitur, & maledicitur deſperans . Nihil ita repugnat deo, quàm cor impœnitens. Solum crimen eſt, quod veniam conſequi non poteſt . Si enim ei ignoſcitur poſt peccatum, qui peccare deſiſtit: & ille flectit iudicem qui rogat : impœnitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicãtem, ſolum deſperationis crimen eſt, quod mederi nequeat. Porrò vt ſcias deũ quotidie peccatores ad pœnitentiam prouocare: qui ſi rigidi perſtiterint, de clemente eum ſeuerũ & trucem faciunt: Audi Eſaię verba dicentis: Et voca- Eſaiæ.22.
bit, inquit, dominus Sabaoth in die illa ad fletum, & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipſi verò fecerunt lęticiam & exultationem, mactantes vitulos , & immolantes oues, vt comederent carnes, & biberent vinum, dicentes : Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Poſt quas voces & perditæ mentis audaciam, ſcriptura commemorat , dicens: Et reuelata ſunt hæc in auribus domini Sabaoth, non remittetur vobis hoc peccatum , donec moriamini . Si enim peccato mortui fuerint, tunc eis remittetur

G peccatum. Quod quãdiu in peccato vixerint, nõ
dimittitur. Parce quæso animæ tuæ. Crede dei fi
lium futurum esse iudicem. Recordare à quo epi-
scopo diaconus ordinatus sis. Nec mirum quãuis
sanctum hominẽ, tamen in homine deligendo po
1.Reg. 15. tuisse falli, cùm & deum pœniteat, quòd Saum in
regem vnxerit: Et in duodecim Apostolis Iudas
sit proditor repertus, & de quondam ordinis tui
hominibus [6] Nicolaus Anthiochenus, immundi-
ciarum omnium, & Nicolaitarum hęreseos autor
extitisse referatur. Non tibi illa nũc replico, quòd
plures virgines stuprasse narreris, quòd à te nobi
liũ violata matrimonia, publico cæsa sint gladio,
quòd per lupanaria impurus, & helluo cucurristi.
Magna quidem ista sunt pondere suo, sed fiunt eo
rum quæ illatur[9] sum comparatione leuiora. Ro-
go quantum crimen est, vbi stuprum & adulteriũ
parum est? Infelicissime mortalium, tu spelũcam
Psal.84. illam, in qua dei filius natus est, & veritas de ter-
Psal.66. ra orta est, & terra dedit fructum suum, de stupro
condicturus ingrederis. Nõ times, ne de præsepi
H infans vagiat, ne puerpera virgo te videat, ne ma
Lucæ.2. ter domini contempletur? Angeli clamant, pasto-
& Mat. 2. res currunt, stella desuper rutilat, Magi adorant,
Herodes terretur, Hierosolyma cõturbatur, & tu
cubiculum virginis, deceptur[9] virginem irrepis?
Paueo miser, & tam mente, quàm corpore perhor
resco, ponere tibi volens ante oculos tuos, opus
tuum. Tota Ecclesia nocturnis vigilijs Christum
dominum personabat, & in diuersarum gentium
linguis vn[9] in laudib[9] dei spiritus cõcinebat. Tu
inter ostia quondã præsepis domini, nunc altaris,
amatorias epistolas fulciebas, quas postea illa mi
serabilis, quasi flexo adoratura genu, inueniret &
legeret. Et stabas deinceps in choro psallentium,
& impudicis nutibus loquebaris. Proh nefas, non
possum vltrà progredi. Prorumpunt lachrymæ
antequam verba, & indignatione pariter ac dolo-
re, in ipso meatu fauciũ spiritus coartatur.[7] Vbi
mare illud eloquentiæ Tullianæ? Vbi torrens flu
uius Demosthenis? Nũc profectò muti essetis am
bo, & vestra lingua torpesceret. Inuenta est res,
quam nulla eloquentia explicare queat. Repertũ
I est facinus, quod [8] nec mimus fingere, nec scurra
ludere, [9] nec Atellanus possit effari. Moris est in
Aegypti & Syriæ monasterijs, vt tã virgo quàm
vidua, quæ se deo vouerint, & seculo renunciãtes
omnes delitias seculi conculcarint, crinem mona-
steriorum matribus offerant desecãdum, non in-
1.Cor.11. tecto postea cõtra Apostoli voluntatem incessu-
ræ capite, sed ligato pariter ac velato. Nec hoc qs-
piam, præter tondentes nouit & tonsas, nisi quòd
quia ab omnibus fit, penè scitur ab omnib[9]. Hoc
autem duplicem ob causam, de consuetudine ver
sum est in naturam, vel quia lauacrum nõ adeũt,
vel quia oleũ, nec capite, nec ore norunt, ne à par
uis animalibus, quæ inter cutem & crinem gigni
solent & concretis sordibus, opprimantur. Videa-
mus igitur, tu vir bone inter ista quid feceris. Fu-
turo matrimonio, in spelũca illa venerabili, quasi
quosdam obsides accipis capillos, sudariola infeli
cis, & cingulum dotale pignus deportas, iurans ei
te nullam similiter amaturum. Deinde curris ad
pastorum locum, & angelorum desuper strepitu
concinente, in eadem verba testaris. Nihil dico
amplius, quòd in oscula rueris, quòd amplexatus K
sis. Totum quidem de te credi potest, sed venera-
tio præsepis & campi non me sinunt plus crede-
re, quàm te voluntate tantum & animo corruisse.
Miser: Nonne quãdo in spelunca cum virgine sta
re cœpisti, caligauerunt oculi tui, lingua torpuit,
cõciderunt brachia, pectus intremuit, nutauit in-
cessus? Post apostoli Petri Basilicam, in qua Chri
sti flammeo consecrata est, post crucis & resurre-
ctionis & ascensionis dominicæ sacramenta, in q-
bus rursum se in monasterio victuram spopondе-
rat, audes crinem accipere tecum noctibus dormi-
turæ, quem Christo messuerat in spelunca? Dein-
de à vespere vsque manè fenestræ illius assides, &
quia propter altitudinem, hærere vobis cominus
non licebat, per funiculum, vel accipis aliquid, vel
remittis. Vide quanta diligentia domini fuerit, vt
nunquam domi virginem, nisi in ecclesia videris:
& cùm talem vterque vestrum habuerit voluntа-
tem, nisi per fenestram nocte facultas vobis non
fuerit colloquendi. Oriebatur tibi, vt postea didi-
ci, sol inuito. Exanguis, marcidus, pallidus, vt su-
spitione omni careres, euangelium Christi, quasi L
diacon[9] lectitabas. Nos pallorem ieiunij putaba-
mus, exangue os contra institutum ac morẽ tuũ,
quasi confectum vigilijs mirabamur. Iam tibi &
scalæ per quas deponeres miseram parabantur, iã
iter dispositum, decreta nauigia, condicta dies, fu-
ga animo pertractata, & ecce angelus ille cubicu-
li Mariæ ianitor, cunarum domini custos, & in-
fantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas,
ipse te prodidit. O funestos oculos meos, ò diem
illum omni maledictione digniſſimũ, in quo epi-
stolas illas quas hucusque retinemus, consternata
mente legi. Quæ ibi turpitudines? quæ blanditię?
quanta de cõdicto stupro exultatio? Hæccine dia-
conum, non dicam loqui, sed scire potuisse? Vbi
miser ista didicisti, qui in ecclesia te nutritum esse
iactabas? Nisi quòd in eisdẽ epistolis iuras te nun-
quam pudicum, nunquam fuisse diaconum. Si
negare volueris, manus tua te redarguet, ipsi api-
ces proclamabunt. Habeto igitur interim lucrum
sceleris, non possum tibi ingerere quæ scripsisti.
Iaces itaque aduolutus genibus meis, [10] & miseri- M
cordiã, vt tuis verbis vtar, sanguinis deprecaris.
Et ò te miserum, neglecto iudicio dei, me tantum
quasi vindicem times. Ignoui fateor. Quid enim
aliud possum tibi facere Christianus? Hortatus
sum vt ageres pœnitentiam, & in cilicio & cinere
volutareris, vt solitudinem peteres, vt viueres in
monasterio, vt dei misericordiam iugibus lachry-
mis implorares. At tu bonæ spei columen, exce-
træ stimulis inflammatus, factus es mihi in arcũ Oseæ.
peruersum, & contra me conuiciorum sagittas ia-
cis. Inimicus tibi factus sum, vera dicens: Non do
lebo de maledictis. Quis enim nesciat, nihil nisi
flagitiosum tuo ore laudari? Hoc plango, quòd te
ipse non plangis, quòd te non sentis mortuum,
quòd quasi gladiator [11] paratus libithynæ in pro-
priũ funus ornaris. Amiciris linteis, digitos anu-
lis oneras, [12] dentes puluere teris, [13] raros in ruben-
ti caluaria digeris capillos, taurina ceruix toris
adipeis intumescens, nec quia propter libidinem
fracta est, inclinatur. Super hæc, vnguenta fra-
gras, [14] mutas balneas, & contra renascentes pilos
pugnas,

A pugnas,per forum ac plateas, nitidus ac polit[9] amator incedis.Facies meretricis facta est tibi,ne-
Hiere.5. Zacha.1. scis erubescere. Conuertere miser ad dominum,
Hiere.18. vt ad te dominus conuertatur. Age pœnitentiã, vt & ille agat pœnitentiam super omnibus quæ locutus est malis, vt faceret tibi. Quid neglecto vulnere proprio alios niteris infamare? Quid me bene tibi & sedulò consulẽtem, quasi phreneticus morsu laceras? Esto,ego flagitiosus sim,vt vulgò iactitas,saltem mecum age pœnitentiam. Criminosus, vt simulas, imitare lachrymas criminosi. Num mea peccata virtutes tuæ sunt? An malorum tuorum putas solatium,si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis lachrymæ,inter sericum & linteamina,quibus tibi videris fulgidus & formosus, intellige te nudum, cõscissum, sordidatum,mẽdicantem. Nunquam est sera pœ-
Lucæ.10. nitentia. Quanuis de Hierosolymis descenderis, & sis in itinere vulneratus, inde te Samaritanus impositum iumento, curandúmque ad stabulum
Ioan.11. referet. Sed & si mortuus iaces in sepulchro,tamẽ & fœtentem dominus suscitabit. Imitare saltem
B cæcos illos,propter quos saluator dimittens [15] domum suam & hęreditatem suam,Hiericho venit.
Psal.106. Sedentibus in tenebris & vmbra mortis lux orta est eis. Qui postquã præterire dominum cognouissent,cœperunt clamare, dicentes: Fili Dauid miserere nostri. Poteris & tu videre, si clames,[16] si accitus ab eo sordida vestimẽta proijcias. Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris,[17] & tunc scies vbi fueris. Tangat modicè cicatrices tuas,[18] pertractet luminum quondam tuorum vestigia.
Psal.50. Licèt ab vtero sic genitus sis, & in delictis conceperit te mater tua, asperget te hyssopo, & mundaberis: lauabit te,& super niuẽ dealbaberis. Quid incuruus terræ hæres, & totus in cœno iaces? Illa
Lucæ.13. quam decem & octo annis satanas vinxerat,postquàm à saluatore curata est, cœlum erecta suspexit. Quod ad Cain dictum est, tibi dictum puta:
Gene.4. Peccasti,quiesce. Quid lõgius recedis à facie dei,
†Naid. & habitas[19] in terra Naim? †Quid tot[9] in salo fluctuas,nec statuis supra petram pedem tuũ? Caue ne te Phinees [20] cum Madianitide fornicantẽ sua
C hasta configat, [21] qui plus quàm Thamar virginẽ frater & consanguineus polluisti,[22] versus in Absalom,occidere eum cupis, qui te rebellantẽ plan-
3.Reg.21. git & mortuum. Clamat contra te sanguis Nabuthæ,& vinea Iezraël,hoc est seminis dei,quam in hortum voluptatis, & lasciuię holera conuertisti, dignam de te vltionem reposcit. Mittitur tibi Helias,tormentum & interitum nuncians. Incuruare,& sacco vestire paulisper, & de te poterit dicere deus: Vidisti,quia reueritus fuerit Achab à facie mea? Non superducam malitiã in diebus eius. Sed fortè blandiris tibi, quòd à tali episcopo diaconus ordinatus es. Iam superius dixi, nec patrẽ
Ezech.18. pro filio, nec filiũ pro patre puniri. Anima enim
1.Reg.8. quæ peccauerit,ipsa morietur. Et Samuel habuit filios qui recesserunt à timore dei, & abierũt post
1.Reg.2. auariciam & iniquitatem. Et Heli sacerdos sanctus fuit,sed habuit filios: qui, vt in Hebræorum voluminibus legimus,fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo dei, & in similitudinem tui, impudenter sibi dei ministerium vendicabant.
1.Reg.4. Vnde & locus tabernaculi ipse subuersus est, &

propter vitia sacerdotum dei, sanctuarium desti- D
tutum est. Quanquàm & ipse Heli dũ est nimiũ lenis in filios, offendit deum. Tantúmque abest, vt te valeat episcopi tui iusticia liberare, vt timẽdum sit,ne propter te de solio suo corruẽs, pereat 1.Reg.4.
insanabilis. Oza leuites arcam domini,quam por- 2.Reg.6.
tare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare vo- & 1.Para-
luit, & percussus est. Quid de te futurum putas, lip.13.
qui stantẽ arcam domini præcipitare conatus es? Quanto magis episcopus qui te ordinauit probabilis est,tanto tu amplius detestandus, qui talẽ hominem fefellisti. [23] Solemus mala domus nostræ scire nouissimi, ac liberorum & cõiugum vitia,vicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis Italia. Vniuersi te stare ante altare Christi ingemiscebant. Nec tu tam callidus eras, vt prudenter tua vitia cælares. Sic æstuabas,sic [24] suban
tem te & lasciuientem huc atq; illuc rapiebat voluptas,vt quasi quòsdam triumphos, palmámque vitiorum de expletis libidinibus subleuares. Denique inter gladios barbari mariti, & mariti potentis excubias, impudicitiæ flamma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulterium facere, in E
qua fine iudice læsus vir se poterat vlcisci. Duceris ad hortulos,ad suburbana pertraheris, tam liberè & insanè te agis, vt absente marito vxorem te putes habere, non adulteram. Vnde per quosdam cuniculos dum illa tenetur,erumpis. Romã occultus ingrederis, latitas [25] inter Samnitas latrones,& ad primum mariti nuncium,quòd nou[9] tibi ex alpibus Hannibal descendisset, [26] nauigio te credis intuto. Tanta fugę celeritas fuit,vt tempestatem terra duceres tutiorem. Venisti vtcunq; in Syriam,inde te velle Hierosolymam transcendere,& seruiturum domino polliceris. Quis non susciperet eum, qui se monachum promittebat, præsertim ignoras tragœdias tuas,& episcopi tui commendatitias ad cæteros sacerdotes epistolas legẽs? At tu infelix transfigurabas te in angelum 2.Cor.11.
lucis,& minister satanę,ministrum iusticiæ simulabas. Sub vestitu ouium latebas lupus, & post a- Matt.7.
dulteriũ hominis, adulter Christi esse cupiebas. Hæc idcirco retuli,vt totam tibi [27] scenam operũ tuorum quasi in breui depingerem tabella, & ge-
sta tua ante oculos tuos ponerem, ne misericor- F
diam domini nimiamq; clementiam, materiam existimes delictorum; rursum crucifigẽs tibimet- Heb.6.
ipsi filium dei,& ostentui habens,& non legens il
lud quod sequitur. Terra enim venientem sępe su Ibidem.
per se bibens imbrem,& generans herbam oppor tunam illis à quibus colitur, accipit benedictionẽ à domino. Proferens autem spinas & tribolos,reproba est & maledicto proxima, cuius cõsummatio fit in combustionem.

SCHOLIA.

LAT solida plaga in flagella.) Locus est ex psalmo lxxij. tametsi secus habet æditio vulgata,etiã Grę-corum, Hebræi sic habent וּבְרִיא אוּלָם & firmũ palatiũ. 2 Si in viridi ligno.) Verba sunt Christi Lucę vigesimo tertio: Se Christus viride lignum vocat,vt iuuenem & innoxium, & virtutum frondibus virentem. 3 De ore tuo loquitur.) Id est,tuis verbis. Nam ita sentis vt illi loquuntur. Quidam codices habebant, choro,pro ore. Locus autem est apud Malachiam,cap.tertio. 4 Qui comœdis.)

Comœdi. mœdis.)Comœdi, qui agunt comœdias. Lyrici versus, qui
Mimi. ad lyram canuntur. Mimi, qui scribũt versus in scena repręG sentandos. 5 Et Lentulis.) Explicat quid dixerit mimis, quòd Lentulus inter primos celebris mimographus fuerit. Quædam exemplaria pro Lentulis, habebant clientulis, sed
Nicolaus. mendosè. 6 Nicolaus, Antiochenus.) Hic vnus ex septem primis diaconis fuit electus, vt habes in Actis Apostolorum. Cæterum pro neophytarum, & ophitarum, quas voces in co
Nicolaitę. dicibus reperi, scribendum Nicolaitarum. Quorum meminit Augustinus in libro ad Quoultdeum. Fit item mentio in decretis pontificum. 7 Vbi mare illud.) Ciceroni mare tribuit, ob copiam: Demostheni torrentem, ob vim & im-
Mimus. petum. 8 Nec mimus effingere.) Et carmẽ ipsum mimus vocatur, & scriptor, & histrio, qui pronunciat, à verbo μιμέω, quod est imitor, quòd histriones etiam citra vocẽ aliquoties gesticulatione corporis quiduis repręsentent. 9
Atellanus. Nec Atellanus.) Atellanus dicitur obscœnarum fabularum obscœnus gesticulator, vt alibi dictũ est. 10 Et misericordiam sanguinis.) Locus hic vt deprauatus diuersus habebatur in exemplaribus. Quædam habebant: Et heminam sanguinis, vt intelligas minimum sanguinis. Quædam misericordiam sanguinis, vt accipias vulgus his verbis solere deprecari capitis periculum. Ostendit enim verba vulgi esse & inepta, non sua, cùm adijcit, vt tuis verbis vtar. 11 Paratus
H libithynæ.) In omnibus, quæ quidem viderim exemplaribus habebatur, Paratus libidine. Sed refragantibus illis non sum
Libithyna veritus mutare libithynæ. Sic enim mortem vocant poëtæ. Hor. Nisi quod libithyna sacrauit. 12 Dentes puluere teris.) Puluisculum intellige, confectum ex aromatibus, quo
Puluis dẽtium. olim delicati diuites purgabant dentes. 13 Raros in rubẽti caluaria.) Magis ridiculum erat, comẽdi capillitij studiosum esse, qui pauculos haberet pilos. Addidit rubẽti, vel quòd ne pastus esset, vel quòd caluis ferè rubet caluaria. Porrò di-
Digerere. geris dixit, pro disponis & ordinas. 14 Mutas balneas.) Id est, subinde alia atque alia adis balnea. Quarum vsus putatur obstare ne sylvescat pili, & læue seruare corpus. Ita Persius: Elixasq; nates labefactes forcipe adunca. 15 Domum suã & hæreditatem.) Alluśit ad verba Hieremiæ capit. duodecimo: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam &c. Iuxta Hiericho sanati sunt cæci. 16 Si accitus ab eo, sordida.) Lucę decimo octauo, cap. legis cęcum accersitum à Iesu, & ita sanatũ. 17 Et tunc scies vbi fueris.) Quòd vt cæci, sic & impij in tenebris ambulent, nescientes in quantis versentur malis, nisi deus illis aperuerit oculos.

18 Pertractet luminum tuorum.) Apud Matthęum capite nono, Iesus tangit oculos cæcorum, atque ita sanat. 19 In
Naim. terra Naïm.) Alluśit ad vocem Hebraicã, Naïm enim sonat fluctum, siue cõmotionem. Est oppidum eius nominis in Iu-
I dæa, in quo Iesus suscitauit filium viduæ. Apud Gręcos item σάλος vndarum motum & iactationẽ significat à σαλεύομαι. Vnde poëtę mare salum vocant. Cum Madianitide.) Historia est in libro Numerorum, capite vigesimo quinto. Quidam codices habebãt, serò hasta configat. Quidam, ferro hastæ. Quidam Syromastę. 21 Qui plusquã Thamar.) Amnon vitiauit sororem suam Thamar, vt legimus Regum libro secundo capit. xiij. At sacra virgo plusquam soror est.

22 Versus in Absalom.) Nam is persequebatur Dauid patrem, à quo tamen sic amabatur, vt mortuum defleuerit: Absalom fili mi, fili mi Absalom. 23 Solemus mala domus.) Iuxta illud Iuuenalis: Dedecus ille dom⁹ sciet vltim⁹. 24
Subare. Subãtem te & lasciuientem.) Subare, est niti ad coitum. Horatius: Iamq; subando, tenta cubilia, tectaq; rumpit: Vsus est hoc verbo Plautus quoq;. Plerique codices habebant deprauatum, pro subantem, sudantem. 25 Inter Samnitas latrones.) Cum his crebrò pugnatum est à Romanis. 26 Nauigio te credis incauto.) Pro incauto quidam habebant, intuto. Significat parum tutam & incautam nauigationem,
Scena. aut nauim minus tutam. 27 Scenam operum.) E Scena prodibant actores, qui fabulam repræsentabant. Vnde comœdiæ scenis distinguuntur. Etiam scenam vmbram vocãt. Illud autem sentit, se vitam illius obscuram, in medium protulisse, & publicasse.

ARGVMENTVM EPIlæ sequentis. K

Vercellæ, maritus quidã vxorem innoxiã detulerat adulterij, cõijcitur in carcerem vnà cum iuuene, quem accusarat maritus, admouentur tormenta. Iuuenis impatiens, cõfessus est, quod non admiserat. Mulier constanter negauit. Vterq; damnatus ducitur ad supplicium, ille occiditur. Hæc sæpiº icta vixit, demũ admoto iugulo mucrone, visa est mori. Sublatũ cadauer reuixit. Huic, cùm ad suppliciũ requireretur, Euagrius ab imperatore libertatem suis precibus impetrauit. Lusit in hac epistola diuus Hieronymus artificio scribẽdæ historiæ, & stilum iam scribendi desuetudine torpescentem, hac exercitatiuncula renouauit.

AD INNOCENTIVM
De muliere septies icta.

SAepe à me Innocenti charissime postulasti, vt de eius rei miraculo, quæ nostra ætate acciderat, non tacerẽ. Cumq; ego id verecundè & verè, vt nũc experior, negarem, meq; assequi L
posse diffiderem, siue quia omnis sermo humanus inferior esset laude cœlesti: siue quia ocium quasi quædam [1] ingenij rubigo, paruulam licèt facultatem, [2] pristini siccasset eloquij: tu econtrariò asserebas, in dei† rebus [3] nõ possibilitatem inspici debere, sed animum: [4] neque posse eum verba deficere, qui credidisset in verbo. Quid igitur faciam? Quod implere non possum, negare non audeo. [5] Super onerariam nauem rudis vector imponor. Et homo qui necdum [6] scalmũ †in lacu rexi, [7] Euxini maris credor fragoribus. Nunc mihi [8] euanescentibus terris, [9] cœlum vndiq; & vndiq; pontus: [10] nunc vnda tenebris inhorrescens, & cæca [11] nocte, nimborum [12] spumei fluctus canescunt. Hortaris vt [13] tumida malo vela suspendam, rudentes explicem, clauum regam. Pareo iã iubenti, & quia charitas omnia potest, spiritu sancto [14] cursum prosequente cõfidam, habiturus in vtraq; parte solatium. Si me [15] ad optatos portus æstus appulerit, gubernator †putabor. Si inter asperos [16] orationis anfractus, impolitus sermo subsistiterit, [17] facultatem forsitan requires, voluntatem certè flagitare non poteris. Igitur [18] Vercellæ Ligurum ciuitas haud procul à radicibus alpium sita, olim potens, nũc raro est habitatore semiruta. Hanc cùm ex more consularis inuiserat, oblatam sibi [19] quandam mulierculam vnà cum adultero, nã hoc crimen maritus impegerat, pœnali carceris horrore circũdedit. Neque multo pòst, cùm liuidas carnes vngula cruẽta pulsaret, & sulcatis lateribus dolor quæreret veritatem, infelicissimus iuuenis volẽs [20] compẽdio mortis longos cruciatus vitare, dum in suum mẽtitur sanguinem, accusauit alienum, solusq; omnium miser, meritò iussus est percuti, qui [21] nõ reliquit innoxiæ, vnde posset negare. At verò mulier sexu fortior suo, cùm eculeus corpus extenderet, & sordidas fœtore carceris manº post tergum vincula cohiberent, oculis quos tantũ tortor alligare non poterat, suspexit ad cœlum, & volutis per ora lachrymis: Tu inquit, testis es domine Iesu, cui occultum nihil est, qui es scrutator renis & cordis, nõ ideo me negare velle, ne peream, sed ideo mẽtiri nolle, ne peccẽ. At tu miser homo, si in-

† diuinis.
† scapham
† putabor infirmior. Si &c.
M
nõ
Adulteros rumpere gladio, C. ad. l. Iul. de adulte. Quãuis. §. Sacrilegos. & infra. de pœn. iud. §. item lex Iulia.

A si interire festinas, cur duos interimis innocētes? Equidem & ipsa cupio mori, cupio inuisum hoc corpus exuere, sed non quasi adultera. Præsto iugulum, micantem intrepida excipio mucronē, innocentiam tamē† mecū feram. Nō moritur, quis quis victurus occiditur. Igitur consularis pastis cruore luminibus, vt fera, quæ gustatū semel sanguinem semper sitit, duplicari tormenta iubet, & læuum dentibus frendens, similem carnifici minitatus est pœnā, nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robur virile reticere. Succurre domine Iesu, ad vnum hominem tuum, complura sunt inuenta supplicia. Crines ligātur ad stipitem, & toto corpore ad eculeū fortius alligato, vicinus pedib⁹ ignis apponitur, vtrūq; latus carnifex fodit, nec papillis dātur inducię: immota mulier manet, & à dolore corporis spiritu separato, dum conscientiæ bono fruitur: vetuit circa se sæuire tormenta. Iudex crudelis, quasi superatus attollitur. Illa deum deprecatur, soluuntur membra compagibus. Illa oculos ad cœlum tēdit, quasi de
B communi scelere alius confitetur. Illa pro cōfitēte negat, & periclitans ipsa, alium vēdicat periclitātem. Vna interim vox est: Cæde, vre, lacera, nō feci. Si dictis tollit fides: veniet dies, quæ hoc crimen diligēter discutiet, habeo iudicem meū. Iam lassus tortor suspirabat, ingemit: nec erat nouo vulneri locus. Iam victa sæuitia, corpus quod laniarat horrebat. Extemplo ira excitus cōsularis: Quid miramini, inquit, circunstantes, si torqueri mulier mauult, q̄ perire? Adulteriū certe sine duobus committi non potuit, & esse credibilius reor, noxiam ream negare de scelere, q̄ innocentem iuuenem cōfiteri. Pari igitur prolata in vtrūq; sententia, dānatos carnifex trahit, totus ad spectaculum populus effunditur, vt prorsus quasi migrare ciuitas putaretur, stipatis proruens portis turba densatur. Et quidem miserrimi iuuenis ad primū statim ictum amputatur gladio caput, truncumq; in suo sanguine volutatur cadauer. Postq̄ verò ad fœminam ventum est, & flexis in terram poplitibus, super trementem ceruicem micans eleuatus est gladius, & exertam carnifex dexteram to-
C tis viribus concitauit: ad primum corporis tactū stetit mucro lœtalis, & leuiter perstringens cutē, [22] rasuræ modicæ sanguinem aspersit, [23] imbellem manum percussor expauit, & victam dexterā gladio marcescente miratus, in secūdos impetus torquet. Languidus rursus in fœminam [24] mucro delabitur, & quasi ferrum eā timeret attingere, circa ceruicem torpet innoxiā. Itaque furens & anhelans lictor, paludamento in ceruicem retorto, [25] dum totas expedit vires, [26] fibulā quæ chlamydis mordebat oras, in humum excussit, ignarusq; rei, ensem librabat in vulnus. En tibi ait mulier ex humero aurum ruit, collige multo quæsitū labore, ne pereat. Proh rogo quæ est ista securitas? Impendentem nō timet mortem: lætatur percussa, carnifex pallet, oculi gladium non videntes, fibulam vident. [27] Et ne parum esset, quòd non formidabat interitum, præstat beneficium sęuienti. Iam igitur & tertius ictus [28] sacramētū [29] frustratus erat trinitatis. Iā spiculator exterritus & non credens ferro, mucronem aptabat in iugulum, vt qui secare nō poterat, saltē premente manu [30] corpori conderetur. O omnibus res inaudita seculis. D Ad capulum gladius reflectitur, & velut dominū suum victus aspiciens, confessus est se ferire non posse. Huc huc mihi triū exempla puerorum, qui inter frigidos flāmarum globos hymnos ædidere Danie. 3. pro fletibus, [31] circa quorum laraballa sanctamq; cæsariem, innoxium lusit incendium. Huc beati Danielis reuocetur historia, iuxta quem adulanti Danie. 14 bus caudis, prædam suam leonum ora timuerūt. Nunc Susanna nobilis fide, omnium subeat men- Danie. 13. tibus, quæ iniquo damnata iudicio, spiritu sancto puerum replente saluata est. Ecce non dispar in vtraque misericordia domini. Illa liberata per iudicem, ne iret ad gladium: hęc à iudice damnata, absoluta per gladium est. Tandem ergo ad fœminā vindicandam populus armatur. Omnis ætas, omnis sexus carnificem fugat, & cœtu in circulū coëunte exclamat: Nō credit penè vnusquisq; qđ videt. Turbatur tali nūcio vrbs propinqua, & tota lictorum turma glomeratur. E quibus medius ad quem dānatorum cura pertinebat erumpens, & caniciem immundam perfuso puluere turpās: Quin meum, inquit, ò ciues petitis caput? me illi E vicarium datis? Si estis misericordes, si clementes estis, si vultis seruare dānatā: innocens certè perire non debeo. Quo fletu vulgi concussus est animus, mœstúsque se per omnes torpor insinuat, & mirū in modum voluntate mutata: cùm pietatis fuisset, quod antè defenderant: pietatis visum est genus, vt paterētur occidi. Nouus igitur ensis: nouus percussor apponit. Stat victima: Christo tantū fauente munita. Semel percussa cōcutitur, iterum repetita quassatur, tertiò vulnerata prosternitur. O diuinæ potentiæ sublimanda maiestas, quæ prius fuerat quartò percussa, nec læsa: ideo post paululū visa est mori, ne pro ea periret innoxius. Clerici quibus id officij erat, cruentū linteo cadauer obuoluunt, & fossam humū lapidib⁹ con
struentes, ex more tumulum parāt. Festinato sol cursu occasum petit: & misericordia domini, [32] celeriore cursu naturæ nox aduenit. Subitò fœminæ palpitat pectus: & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad vitā. Iam spirat, iam videt,
F iam subleuatur, & loquitur. Iam in illā potest vocem erumpere: Dominus auxiliator meus, non ti- Esa. 50. & mebo quid faciat mihi homo. Anus interim quę- Psal. 117. dam, quæ Ecclesiæ sustentabatur opibus, debitū cœlo spiritum reddidit, & quasi de industria ordine currente rerū, vicarium tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce: in littore† diabolus occur- † lictore. rit, quęrit cadauer occisæ, sepulchrū sibi mōstrari petit: viuere putat, quam mori potuisse miratur. Recens à clericis cespes ostenditur, & dudū superiecta humus, cum his vocibus ingeritur flagitanti: Erue scilicet ossa iam condita. Infer nouum sepulchro bellum, & si hoc parū est, auibus ferisq; lanianda membra discerpe. Septies percussa, debet aliquid plus morte perpeti. Tali ergo inuidia carnifice confuso: clàm domi mulier refocillatur. Et ne fortè creber medici ad Ecclesiā cōmeatus suspitionis pāderet viam, cum quibusdā virginibus ad secretiorē villulā secto crine trāsmittitur. Ibi paulatim virili habitu veste mutata, in cicatricē vuln⁹ obducit, [33] Et ò vere ius summū, summa malicia: post tanta miracula adhuc sæuiūt le- »
gis. »

G ges. En quò me geſtorum ordo pertraxit. Iã enim [14] ad Euagrij noſtri nomen perueniemus. Cuius ego pro Chriſto laborẽ, ſi arbitrer à me dici poſſe, non ſapiam. Si penitus tacere velim, voce in gaudium erumpente, non poſſim. Quis enim valeat digno canere præconio, [15] Auxentium Mediolanis incubantem, huius excubijs ſepultum penè antè, quàm mortuum? Romanum epiſcopum iam penè factionis laqueis irretitum: & viciſſe aduerſarios, & non nocuiſſe ſuperatis? [16] Verùm hęc ipſe equidẽ [17] ſpatijs excluſus iniquis Prætereo, atq; alijs poſt me memoranda relinquo. Præſentis tantum rei fine contentus ſum. Imperatorem de induſtria adit, precibus fatigat, merito lenit, ſolicitudine promeretur: vt redditam vitæ, redderet libertati.

SCHOLIA.

1 INgenij rubigo.) Cato contulit ingenium hominis cum ferro: quod ſi exerceas, vſu quidem nonnihil atteritur. Si non exerceas, magis conſumitur ru-
H bigine. 2 Priſtini ſiccaſſet eloquij.) Nihil enim citius exareſcit q̃ fons eloquentiæ. Et duriuſculè geminam metaphorã in eadem complexus eſt ſententia, ferri & fontis.

3 Non poſſibilitatẽ.) Græcè magis dixit q̃ Latinè. Quanquam philoſophis & Theologis hic ſermo cõcedit τὸ δυνατὸν. 4 Neque poſſe eum verbo deficere.) Quidam codices habebant, eum in verbo deficere. Quidam, ei verba deficere. Quidam, eum verba deficere, quod poſtremum ego ſanè potiſſimum approbo, vt deficere verbo, addit⁹ ſit accuſandi caſus. 5 Super oneratam nauim.) Quędam exemplaria ſcriptum habebãt, onerariam nauim, quæ quidem poſterior lectio mihi magis probatur. Siquidem onerarias naues vocant maiores illas oneribus vehendis paratas. Sunt enim & actuariæ. Porrò plus eſt periculi ſi pereat nauis onuſta mercibus. Vnde ea non ſolet, niſi perito nauclero committi.

Naues onerariæ.

Naues actuariæ.

6 Scalmũ in lacu.) Minores cymbæ, Scalmi vocantur. 7 Euxini maris.) Idem Ponticum vocant, incipit à Boſphoro Thracio, hoc vndoſius & feruentius, quòd minus profundũ, nec littora habet arenoſa aut mollia, raras ſtationes. Vnde ob ſæuiciam & incommoditatem ἄξενον, id eſt, inhoſpitum dixerunt accolæ: deinde ominis cauſa dictum eſt, εὔξενον, id eſt, bene hoſpitale. Et pulchrè dixit credor, de re periculoſa.

Scalmi.

Euxinum mare.

8 Euaneſcentibus terris.) Sic enim apparet procul intuẽtibus. Nam progreſſo, terræ condi videntur & paulatim videri deſinunt. 9 Cœlum vndique & vnd.) Hemiſtichium
I eſt ex Aeneide Maronis. 10 Nunc vnda tenebris inhor.) Imitatus eſt illud Vergilianum: Et inhorruit vnda tenẽbris.

11 Nocte nimborum.) Alluſit ad illud Maronis: Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Noctem hyememq; ferens. Noctem vocat caliginem denſiſſimam, & nocti ſimillimam.

12 Spumei fluctus caneſcunt.) Vt luſit verbis poëticis, id quod licet in hiſtoria nõnunquam. 13 Tumida malo.) Ob ſinus vento diſtentos. 14 Curſum proſequente.) Curſum vocat nauticum, quoties velis impellitur nauis. Et ſpiritus, hoc eſt flatus, ſi proſper eſt, curſum adiuuat. 15 Ad optaAppellere tos portus.) Venuſtè dixit ęſtus appulerit, hoc eſt ipſe vndarum impetus, non ars mea. Et propriè nauis appellitur, ſiue appellit. 16 Orationis anfractus.) In Euxino mari multi ſunt littorũ anfract⁹ & flex⁹ periculoſi nautis. Perſiſtit adhuc ĩ metaphora. 17 Facultatẽ fortè.) Id eſt, intelliges mihi defuiſſe facultatẽ, nõ voluntatẽ. Quod conat⁹ ſum, declaraui me voluiſſe ſatisfacere: q; nõ ſim aſſequut⁹, hinc eſt quia
Ligures. nõ potuerim. 18 Vercellę Ligurũ.) Ligures ea pars Italiæ in qua ſunt Ianuenſes, proximi alpibus Gallicis. 19 Quãdam mulierculam.) Ex hoc loco palàm apparet adhuc ætate diui Hieronymi, adulterium capite ſolere puniri. Nunc ma
Furti pœna. gnatum luſus eſt. Et ſæuitur paſſim in miſeros fures, quum nec Draconis leges, nec Romanæ, nec vllæ ethnicorum, nec ipſæ Moſaicæ leges ſimplex furtum ſupplicio capitis vindicauerint. Sed auaritia noſtra facit, vt vſq; adeo ſimus infenſi K furibus, & ideo magnum malum exiſtimamus furtum, quia pecuniam ſummi boni loco ducimus. 20 Cõpendio mortis.) Ad quam longior erat via per cruciatus. Et interim tractat locum coniecturalem, à quæſtionibus. Ille confeſſus eſt crimen, quod non admiſerat, impatientia tormentorum. Illa mori maluit, quàm de ſe mentiri. 21 Non reliquit innoxiæ.) Nam illius confeſſio, quaſi præiudicium erat mulieri. 22 Raſuræ modicæ ſanguinem.) Quædam habebant exemplaria, Raſuræ modico ſanguine. 23 Imbellem manũ percuſſor expauit.) Nonnulli codices ſic habebant, Aſperſit ſine bello imbellem manum. Sed mendoſè, ni fallor. Conijcio aſſcripſiſſe quempiam imbellem, id eſt, ſine bello: & interpretamentum ab alio redactum fuiſſe in contextum. 24 Mucro delabitur.) Quidam habebant, debilitatur: ſed delabitur magis probo. 25 Dum totas expedit vires.) Quidã habebãt expetit: quidam, exerit. Exerit probo, ſed magis arridet, expedit. Expedimus enim quod explicamus & promi- Expedire.
mus ad aliquid agendum. 26 Fibulam quæ chlamydis.) Fibulis aſtringunt extremas oras veſtiũ. Mirè depinxit hunc Fibula.
carnificem, cum ſuo paludamento, cum fibula aurea. Decentiſſima verò vſus eſt metaphora in mordebat oram, quòd veluti morſu aſtringat. 27 Et ne parum eſſet.) Opinor legendum: Et ceu parum eſſet, hoc eſt quaſi parum eſſet. 28 L
Sacramentum erat.) Habebat myſterium & ſignificationem diuini ternionis. 29 Fruſtratus.) Fruſtratus paſſiuè dixit, pro fruſtra adactus. 30 Corpori conderetur.) Condimus Condere.
quod occultamus & abſcondimus. Ferrum infixum corpori, condi dicitur. 31 Circa quorum Saraballa.) Saraballum Saraballa.
Parthorum lingua, veſtis genus eſt fluxæ. Vtitur hoc verbo diuus Hieronym⁹ in Danielem, capite tertio. 32 Celeriore curſu naturæ.) Hic locus variè fuerat deprauatus. Quidã habebant: Et miſericordia domini celerior matura nocte aduenit. Opinor ita legendũ: Et miſericordia domini celerior curſu naturæ nox aduenit, vt intelligas per miſericordiam dei factũ, vt nox aduenire celerior quàm ſolito naturę curſu. 33 Et ò verè ius ſummum.) Hunc quoque locum ſcioſus aliquis deprauauerat. Sic enim mutatus erat: Et ò verè ſus ſummũ, & ſumma læticia. Non dubium eſt, quin ſcribendum ſit: Et ò verè ſummum ius, ſumma malicia. Citat enim tritiſſimum illud adagium, Summũ ius, ſumma malicia: quo ſignificatum eſt, nihil eſſe peius, quàm ius nimis exactè ſeruatum. Expoſuimus copioſius in Chiliadibus noſtris. 34 Ad Euagrij noſtri.) Huius humanitate ſignificauit ſe ſubleuatum fuiſſe cùm primum in Syriæ ſolitudines commigraſſet. 35 Auxentium Mediolanis incubãtem.) Significat hęreſiarcham cui ſucceſſit Ambroſius, oppreſſum diligentia
Euagrij 36 Verùm hęc ipſe equidem.) Verſus ſunt ex Ge- M
orgicis Maronis. 37 Spatijs excluſus iniquis.) Hoc ſentit, ſibi non ſuppetere tempus, ad hæc omnia referenda.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

De ortu, vita & obitu Pauli primi, ſicuti putant, Eremitę: & quomodo fuerit ſepultus à diuo Antonio monacho. Tanta erat in exemplaribus varietas, vt appareat Hieronymum ſæpius idem argumẽtum alijs tractaſſe verbis, aut alium exercendæ copiæ cauſa, hoc feciſſe. Videtur & hoc Hieronymus exercitandi ingenij gratia luſiſſe.

VITA PAVLI EREMITAE.

INter multos ſæpe dubitatum eſt, à quo potiſſimum monachorum eremus habitari cœpta ſit. Quidam enim altius repetentes, à beato Helia & Ioanne ſumpſere principium. Quorum & Helias plus nobis videtur fuiſſe, quàm monachus: & Ioannes antè prophetare cœpiſſe, quàm natus eſt. Alij autẽ, in quam opinionem vulgus omne conſentit, aſſerunt Antonium huius

A huius propositi fuisse caput, quod ex parte verū est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quàm ab eo omnium incitata sunt studia.[1] Amathas verò & Macarius discipuli Antonij, quorū superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant Paulum quendam Thebæum principem istius rei fuisse: quod non tam nomine, q̄ opinione nos quoq; comprobamus. Nōnulli & hęc & alia prout voluntas tulit, iactitant: subterraneo specu crinitum calcaneotenus hominem fuisse, & multa quę persequi ocioſum est, incredibilia fingētes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sentētia videtur. Igitur quia de Antonio tam Græco quàm Romano stilo diligēter traditum est: pauca de Pauli principio & fine scribere dispositi: magis quia res omissa fuit, quàm fretus ingenio. Quomodo autē in media ætate vixerit, & quas satanæ pertulerit insidias, nulli hominum compertum habetur. Sub Decio & Valeriano persequutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore dānati sunt, multas apud Aegyptum & Thebaidam Ecclesias, tempestas sæua populata est. B Voti tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verùm hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirēs: animas cupiebat iugulare, non corpora. Et vt ipse, qui ab ipso passus est, Cyprianus ait: volentibus mori, nō permittebatur occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat: duo memoriæ causa exempla subiecimus. Perseuerantem igitur in fide martyrē, & inter eculeos laminasq; victorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet vt muscarū aculeis cederet, qui ignitas sartagines antè superasset. Aliū iuuenili ætate florentem, in amœnissimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia candentia & rubentes rosas, cùm leni iuxtà murmure aquarū serperet riuus: & molli sibilo arborum folia ventus præstringeret, super extructum plumis lectum resupinari & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cùm recedentibus cūctis, meretrix speciosa veniſſet, cœpit delicatis stringere colla complexibus. Et, quod dictu quoque scelus est, manib⁹ attrectare virilia: vt corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi, & quó se verteret, nesciebat. Quem tormenta nō vicerāt, superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratus: præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensū succedēs doloris magnitudo superauit. Per idem ergo tempus quo talia gerebātur apud inferiorem Thebaidam, cum sorore iam viro tradita, post mortem amborū parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, literis tam Græcis quàm Aegyptiacis apprimè eruditus, mansueti animi, deum valde amans. Et cùm persecutionis procella detonaret, in villam remotiorē & secretiorē secessit. Verùm[2] quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis marit⁹ cœpit prodere velle, quem cælare debuerat. Non illum vxoris lachrymę, non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto deus, ab scelere reuocauit. Ad hæc[3] instabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quod vbi prudētissimus adolescens intellexit, ad montiū deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolaretur, necessitatem in voluntatem vertit, ac paulatim progrediens, rursusq; subsistens, atque hoc idem sæpius faciens: tandem reperit saxeum montem: Ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto (vt est cupiditas hominum occulta cognoscere) auidius explorans, animaduertit intus grāde vestibulum, quod aperto desuper cœlo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens: cuius riuum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine, eadem quæ genuerat aquas, terra sorbebat. Erant præterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incudes & mallei, quibus pecuniæ[4] olim signatæ visebantur. Hunc locum Aegyptiorum literæ ferunt[5] furtiuę monetæ officinam fuisse, ea tempestate qua Cleopatræ iunctus est Antonius. [6] Igitur adamato (quasi quod à deo sibi offerretur) habitaculo, omnē ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem.[7] Cibum E & vestimentum ei palma præbebat. Quod ne cui impossibile videatur, Iesum testor & sanctos angelos eius, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iūgitur, vidisse me monachos, de quib⁹ vnus per triginta annos clausus, hordeaceo pane & lutulenta aqua vixit. Alter in cisterna veteri (quam gentili sermone Syri cubam vocant)[8] quinq; carycis per singulos dies sustētabat. Hæc igitur incredibilia esse videbuntur his, qui nō crediderint, quia omnia possibilia sunt credētibus. Marc. 9. Sed vt ad id redeam vnde digressus sum, cùm iam centum tredecim annos beatus Paulus vitam cœlestem ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur (vt ipse asserere solebat) hęc in mentem eius cogitatio incidit, nullū vltrà se perfectum monachum in eremo consedisse. At illi per noctem quiescēti reuelatum est esse alium vlterius multo se meliorem, ad quem visendum deberet proficisci. Ilico erumpente luce, venerabilis senex infirmos artus baculo regēte sustentans, cœpit ire velle quò nesciebat. Et iam me F dia dies coquente desuper sole feruebat, nec tamē à cœpto itinere abducebatur, dicēs: Credo in deū meum, quia quod mihi seruo suo promisit, ostendet. Nec plura his, conspicit hominē equo mixtū, cui opinio poëtarum[9] Hippocentauro vocabulū indidit. Quo viso, salutaris impressione signi armat frontem: Et heus tu, inquit, quānam in parte hic seruus dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & [10] frangēs potius verba, quàm proloquens,[11] inter horrentia ora senis blandum quæsiuit alloquium. Et dexteræ protensione manus cupitum indicat iter, & sic patentes campos volucri transmittens fuga, ex oculis mirātis euanuit. Verùm hæc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an (vt solet) eremus mōstruosorum animalium ferax, istam quoq; gignat bestiā, incertum habemus. Stupens itaq; Antonius, & de eo quod viderat secū voluens, vlterius progredit. Nec mora, inter saxosam cōuallē haud grādē homūculū videt, adūcis narib⁹, frōte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes

G pedes desinebat. Infractusq; & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei & loricā spei, vt bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum quasi pacis obsides afferebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius, & quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit: Mortalis ego sum, & vnus ex
*vano. accolis eremi: quos vario *delusa errore gētilitas, Faunos Satyrosq; & incubos vocans colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur vt pro nobis cōmunem deum depreceris, quē pro salute mundi
†salutem mūdi olim venisse. veniſſe † cognouimus, & in vniuersam terrā exijt sonus eius. Talia eo loquente, longæuus viator vbertim faciem lachrymis rigabat: quas magnitudo lætitiæ, indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de Christi gloria, & de interitu Satanæ: simulq; admirans, quòd eius posset intelligere sermonem, & baculo humū percutiēs aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro deo portenta veneraris. Væ tibi ciuitas meretrix, in quam totius orbis dęmonia cōfluxere. Quid nunc dictura es? Bestię Chri
H stum loquuntur, & tu pro deo portenta veneraris. Necdum verba cōpleuerat, & quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquā ob incredulitatem scrupulum moueat, sub rege Constantino vniuerso mundo teste defenditur. Nam
Satyrus. Alexandriam istiusmodi homo viuus perductus, magnum populo spectaculum præbuit: & postea cadauer exanime, ne calore æstatis dissiparetur sale infuso, Antiochiā vt ab imperatore videretur, allatum est. Sed vt propositum persequar, Antonius cœptam regionem pergebat, ferarum tantū vestigia intuens, & eremi latam vastitatē. Quid ageret, quó verteret gradum, nesciebat. Iam altera effluxerat dies. Restabat vnū, vt deseri se à Christo non posse confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras: & dubia adhuc luce, procul intuetur lupam sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam sequutus oculis, & iuxta speluncam cùm fera abijsset accedens intrò cœpit aspicere: nihil curiositate proficiente, tenebris arcentibus visum. Verùm (vt scriptura ait)
1. Ioan. 4. perfecta dilectio foras mittit timorem: suspenso gradu & anhelitu temperato, callidus explorator
I ingressus: ac paulatim progrediens, sæpiusq; subsistens, sonum aure captabat. Tandem per cæcæ noctis horrorem procul lumen intuitus: dum auidius properat, offenso in lapidem pede, strepitū concitauit: post cuius sonitum beatus Paulus ostium quod patebat occludens, sera obfirmauit. Tunc verò Antonius præ foribus corruens, vsq; ad sextam, & eo amplius horam, aditum precabatur, dicens. Qui sim, vnde, cur venerim nosti. Scio me non mereri conspectum tuum: tamē nisi videro, nō recedā. Qui bestias recipis, hominē cur repellis? Quęsiui, & inueni: pulso vt aperiat. Quod si non impetro, hìc moriar ante postes tuos: certè sepelies vel meum cadauer. Talia perstabat memorans, fixusq; manebat. Ad quem responsum paucis ita reddidit heros. Nemo sic petit, vt minetur: nemo cū lachrymis & iniuriam, velōca lumniam facit. Et miraris si non recipiam, cùm moriturus adueneris? Sic arridens Paulus patefecit ingressum. Quo aperto, dum in mutuos miscentur amplexus, proprijs se salutauere nominibus, gratiæ domino in commune referuntur. Et K
post sanctum osculum residens Paulus, cum Antonio ita exorsus est: En quem tanto labore quæsisti, putridis† senectute mēbris operit inculta ca- †putribus.
nicies. En vides hominem, puluerem mox futurum. Verùm quia charitas omnia sustentat, narra 1. Cor. 13.
mihi quęso, quomodo se habeat humanum genus. An in antiquis vrbibus noua tecta consurgant: quo mundus regatur imperio: an supersint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitem coruū in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subuolabat, & integrum panem ante ora mirantium deposuit. Post cuius abscessum: Eia, inquit Paulus, dominus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors. Sexaginta iam anni sunt quòd accipio dimidij sem-
per panis fragmentum: verùm ad aduentum tuū, militib⁹ suis duplicauit annonam. Igitur domino gratiarum actione celebrata, super vitrei marginē fontis vterq; consedit. Hìc verò quis frangeret panem oborta contentio, penè diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij, Antonius iu- L
re refellebat† ætatis. Tandē consilium fuit, vt ap- †repelle-
prehenso è regione pane, dum ad se quisq; nititur, bat.
pars cuiq; sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libauerunt: & immolantes deo sacrificium laudis, noctē transegēre vigilijs. Cumq; iam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic loquutus est: Olim te frater in istis regionib⁹ habitare sciebam: olim te conseruū meū mihi promiserat deus. Sed quia iam dormitionis meæ tēpus aduenit, & quòd sem-
per cupiebā dissolui & esse cum Christo, peracto Philip. 1.
cursu supereſt mihi corona iustitiæ: tu missus es à 2. Tim. 4.
domino, qui humo corpusculum meum tegas, imò terræ terram reddas. His Antonius auditis, flens & gemens ne se desereret, atq; vt comitem talis iti neris acciperet, precabatur. Et ille: Non debes, in-
quit, quærere quæ tua sunt, sed quæ aliena. Expe- 2. Cor. 10.
dit tibi sarcina carnis abiecta, agnum sequi. Sed & cęteris expedit fratribus, vt tuo adhuc instituantur exemplo. Quamobrem quæso perge, nisi molestum est, & palliū quod tibi Athanasius episcopus dedit, ad inuoluendum corpusculum meū defer. Hoc autem beatus Paulus rogauit, non quòd M
magnopere curaret vtrū tectum putresceret cadauer, an nudum (quippe qui tanto temporis spatio, contextis palmarum folijs vestiebatur) sed vt à se recedenti mœror suæ mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antonius, quòd de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo videns, & in pectore eius deum venerans, vltrà respondere nihil ausus est: sed cū silentio lachrymās, exosculatis eius oculis manibusq;, ad monasterium quod postea à Saracenis occupatum est, regrediebatur. Neque verò gressus sequebantur animum. Sed quanuis corpus inane ieiunijs, seniles etiam anni fregerant, tamen animo vincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum suum confecto itinere peruenit. Cui cùm duo discipuli, qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant, occurrissent dicentes: Vbi tamdiu moratus es pater? Respōdit: Væ mihi peccatori, qui falsum monachi nomē fero. Vidi Heliam, vidi Ioannem in deserto, & verè vidi Paulum in paradiso: Et sic

ore

A ore compreſſo,manu verberans pectus, ex cellula palliũ protulit. Rogantibúsq; diſcipulis,vt pleni⁹ quidnam rei eſſet exponeret,ait: Tempus tacendi, Eccl's.3. & tempus loquendi. Tũc egreſſus foras,& ne modicum quidem cibi ſumẽs,per viã qua venerat regreſſus eſt,illũ ſitiens,illum videre deſiderans,illũ oculis ac mente cõtemplans. Timebat enim quod euenit, ne ſe abſente Chriſto debitum ſpiritum redderet. Cumq; iam dies alia illuxiſſet, & trium horarũ ſpatio viam remeauiſſet, vidit inter angelorum choros,inter prophetarum & apoſtolorum populos,niueo candore Paulum fulgentẽ in ſublime conſcendere. Et ſtatim in faciem ſuam procidens, ſabulum capiti ſuperiaciebat, ploransq; & eiulans,aiebat: Cur me Paule dimittis? Cur inſalutatus abis? Tam tardè notus, tam citò recedis? Referebat poſtea beatus Antonius tanta ſe velocitate, quod reliquũ erat viæ cucurriſſe, vt inſtar auis peruolaſſet: nec immeritò. Nam introgreſſus ſpeluncam,vidit genubus complicatis, erecta ceruice, extenſisq; in altum manibus, corpus exanime. Ac primùm & ipſe viuere eum credens, pari-
B ter orabat. Poſtquàm vero nulla (vt ſolebat) ſuſpiria precantis audiuit,in flebile oſculum ruens,intellexit quòd etiam cadauer ſancti,deum (cui omnia viuunt) officioſo geſtu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & pſalmos de Chriſtiana traditione decantans, contriſtabatur Antonius, quòd ſarculum quo terram foderet non haberet: fluctuansq; vario mentis æſtu, & ſecum multa reputans, dicebat: Si ad monaſteriũ reuertar,tridui iter eſt: ſi hìc maneã, nihil vltrà proficiam. Moriar ergo, vt dignũ eſt, iuxta bellatorem tuum Chriſte ruens extremum halitum fundam. Talia eo animo voluente, ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes,volantibus per colla iubis,ferebant: quibus aſpectis primò exhorruit. Rurſusq; ad deũ referens mentem, quaſi columbas videret, manſit intrepidus. Et illi quidem directo curſu, ad cadauer beati ſenis ſubſtiterunt: adulantibusq; caudis circa eius
C pedes accubuere,fremitu ingenti rugientes: prorſus vt intelligeret eos plãgere, quomodo poterãt. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus ſcalpere: arenamq; certatim egerentes, vnius hominis capacem locum foderunt. Ac ſtatim quaſi mercedem pro opere poſtulantes, cum motu aurium ceruice reiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedéſq; lingentes. At ille animaduertit benedictionẽ eos à ſe precari. Nec mora,in laudationẽ Chriſti effuſus,quòd muta quoq; animalia deũ eſſe ſentirent,† ait: Domine,ſine cui⁹ nutu Matt.10. Lucæ.12. nec folium arboris defluit,nec vnus paſſerum ad terrã cadit,da illis ſicut tu ſcis. Et manu annuens † cui muta quoq; animalia ſentirent. eis,vt abirent imperauit. Cumq; illi receſſiſſent, ſancti corporis onere ſeniles curuauit humeros. Et depoſito eo in foſſam, deſuper humum cõgregans,tumulum ex more compoſuit. Poſtquàm autem alia dies illuxit, ne quid pius hæres ¹⁴ ex inteſtati bonis non poſſideret,tunicam eius ſibi vẽdicauit, quam in ſportarum modum de palmæ foliis ipſe ſibi contexuerat. Ac ſic ad monaſterium reuerſus, diſcipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusq; ſolennibus Paſchæ & Pentecoſtes ſemper Pauli tunica veſtitus eſt. Libet in fine opu- D
ſculi eos interrogare, ¹⁵ qui ſua patrimonia ignorant, qui domos marmoribus veſtiunt, ¹⁶ qui vno filo villarum inſuunt prędia: huic ſeni nudo quid vnquam defuit? Vos gemma bibitis, ille naturæ concauis manibus ſatiſfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne viliſſimum quidem indumentum habuit mancipij veſtri. Sed econtrariò illi quidem pauperculo paradiſus patet, vos auratos gehẽna ſuſcipiet. Ille veſtem Chriſti, nudus licèt, tamen ſeruauit: vos veſtiti ſericis, indumentum Chriſti perdidiſtis. Paulus viliſſimo puluere cooperſus iacet reſurrecturus in gloriam: vos operoſa ſaxi ſepulchra premunt cum veſtris opibus arſuros. Parcite quæſo vobis: parcite ſaltem diuitijs quas amatis. Cur & mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasq; non ceſſat? An cadauera diuitum niſi in ſerico putreſcere neſciunt? Obſecro quicunque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris: cui ſi dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius,quàm regũ purpuram cum pœnis ſuis. E

SCHOLIA.

AMathas verò &.) Tres celebrantur Antonij diſcipuli: Sarmata, Amathas,& Macarius: quorum Sarmata à Saracenis incurſantibus fuit interemptus. 1 Antonij diſcipuli.

2 Quid non mortalia pectora cogis &c.) Carmen eſt ex Aeneide Maronis. 3 Inſtabat crudelitas.) Nã religionis prætextu ſæuiebãt in Chriſtianos, & impij vocabantur, apud quos ſolos erat pietas. 4 Olim ſignatæ viſebantur.) Nonnulli codices pro viſebantur ſcriptũ habebãt, cudebãtur. 5 Furtiuæ monetæ.) Ad eundem vſum paratum fuiſſe putarim, quod hodie Cumis oſtenditur antrum Sibyllæ. Sibyllæ antrum. 6 Igitur adamato.) Feſtiuiter dixit adamato, cũ ſentiat eum loco delectatum. 7 Cibum & veſtimentum.) Nam fructum habet iucundiſſimum, quem palmulas, alij dactylos vocant. Et arbor eſt hirſuta frondibus. 8 Quinque carycis.) Ficos ſiccos carycas vocant: etiam ſi poſtea Græci carycas vocare cœperunt cibi genus ex contuſis carnibus cõfectum. Carycæ. 9 Hippocentaurum.) Supernè homines ſunt, infernè equi: vnde nomen inditum ἵππος equus, κέντρον ſtimulare. Plinius teſtatur huiuſmodi monſtrum Romam aliquo- E
ties allatum ſpectaculi gratia. Nonnulli codices habebant, onocentaurum: nonnulli, centaurum. 10 Frangẽs potius.) Id eſt, fragore quodam promens. 11 Inter horrentia ora.) Hic locus habebatur diuerſus in exemplaribus, nec vlla lectio mihi faciebat ſatis. 12 Offenſo in lapidem pede.) Sic enim legendum arbitror, cùm hic locus variè deprauatus haberetur. 13 Talia perſtabat.) Vt libenter diuus Hieronymus inſerit verſus Vergilianos. 14 Ex inteſtati bonis.) Iocatur quòd Paulus vtpote pauperculus, inteſtatus deceſſerit, hoc eſt, non condito teſtamento. 15 Qui ſua patrimonia.) Pauperis eſt numerare pecus, vt inquit Ouidius. Et iuxta Flaccum, exilis domus eſt, vbi non & multa ſuperſunt: & fallunt dominos & proſunt furibus. 16 Qui vno filo) De margarito gẽma ſentit, quod vnico filo inſuitur veſti, & tamen precium eſt multorum prædiorum.

ARGVMENTVM EPIſtolæ ſequentis.

Paulus & Hilarion diuerſo vitæ genere parem aſſequuti ſunt laudem. Ille per omnem vitam latitauit, hoc ipſo notiſſimus, quòd nulli notus fuerit. Hic dum huc & illuc diſcurrens fugitat famam, quò magis fugit hominũ noticiam, hoc magis innotuit omnibus.

Vita

VITA SANCTI HILARIONIS.

G SCripturus vitam beati Hilarionis, habitatorē eius inuoco ſpiritum ſanctum: vt qui illi virtutes largit[9] eſt, mihi ad narrandas eas ſermonē tribuat,vt facta dictis exęquentur. Eorum enim qui fecere virtutes(vt ait Criſpus) tanta habentur merita,quantum ea verbis [1] potuere attollere pręclara ingenia. Alexander Magnus Macedo,quem [2] vel arietem,[3] vel pardum,[4] vel hircum caprarum Daniel vocat:cùm ad Achillis tumulum peruenisſet: Felicem te, ait, iuuenis, qui magno fruaris pręcone meritorum, Homerū videlicet ſignificans. Porrò mihi tanti ac talis viri conuerſatio,vitaq; dicenda eſt:vt Homerus quoq; ſi adeſſet,vel inuideret materię,vel ſuccumberet. Quanq; enim ſanctus Epiphanius[6] Salaminę Cypri epiſcopus,qui cum Hilarione plurimum verſatus eſt,laudem eius breui epiſtola ſcripſerit,quę vulgò legitur: tamen aliud eſt [7] locis cōmunibus laudare defunctum,aliud defuncti proprias narrare virtutes. Vñ & nos[8] fauore magis illi[9] quàm iniuria,cœptum ab eo opus aggredientes,maledi
H corum voces contemnimus: qui olim detrahētes Paulo meo,nunc fortè detrahent & Hilarioni:illum ſolitudinis calumniati, huic obijcientes frequentiam:vt qui ſemper latuit, non fuiſſe: qui à multis viſus eſt, vilis exiſtimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam phariſæi,quibus nec Ioannis eremus ac ieiunium,[9] nec domini ſaluatoris turbæ cibi potusq; placuere. Verū deſtinato operi inponā manū,& [10] Scylleos canes[11] obturata aure trāſibo. Hilarion ortus vico Thabatha, qui circiter quinq; milia à Gaza vrbe Palæſtinæ ad Auſtrū ſit[9] eſt:cùm haberet parētes idolis deditos,[12] roſa(vt dicitur) de ſpinis floruit. A quib[9] miſſus Alexandriam,grāmatico traditus eſt:ibiq; quantum illa patiebatur ętas, magna ingenij & morū documēta prębuit,in breui charus omnib[9] & loquēdi arte gnarus. Quodq; his maius eſt omnibus,credens in dominum Ieſum,non [13] circi furoribus,[14] non arenæ ſanguine,[15] nō theatri luxuria delectabatur,ſed tota illi voluntas in eccleſiæ
I erat congregatione. Audiens autē tunc celebre nomen Antonij,quod per omnes Aegypti populos ferebatur,incenſus viſendi eius ſtudio, perrexit ad eremum. Et ſtatim vt eum vidit, mutato priſtino habitu,duobus ferè menſibus iuxta eum manſit,contemplans ordinem vitę eius,morumq; grauitatem. Quàm creber in oratione,quàm humilis in ſuſcipiendis fratribus,ſeuerus in corripiendis,alacer in exhortandis eſſet:& vt continentiam cibiq; eius aſperitatem nulla vnquam infirmitas frangeret. Porrò frequētiam eorum,qui ad eum ob varias paſſiones aut impetus dæmonum concurrebant,vltrà non ferens:nec cōgruum eſſe ducēs,pati in eremo populos ciuitatum: ſicq; ſibi magis incipiendum eſſe,vt cœpiſſet Antonius,illum quaſi virum fortem victoriæ pręmia accipere,ſe necdum militare cœpiſſe,reuerſus eſt cū quibuſdam monachis ad patriam:& parentibus iam defunctis,partem ſubſtantię fratribus, partē pau
peribus largitus eſt,nihil ſibi omnino reſeruans, K
& timens illud de Actibus apoſtolorum,Ananię & Sapphirę[16] vel exēplum,vel ſupplicium,maximeq; dominici memor,dicentis: Qui non renun- Lucæ.14.
ciauerit omnibus quę habet,non poteſt meus eſſe diſcipulus (erat autem tūc annorum quindecim) ſic nudus & armatus in Chriſto,ſolitudinem quę in ſeptimo miliario [17] à Maioma Gazæ emporio per littus euntibus Aegyptū ad leuam flectitur, ingreſſus eſt. Cūq; eſſent cruēta latrocinijs loca, & propinqui amiciq; eius imminens periculū denunciarent:contempſit mortem,vt mortem euaderet. Mirabantur omnes animum: mirabantur ętatem,niſi quòd flamma quædā pectoris,& ſcintillę fidei in oculis relucebant. Lenes erant genæ, delicatum corpus & tenue,& ad omnē iniuriam impatiens:quod leui vel frigore, vel æſtu poſſet affligi. Igitur ſacco tātum mēbra coopertus,& pelliceum habens [18] ependyten, quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat, ſagumq; ruſticū inter mare & paludem,vaſta & terribili ſolitudine fruebatur, quindecim tantum carycas [19] poſt ſolis occaſum comedens. Et quia regio latrocinijs L
infamis erat,nunquam in eodem * loco habitare * loco nō
conſueuerat. Quid faceret diabolus? quò ſe verte ſitans.
ret? Qui gloriabatur antè,dicens: In cœlum aſcen Quid &c.
dam:ſuper ſydera cœli ponam thronum meū, & Eſaiæ.14.
ero ſimilis altiſſimo:cernebat ſe vinci à puero, & prius ab eo calcatum fuiſſe,quàm [20] per ætatē calcare potuiſſet. Titillabat itaque ſenſus eius,& puberſcenti corpori ſolita voluptatum incendia ſuggerebat. Cogebatur tyrunculus Chriſti cogitare quod neſciebat:& eius rei animo pompam voluere,cuius experimenta non nouerat. Iratus itaque ſibi,& pectus pugnis verberans quaſi cogitatioes [21] cędę manus poſſet excludere: Ego,inquit,aſelle faciam,vt nō calcitres:nec te hordeo alam, ſed paleis Fame te conficiam & ſiti:graui onerabo ponderē: [22] per æſtus indagabo & frigora,vt cibū potius quàm laſciuiam cogites. Herbarum ergo ſucco & paucis carycis poſt triduum vel quadriduū deficientem animam ſuſtentabat,orans frequenter & pſallēs, & raſtro humum fodiēs:vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret. Simulq; ſiſcellas iunco texens, æmulabatur Aegyptiorum M
monachorum diſciplinam, & Apoſtoli ſententiam, dicentis: Qui autem non operatur,non man 2. Theſſ.3.
ducet:ſic attenuatus,& intantum exeſo corpore, vt oſſibus vix hæreret. Quadā nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum,planctum quaſi mulierum, leonum rugitus,murmur exercitus,& rurſus variarum portenta vocum, vt antè ſonitu quàm aſpectu territus cederet. Intellexit dæmonum ludibria: & prouolutus genibus, Chriſti crucem ſignauit in fronte: talique armatus caſſide, & lorica fidei circundatus, [23] iacens fortius præliabatur amodo videre deſiderans, quos horrebat audire, & ſolicitis oculis huc illucq; circunſpiciēs. Cùm interim ex improuiſo,ſplendēte luna, cernit rhedā feruētibus equis ſuper ſe irruere:cūq; inclamaſſet Ieſum,ante oculos eius repentino terrę hiatu pō- Exo.15.
pa omnis obſorpta eſt. Tunc ille ait: Equū & aſcē Pſal.16.
ſorē,iecit in mare. Et,hi ī currib',& hi in equis;

nos autem

A nos autem in nomine dei nostri magnificabimur.

Multæ sunt tentationes eius,& die noctuq; varię dæmonū insidię:quas si omnes narrare velim, modum excedam voluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti,quoties esurienti largissimę apparuere dapes? Interdum orantem, lupus vlulans & vulpecula ganniens transiliuit, psallentiq; gladiatorum pugna spectaculum præbuit, & vnus quasi interfectus, & ante pedes eius corruens, sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in terram capite:& vt natura fert hominū,abducta ab oratione mens,nescio quid aliud cogitabat:insilijt dorso eius festinus agitator,* & latera calcibus, ceruicē flagello verberans: Eia,inquit, cur dormitas? cachinnansq; desuper, cùm defecisset, an hordeum vellet accipere, sciscitabatur. Igitur à sextodecimo vsq; ad vicesimum suę ætatis annū,æstus & pluuias breui tuguriunculo declinauit,[24] qđ iunco & carice texerat. Extructa deinceps breui cellula,quæ vsq; hodie permanet, latitudine pedū quatuor,altitudine pedum quinq;,hoc est statura sua
B humiliore, porrò longitudine paulò ampliore, q̄ eius corpusculum patiebatur, vt sepulchrum potius quàm domum crederes: capillum semel in anno die Paschæ totondit: super nudam humum stratumq; iunceum vsq; ad mortē cubitauit. Saccum quo semel fuerat indutus, nunquam lauans: & superfluum esse dicens, mundicias in cilicio quærere. Nec mutauit alteram tunicam, nisi cùm prior penitus scissa esset. Scripturas quoq; sanctas memoriter tenens,post orationes & psalmos quasi deo præsente recitabat. Et quia longum est per diuersa tempora carptim ascensum eius edicere,cōprehendam breuiter ante lectoris oculos vitam eius pariter exponens,& deinceps ad narrandi ordinem regrediar. Vicesimoprimo anno vsq; ad vicesimumseptimū,tribus annis dimidium[25] lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, & alijs tribus panē aridum cum sale & aqua. Porrò à vigesimoseptimo vsq; ad tricesimum, herbis agrestibus,& virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo
C vsque ad tricesimumquintum,sex vncias hordeacei panis, & coctum modicè holus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, & totum corpus impetigine & pumicea quadam scabredine cōtrahi,ad superiorem victum adiecit oleum: & vsq; ad sexagesimumtertium vitæ suæ annum hoc continentiæ cucurrit gradu nihil extrinsecus aut pomorum,aut leguminis,aut cuiuslibet rei gustans. Inde cùm se videret corpore defatigatum,& propinquam putaret imminere mortem: à sexagesimoquarto anno vsque ad octogesimum pane abstinuit, incredibili feruore mentis: vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutē domini,quo cæteri solent remissius viuere. Fiebāt autem ei de farina & comminuto holere sorbitiunculæ,cibo & potu vix quinq; vncias appendentibus:sicq; complens ordinem vitæ, nunquā ante solis occasum,nec in diebus festis,nec in grauissima valetudine soluit ieiuniū. Sed iam tempus est vt ad ordinem reuertamur. Cùm habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decē & octo, latrones ad eum nocte venerunt, vel existimantes habere aliquid quod tollerent, vel in contemptū sui reputantes fieri,si puer solitarius eorum impetus D
non pertimesceret. Itaque inter mare & paludem à vespere vsque ad solis ortum discurrentes, nunquā locū eius cubiculi * † inuenire potuerūt. Porrò clara luce reperto puero,quasi per iocū:Quid, inquiunt,faceres,si latrones ad te venirent? Quibus ille respondit:Nudus latrones non timet. Et illi:Certè,aiunt,occidi potes. Possum,inquit,possum:& ideo latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam eius & fidē, cōfessi sunt noctis errorem, cæcatosq; oculos,correctiorem deinceps vitam pollicentes. Viginti & duos iam in solitudine habebat annos, fama tantum notus omnibus, & per totas Palæstinæ vulgatas vrbes: cùm interim mulier quædam [26] Eleutheropolitana cernens despectui se habere à viro ob sterilitatem(iam enim per annos quindecim nullos coniugij fructus dederat)prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem: & nihil tale suspicanti, repentè genibus eius aduoluta: Ignosce,inquit,audacię:ignosce necessitati meę. Quid auertis oculos? quid rogantem fugis? Noli mu- E
lierem aspicere, sed miseram. Hic sexus genuit saluatorem. Non habent sani opus medico, sed Lucæ.5.
qui malè habent. Tandem substitit, & post tantum temporis visa muliere, interrogauit causam aduentus eius ac fletuum. Et postquā didicit,leuatis ad cœlum oculis, fidere iussit: euntemq; lachrymis prosequutus, exacto anno vidit cum filio. Hoc signorum eius principium,maius aliud signū nobilitauit. Aristæneta Helpidij,qui postea [27] præfectus prætorio fuit,vxor, valde nobilis inter suos,& inter Christianos nobilior:reuertens cum marito & tribus liberis à beato Antonio,Gazę propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim siue ob corruptum aërem,siue(vt postea claruit)propter gloriam Hilarionis serui dei,[28] hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis desperati sunt. Iacebat vlulans mater,& quasi inter tria filiorum discurrens cadauera,quem prius plangeret,nescibat. Cognito autem quòd esset quidam monachus in vicina solitudine,oblita matronalis pompæ tantum se matrē nouerat,vadit comitata ancillulis,& eunuchis:vixq; à viro persuasum est, F
vt asello sedens pergeret. Ad quem cùm peruenisset: Per ego te,ait,Iesum clementissimum deū nostrum obtestor, per crucem & sanguinem, vt reddas mihi treis filios,& glorificetur in vrbe gētilium nomen domini saluatoris, & ingrediatur seruus eius [29] Gazam,& Marnas corruat. Renuente illo & dicente,nunquam se egressurum de cella:nec habere consuetudinem,vt non modico† ciuitatem,sed ne villulam quidē ingrederetur: prostrauit se humi crebrò clamitans: Hilarion serue Christi,redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Aegypto,à te seruentur in Syria. Flebant cuncti qui aderant, sed & ipse negans fleuit. Quid multa? Non prius mulier recessit,quàm ille pollicitus est se post solis occasum Gazam introiturum. Quò postquam venit, singulorū lectulos & arentia membra considerans,inuocauit Iesum. Et ò mira virtus, quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit:eadē hora acceperunt cibos,lugentemq; matrem cognoscentes,& benedicentes deū, sancti manus deosculati sunt. Quod postquam

auditum

* alis,gladiator.

* †cubilis.

† modo in.

G auditum est, & longè latêque percrebuit, certatim ad eum de Syria & Aegypto confluebant: ita vt multi crederent in Christũ,& se monachos profiterentur. Necdũ enim tunc monasteria erãt in Palæstina,nec quisquam monachum ante sanctum Hilarionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuersationis & studij in hac prouincia fuit. Habebat dominus Iesus in Aegypto senem Antonium: habebat in Palæstina Hilarionem iuniorem. Facidia vicus est [30] Rhinocoruræ vrbis Aegypti. De hoc (sunt decem iam anni)cęca mulier adducta est ad beatum Hilarionem:oblatacꝫ ei à fratribus (iam enim multi cum eo monachi erant) omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit:Si quæ in medicis perdidisti dedisses pauperib9, curasset te verus medicus Iesus. Clamante autem illa, & misericordiam deprecante, expuit in oculos eius: statimcꝫ saluatoris exemplũ virtus eadem prosequuta est. Auriga quoque Gazẽsis in curru percussus à dæmone, totus obriguit: ita vt nec manum agitare,nec ceruicem posset reflectere. Delatus er H go in lecto, cùm solam linguam moueret ad preces,audit nõ prius posse sanari, quàm crederet in Iesum:& se sponderet arti pristinę renunciaturũ. Credidit, spopondit, sanatus est: magiscꝫ de animę,quàm de corporis salute exultauit. Pręterea Marsitas. fortissimus iuuenis nomine Marsitas de territorio Hierosolymæ, tantum sibi applaudebat in viribus,vt quindecim frumenti modios diu longecꝫ portaret,& hanc haberet palmã fortitudinis suæ, [31] si asinos vinceret. Hic afflictus pessimo dæmone,non catenas,nõ compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur: multorum nasum & aures morsibus amputauerat:horum pedes, illorum gulam fregerat. Tãtumcꝫ sui terrorẽ omnibus incusserat,vt oneratus catenis & funibus,in diuersa nitentium,quasi ferocissimus taurus ad monasterium pertraheretur:quẽ postquam fratres vidêre, perterriti,(erat enim miræ magnitudinis) nũciauerunt patri. Ille sicut sedebat, iussit eum ad se ptrahi & dimitti. Solutóque: Inclina, ait, caput & veni. Tremere ille, & ceruicem flectere, nec aspicere contrà ausus:omnicꝫ ferocitate deposita, pe- I des cœpit sedentis lambere. Adiuratus itaque dęmon,& tortus qui iuuenẽ possederat, septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est, quòd Orionus, vir primarius & ditissimus vrbis Ailæ, quæ mari rubro imminet, à legione possessus dæmonum,ad eum adductus est. Manus,ceruix, latera,pedes ferro onerati erant,furorisꝫ sæuitiam torui oculi minabãtur. Cúmque deambularet sanctus cum fratribus,& de scripturis nescio quid interpretaretur, erúpit ille de manibus se tenẽtium: & amplex9 eum post tergum, in sublime leuauit. Clamor ortus ab omnibus:timebant enim ne cõfecta ieiunijs membra collideret. Et sanctus arridens:Sinite,inquit,& mihi [32] meum palæstritã dimittite. Ac sic reflexa sup humeros manu, caput eius tetigit:apprehensoque crine,ante pedes adduxit:stringens e regione ambas manus eius,& plãtas vtroque calcans pede:simulcꝫ ingeminans,torquere dæmonum turba. Cúmque ille eiularet, & reflexa ceruice terram vertice tangeret:Domine, inquit, Iesu: solue miserum,solue captiuum. Vt vnum,ita & plures vincere tuum est. Rem loquor K inauditam: ex vno hominis ore diuersæ voces, & quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaque & hic,non post multum temporis cum vxore & liberis venit ad monasterium: plurima, quasi gratiam redditurus,dona afferens. Cui sanctus: Non legisti, inquit, quid Giezi, quid Simon 4.Reg.5. passi sint:quorum alter accepit precium,alter ob- Actо.8. tulit: vt ille venderet gratiam spiritus sancti, hic mercaretur? Cumcꝫ Orionus flens diceret: Accipe,& da pauperibus, respondit: Tu melius potes tua distribuere,q per vrbes ambulas, & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui,cur aliena appetã? Multis nomen pauperum,occasio auaricię est:misericordia verò artem non habet. Nemo melius erogat,quàm qui sibi nihil reseruat. Tristi autem & in terra iacenti: Noli,inquit,contristari fili,quod facio pro me,& pro te facio. Si enim hæc accepero,& ego offendam deum, & ad te legio reuertet.

Quis vero possit silentio prætерire,quòd [33] Gazanus Maramites haud longè à monasterio eius lapides ad ædificandum de ora maris cudens, totus paralysi dissolutus, & ab operis socijs delatus L ad sanctum, statim ad opus reuersus est? Etenim littus quod Palæstinæ Aegyptóque prætenditur, per naturam molle,arenis [34] in saxa durescẽtibus asperatur, paulatimque cohæresccens sibi glarea, [35] perdit tactum,cùm non perdat aspectum. Sed & Italic9 eiusdem oppidi municeps Christianus, aduersum Gazensem duumuirum, Marnæ idolo deditum,Circẽses equos nutriebat (hoc siquidem in Romanis vrbibus iam inde seruatur à Romulo) vt propter felicem Sabinarum raptũ, ab ipsoꝭ †Conso. [36] quasi consiliorum deo,quadrigæ septeno currãt circumitu: & equos partis aduersę fregisse, victoria sit. Hic itaque æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus huius impediret equos,& illius incitaret ad cursum: venit ad beatum Hilarionem, & non tam aduersarium lædi,quàm se defendi obsecrauit. Ineptum visum est venerando seni, in huiusccmodi nugis orationẽ perdere. Cúmque subrideret & diceret: Cur enim non magis equorum precium pro salu M te animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functionem esse publicam: & hoc non tam se velle,quàm cogi: nec posse hominẽ Christianum vti magicis artibus, sed à seruo Christi potius auxilium petere, maximè contra Gazenses aduersarios dei:& non tam sibi quàm ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo à fratribus qui aderant, scyphum fictilem quo bibere consueuerat, aqua iussit impleri, eique tradi. Quem cùm accepisset Italicus, & stabulum,& equos,& aurigas suos, rhedã, carcerúmque repagula asperſit. Mira vulgi expectatio: nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat, & fautores Italici sibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi aduolant, isti præpediuntur. Sub horum curru rotę feruent,illi præteruolantium terga vix cernunt. Clamor fit vulgi nimius: ita vt ethnici quoque ipsi concreparent, Marnas victus à Christo est. Porrò furentes aduersarij, Hilarionem [37] maleficũ Christianum [38] ad suppliciũ poscere. Indubitata ergo victoria,& illis,& multis retrò Circensibus plurimis fidei occasio fuit. Eiusdẽ

Gazensis

A Gazensis emporij,[39] oppido virginem dei vicin9 iuuenis deperibat. Qui cùm frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, quæ solent[40] morituræ virginitatis esse principia, nihil profeciſſet:[41] perrexit Memphim, vt cõfesso vulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad virginem. Igitur post annum doctus ab[42] Aesculapij vatibus,[43] nõ remediãtis † animas, sed perdẽtis, † venit præsumptum animo stuprum gestiẽs, & subter limen domus puellæ tormenta quædam verborum, & portentosas figuras sculptas in[44] æris Cyprij lamina defodit. Illico insanire virgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorẽ verterat. Perducta ergo à parentibus ad monasterium, seni traditur: viulãte statim & cõfitente dæmone, vim sustinui, inuitus abductus sum: quàm bene Memphis somnijs homines deludebam. O cruces, ò tormenta quæ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Nõ exeo, nisi me adolescẽs qui tenet, dimiserit. Tunc senex: grandis, ait, fortitudo tua,
B[45] qui licio[46] & lamina strictus teneris. Dic, quare ausus es ingredi puellam dei? Vt seruarẽ, inquit, eã virginem. Tu seruares proditor castitatis? Cur non potius in eum qui te mittebat es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dæmonem? Noluit autẽ sanctus antequam purgaret virginem, vel adolescentẽ,[47] vel signa iubere perqui: ne aut solitis incãtationibus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermoni eius accõmodasse fidem, asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandũ esse callidos: & magis reddita sanitate increpuit virginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset. Nõ solum autem in Palæstina, & in vicinis vrbibus Aegypti vel Syriæ, sed etiam in longinquis prouincijs fama eius percrebuerat. Nãq;[48] candidatus Constantij imperatoris[49] rutilus coma, & cãdore corporis indicãs prouinciam[50] (inter Saxones quippe & Alemannos gens eius non tam lata quàm valida, apud historicos Germania, nunc vero Francia vocatur) antiquo, hoc est, ab infantia
C possessus à dęmone, qui noctibus eum vlulare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secretò ab imperatore euectionem petijt, causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad consularem quoque Palęstinæ literis, cum ingẽti honore & comitatu Gazam deductus est. Qui cùm à decurionibus illius loci quæsisset, vbi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenses, & putantes eũ ab imperatore missum, ad monasterium adduxerũt, vt & honorem commendato exhiberẽt: & si quid ex præteritis iniurijs in Hilarionem essent offensi, nouo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, & secũ de psalmis nescio quid submurmurabat. Videnscq; tantam turbã venientem, substitit. Et resalutatis omnibus, manuq; eis benedicens: post horam cæteros abire præcepit, illum verò cum seruis suis & apparitoribus remanere. Ex oculis enim eius & vultu, cur venisset agnouit. Statim ergo ad interrogationem suspensus homo, vix terram pedibus tangens, & immanè rugiens, Syro quo interrogatus fuerat sermone, respõdit: Videres de ore barbaro, & qui[51] Frãcam tantum & Latinam linguam nouerat, Syra
D ad purum verba resonare: vt non stridor, nõ aspiratio,[52] non idioma aliquod Palęstini deesset eloquij. Cõfessus est itaque, quo in eum intrasset ordine. Et vt interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantum & Latinam linguam nouerant, Græcè quoque eum interrogauit. Quo similiter & in verba eadem respondẽte, multasq; incantationũ occasiones, & necessitates magicarum artium obtendente: Non curo, ait, quomodo intraueris, sed vt exeas in nomine domini nostri Iesu Christi, impero. Cumq; curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo panem accepit: audiens quòd qui tali cibo alerẽtur, aurum pro luto ducerent. Parum est de hominibus loqui, bruta quoq; animalia quotidie ad eũ
E furentia pertrahebantur, in quibus[53] Bactrum camelum enormis magnitudinis, qui iã multos obtriuerat, triginta & eo amplius viri distentum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgebat, & super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eum dimitti senex. Statim verò & qui adduxerãt, & qui cũ sene erãt, vsque ad vnum omnes diffugêre. Porrò ille solus perrexit obuiam, & sermone Syro: Nõ me, inquit, terres diabole tanta mole corporis: & in vulpecula, & in camelo vnus atq; idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, & quasi eum deuoratura belua peruenisset, statim corruit:[54] submissumq; caput terrę coæquauit, mirãtibus cunctis qui aderant, post tantam ferociam tantam subitò mansuetudinem. Docebat autẽ senex, hominum causa diabolum etiã iumenta corripere: & tanto eorum ardere odio, vt non solum ipsos, sed & ea quę ipsorum essent, cuperet interire. Huiúsq; rei proponebat exemplum, quòd antequam beatum Iob tentare permitteretur, omnem Iob.1.
substantiam eius interfecerit. Nec mouere quempiam debere, quòd domini iussione duo milia por Matt.8.&
corum à dæmonibus interfecta sunt. Siquidem Mar.5.
eos qui viderant, non potuisse aliter credere exisse de homine tantam dæmonum multitudinem,
F nisi grãdis porcorum numerus, & quasi à multis actus, pariter corruisset. Tempus me deficiet, si voluero vniuersa signa, quæ ab eo perpetrata sũt, dicere. In tantam enim à domino fuerat eleuatus gloriam, vt beatus quoque Antonius audiens conuersationem eius, scriberet ei, libenterq; eius epistolas sumeret. Et si quando de Syrię partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quare vos tam lõgè vexare voluistis, cùm habeatis ibi filiũ meũ Hilarionem? Exemplo itaque eius per totã Palęstinam innumerabilia monasteria esse cœperunt, & omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens: laudabat domini gratiam:
[55] & pro affectu animi† singulos cohortabatur, di † ad profectũ animę
cẽs, Præterire figuram huius mundi: & illam esse veram vitam, quæ vitæ præsentis emeretur incõ- 1.Cor.7.
modo. Volens autem exemplum eis dare & humilitatis, & officij, statis diebus ante vindemiam lustrabat cellulas monachorum. Quod postquam cognitum est à fratribus, omnes ad eum confluebant: & comitati tali duce, circumibant monasteria, habentes viaticum suum: quia interdum

4.Reg.5. Act.8. tremediãtibus. tperdentibus. Germania Euectio.

G dum vsque ad duo milia hominum congregabantur. Sed & procedente tempore, vnaquæque villula vicinis monachis ad susceptionem sanctorum gaudens, cibos offerebat. Quantum autem fuerit in eo studij, vt nullum fratrem [56] quanuis humilem, quanuis pauperem præteriret, vel illud indicio est, quòd vadens in desertum [57] Cades ad vnũ de discipulis suis visendum, cum infinito agmine monachorũ [58] peruenit Elusam, eo fortè die, quo Elusa. anniuersaria solennitas omnẽ oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam [59] ob Luciferũ, cuius cultui Saracenorũ natio dedita est. Sed & ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est propter loci situm. Igitur audito quòd sanctus Hilarion præteriret (multos enim Saracenorum arreptos à dæmone frequenter curauerat) gregatim ei cum vxoribus & liberis obuiam processere, submittentes colla, & voce [60] Syra Barach, id est, benedic inclamantes. Quos ille blandè humiliterq; suscipiens, obsecrabat vt deum magis quàm lapides colerent: simulq; vbertim flebat, cœlum spectans, & pollicens si Christo H crederent, ad eos se crebrò esse venturum. Mira domini gratia, non prius abire passi sunt, quàm futurę Ecclesiæ [61] lineam mitteret: & sacerdos eorum, vt erat coronatus, Christi signo denotaretur. Alio quoque anno cùm exiturus esset ad visenda monasteria, & digereret in schedula, apud quos manere, quos in transitu visitare deberet: scientes monachi quendam de fratribus parciorem, simulq; cupientes vitio eius mederi, rogabant vt apud eum maneret. Et ille: Quid, inquit, vultis & vobis iniuriam, & fratri vexationẽ facere? Quod postquam frater ille parcus audiuit, erubuit, & annitentibus cunctis, vix ab inuito impetrauit, vt suum quoque monasterium [62] in mansionum ordinem poneret. Post diem ergo decimum venerũt ad eum, custodibus iam in vinea, qua venirent illi dispositis, qui cum lapidibus & glebarum iactu, fundęq; vertigine accedentes deterrerent: sine esu vuæ manè omnes profecti sunt, ridente sene, & dissimulante scire quod euenerat. Porrò susceptI ab alio monacho, cui Sabas vocabulum est (debemus quippe parci tacere vocabulum, largi dicere) quia dominicus erat dies, inuitabãtur ab eo vniuersi in vineam, vt ante horam cibi vuarum pastu laborem viæ subleuarent. Et sanctus: Maledictus, ait, qui prius refectionem corporis quàm animæ quæsierit. Oremus, psallamus, reddamus domino officium, & sic ad vineam properabitis. Cõpleto itaque ministerio, in sublimi stans benedixit vineæ, & suas ad pascendũ dimisit oues. Erant autem qui vescebãtur, non minus tribus milibus. Cumq; centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit. Porrò ille parcus frater multo minus solitò colligens, etiam id quod habuerat versum in acetum serò doluit. Hoc multis fratribus senex antè futurum dixerat. Detestabatur autem præcipuè monachos, qui infidelitate quadam in futurum reseruarent sua: & diligentiam haberent, vel sumptuum, vel vestitus, aut alicuius earum rerum quæ cum seculo transeunt: Denique vnum de fratribus in quinto ferè à se miliario manentẽ, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumq; custodẽ, & pauxillum habere nummorum, ab oculis abe- K gerat. Qui volens sibi reconciliari senem, frequẽter veniebat ad fratres, & maximè ad Hesychiũ, quo ille vehementissimè delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem virentis, sicut in herbis erat detulit. Quem cùm Hesychius posuisset in mensa ad vesperum, exclamauit senex, se putorem eius ferre non posse, simulq; vnde esset rogauit. Respondente autem Hesychio, quòd frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset: Non sentis, inquit, putorem teterrimum, & in cicere fœtere auariciam? Mitte bubus, mitte brutis animalibus, & vide an comedant. Quod cùm ille iuxta præceptum in præsepe posuisset, exterriti boues, & plus solitò mugientes, ruptis vinculis in diuersa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, vt ex odore corporum vestiumq;, & earum rerum quas quis tetigerat, sciret cui dæmoni, vel cui vitio subiaceret. Igitur sexagesimo tertio vitę suę L anno cernens grande monasterium, & multitudinem fratrum secum habitãtium: turbasq; eorum, qui diuersis languoribus, & immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita vt omni genere hominũ solitudo per circumitum repleretur, flebat quotidie, & incredibili desiderio conuersationis antiquæ recordabatur. Interrogatus à fratribus quid haberet, cur se conficeret, ait: Rursum ad seculum redij, & recepi mercedem meam in vita mea. An homines Palæstinæ & vicinæ prouincię existimant me alicuius esse momenti, & ego sub prętextu monasterij ad dispensationem fratrum, vilem supellectilem habeo. Seruabatur autem à fratribus, maximè ab Hesychio: qui miro amore venerationi senis deditus erat. Cumq; ita vixisset lugens biennium, Aristæneta illa, cuius suprà fecimus mentionem, præfecti tunc vxor, sed nihil de præfecti ambitu habens, venit ad eum, volens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens: Vellem, ait, ipse quoque ire, si non carcere huius monasterij clausus tenerer, & si eundi fructus esset. Biduum enim hodie est, quòd totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa & substitit. Et post paucos dies veniente nuncio, Antonij dor- M mitionem audiuit. Mirentur alij signa quæ fecit: mirentur incredibilem abstinentiam, scientiã, humilitatem. Ego nihil ita stupeo, quàm gloriam illum & honorem calcare potuisse. Concurrebant episcopi, presbyteri, clericorum & monachorum greges, † matronæ quoq; Christianorum, grandis tentatio, & hinc inde ex vrbibus & agris vulgus ignobile: sed & potentes viri, & iudices, vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. At ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur, intantum, vt quadam die proficisci statuerit: & adducto asello (nimis quippe exesus ieiunijs, vix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cùm percrebuisset, & quasi [63] vastitas & iustitium Palæstinæ indiceretur, plus quàm decem milia hominum diuersæ ætatis & sexus ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens, loquebatur: Fallacem dominum meũ non faciam: non possum videre subuersas Ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autem qui aderãt, intelligebant reuelatum ei quiddam esse secreti, quod

† matronarũque Christianarũ grandis turba &c.

A quod nollet confiteri: & nihilominus cuſtodiebāt cum,ne proficiſceretur.Decreuit ergo, publica omnes voce cōteſtans,non cibi ſe, non potus quicquam ſumere,niſi dimitteretur.Et poſt ſeptē dies mediæ,tandem relaxatus,ac valedicens plurimis, cum infinito agmine proſequentium venit Betilium:vbi perſuaſis turbis vt reuerterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberēt viaticum, & poſſent ieiunantes ingredi,[64] id eſt,poſt ſolis occaſum cibum ſumere. Quinto igitur die venit Peluſium, viſitatisq; fratribus, qui in vicina eremo erant,& in loco[65] qui dicitur Lychnos morabant, perrexit poſt triduum ad caſtrū Theubatum, vt videret Dracontium epiſcopum & confeſſorem, qui ibi exulabat.Quo incredibiliter cōſolato tāti viri præſentia,poſt aliud triduū multo Babylonē labore peruenit, vt viſeret[66] Philonem epiſcopū & ipſum confeſſorem. Conſtantius enim rex, Arianorum fauens hæreſi,vtrūque in ea loca deportauerat.Inde egrediens poſt triduum,venit ad oppidū Aphroditon:vbi conuento dyacono Baï-

B ſane,qui locatis camelis &[67] dromedis,ob aquæ in eremo penuriam conſueuerat euntes ad Antoniū ducere,cōfeſſus eſt fratribus inſtare diem dormitionis beati Antonij:& peruigilem noctē in ipſo quo defunctus fuerat loco,à ſe ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per vaſtam & horribilem ſolitudinem,tandem ad montem altiſſimum peruenerunt,repertis ibi duobus monachis,Iſaac & Peluſiano, quorum Iſaac interpres Antonij fuerat. Et quia ſe præbet occaſio, & ad id loci venimus, dignum videtur breui ſermone habitaculum tāti viri deſcribere. Saxeus & ſublimis mōs per mille circiter paſſ9,ad radices ſuas aquas exprimit,quarū alias arenæ ebibunt:aliæ ad inferiora delapſæ, paulatim riuum efficiunt:ſuper quem ex vtraque ripa palmę innumerabiles,multū loco & amœnitatis & cōmodi tribuunt. Videres ſenem huc atq; illuc cū diſcipulis beati Antonij diſcurrere. Hic aiebant pſallere, hic orare, hic operari, hic feſſus reſidere ſolitus erat.Has vites,has arbuſculas ipſe plantauit:illam areolam manibus ſuis ipſe cōpoſuit.Hanc piſcinam ad irrigandum hortulū mul-

C to ſudore fabricatus eſt.Iſtum ſarculum ad fodiēdum terrā pluribus annis habuit.Iacebat in ſtratu eius,& quaſicalēs adhuc cubile deoſculabatur. Erat autem cellula non plus menſurę per quadrū tenens, quàm homo dormiens extendi poterat. [68] Præterea in ſublimi mōtis vertice,quaſi per cochleā aſcēdētibus,& arduo valde niſu, duæ eiuſdē menſuræ cellulę viſebantur: in quibus venientiū frequentiam & diſcipulorū ſuorū contubernium fugiens moratus eſt. Verùm hæ in viuo exciſę ſaxo,oſtia tantum addita habebant. Poſtquā autem ad hortulum venerant: Videtis, inquit Iſaac, hoc pomarium arbuſculis conſitū,& holeribus virēs. Ante hoc fermè trienniū cùm Onagrorum grex vaſtaret,vnum è ductoribus eorū ſtare iuſſit, baculoq; tundens latera: Quare,inquit, comeditis quod nō ſeminaſtis? Et exinde exceptis aquis, ad quas potandas ventitabant,nunquam eos nec arbuſculam,nec holera contigiſſe.Prēterea rogabat ſenex,vt ſibi locum tumuli eius oſtēderent. Qui cùm ſeorſum eum abduxiſſent, vtrum mōſtrauerint,nec ne,ignoratur. Cauſam occultandi iuxta

præceptum Antonij fuiſſe referentes, ne Perga- D
mius,q in illis locis ditiſſimus erat,ſublato ad villam ſuam ſancti corpore,[69] martyrium fabricaretur. Igitur reuerſus ad Aphroditon,duobus ſecum tantum retentis fratribus, in vicina eremo moratus eſt:tanta abſtinentia & ſilentio, vt tunc primùm ſe cæpiſſe Chriſto ſeruire diceret. Porrò iam triennium erat,quòd clauſum cœlū illas terras arefecerat:vt vulgò dicerēt, Antonij mortem etiam elementa lugere.Non latuit fama Hilarionis accolas quoq; illius loci: & certatim virilis ac muliebris ſexus ore luridi,& attenuati fame, pluuias à ſeruo Chriſti,id eſt,à beati Antonij ſucceſſore deprecabantur. Quos ille cernens, mirè doluit.Eleuatiſque in cœlum oculis,& vtraſque in ſublime erigens palmas, ſtatim impetrauit quod rogauerant. Ecce autem ſitiens arenoſaq; regio, poſtquam pluuijs irrigata eſt, tantam ſerpentum & venenatorum animalium ex improuiſo ebulliuit multitudinem:vt percuſſi innumerabiles, niſi ad Hilarionē concurriſſent,ſtatim interirent.Bene-
dicto itaque oleo vniuerſi agricolę atque paſto- E
res tangentes vulnera,certam ſalutē reſumebant. Videns etiam ibi ſe miris honoribus affici,perrexit Alexandriam, inde ad vlteriorem Oſam eremū tranſiturus. Et quia nunquam ex quo cœperat eſſe monachus, in vrbibus manſerat, diuertit ad quoſdā fratres ſibi notos in Brutio, haud procul ab Alexādria: qui cùm miro gaudio ſuſcepiſſent ſenem,& iam vicina nox eſſet, repētè audiūt diſcipulos eius aſinum ſternere,illumq; parare ꝓficiſci.Itaque aduoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret,& ante limē proſtrati,citius ſe mori,quàm tanto carere hoſpite teſtabantur.Quibus ille reſpondit:idcirco abire feſtino,ne vobis moleſtiam generem.Certè ex poſterioribus cognoſcetis,non ſine cauſa me ſubitò ambulaſſe. Igitur altera die Gazenſes cum lictoribus profecti(nā pridie eum veniſſe cognouerāt)intrantes monaſterium:cùm illum minimè inueniſſent, inuicem loquebantur: Nonne vera ſunt quę audiuimus? magus eſt,& futura cognoſcit. Vrbs enim Gaza,poſtquam,profecto de Palæſtina Hilarione, Iulianus in imperiū F
ſucceſſerat,deſtructo monaſterio eius, precib9 ad imperatorē datis,& Hilarionis, & Heſychij mortē impetrauerat: amboq; vt quærerent,toto orbe ſcriptum erat. Egreſſus ergo de Brutio,per inuiā ſolitudinem intrauit Oſam:ibiq; anno[70] plus minus exacto, quia illuc quoque ſua fama peruenerat,quaſi iā in Oriente latere nō poſſet:vbi multi illum & opinione,& vultu nouerant[71] ad ſolas nauigare inſulas cogitabat: vt quem terra vulgauerat,ſaltem maria cælarent. Eodem fermè tempore Hadrianus diſcipulus eius de Palæſtina ſuperuenit,dicens Iulianū occiſum,& Chriſtianum imperatorē regnare cœpiſſe:reuertiq; eum debere ad monaſterij ſui reliquias. Quod ille audiens deteſtatus eſt:& conducto camelo per vaſtam ſolitudinem,peruenit ad maritimam vrbem Libyę Paretonium:vbi Hadrianus infelix volens Palę-
ſtinam reuerti,& priſtinam ſub nomine magiſtri quærēs gloriam,multas ei fecit iniurias.[72] Ad extremū,cōuaſatis quę à fratrib9 ei miſſa detulerat, neſciente illo profectus eſt. Super hoc quia alter locus referēdi nō eſt,hoc tātum dixerim in terro-

G rem eorum, qui magistros despiciunt, quòd post aliquantulum temporis computruerit morbo regio. Habens igitur senex Gazanum secũ, ascendit classem, quę Siciliam nauigabat. Cumq; venũdato euangeliorum codice, quem manu sua adolescẽs scripserat, dare naulum disponeret in medio fermè Adriæ, naucleri filius arreptus à dæmone, clamare cœpit & dicere: Hilarion serue dei, cur nobis per te & in pelago tutos esse non licet? Da mihi spatium donec ad terrã veniam, ne hic eiectus, præcipiter in abyssum. Cui ille: Si deus meus, ait, tibi concedit vt maneas, mane. Sin autẽ ille te eijcit, quid mihi inuidiã facis, homini peccatori atq; mẽdico? Hoc autem dicebat, ne nautæ & negociatores qui in naui erãt, se cùm ad terram peruenissent, proderẽt. Nec multo post purgatus est puer, patre fidem dante, & cæteris qui aderant, nulli se super eius nomine locuturos. Ingressus autem [73] Pachynum promontorium Siciliæ, obtulit nauclero euangelium pro subuectione sua & Gazani. Qui nolens accipere, maximè cùm videret illos,
H excepto illo codice, & his quibus vestiti erant amplius nihil habere. Ad extremum iurat se non accepturum. Sed & senex accensus fiducia pauperis conscientiæ, in eo magis lætabatur, & quod nihil haberet seculi, & ab accolis illius loci mẽdicus putaretur. Porrò recogitãs ne negociatores de Oriente venientes se notum facerent, ad mediterranea fugit loca, id est, vicesimo à mari miliario, ibiq; in quodam deserto agello, lignorum quotidie fascem alligans, imponebat dorso discipuli. Quo in proxima villa venundato, & sibi alimoniã, & his qui fortè ad eos veniebant, pauxillulũ panis emebant. Sed verè iuxta quod scriptum est: Non potest ciuitas latere super montem posita. Scutarius quidã cùm in Basilica beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immũdus spiritus, Ante pauMatt.5.b. cos dies Siciliam ingressus est Hilarion seruus Christi, & nemo eum nouit, & putat se esse secretum, ego vadam & prodam illum. Statimq; cum seruulis suis ascensa in portu naue, appulsus est
I Pachynum, & deducente se dæmone, vbi ante tugurĩ senis se prostrauit, ilicò curatus est. Hoc initium signorum eius in Sicilia, innumerabilem ad eum deinceps ægrotãtium, sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem: intantũ, vt de primoribus viris quidã tumẽs morbo intercutis, eodem die quo ad eum venerat, curatus sit. Qui postea offerens ei infinita munera, audiuit dictũ
Mat.10.a. saluatoris ad discipulos: Gratis accepistis, gratis date. Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Hesychius discipulus eius, toto senem orbe quærebat, lustrans littora, deserta penetrans. Et hanc tantum habens fiduciam, quia vbicunque esset diu latere non posset. Transacto igitur iam triennio, [74] audiuit Methonæ à quodam Iudæo, [75] vilia populis scruta vendente, prophetam Christianorum apparuisse in Sicilia, tanta miracula & signa facientem, vt de veteribus sanctis putaretur. Interrogatus itaque habitum eius, incessum & linguam, maximeq; ætatem, nihil dicere potuit. Ille enim qui referebat, famam ad se venisse tantum hominis testabatur. Ingressus igitur Adriam, prospero cursu venit Pachynum: & in quadam curui littoris villula, famam senis scisciatus, consona voce omnium cognouit vbi esset, quid ageret: nihil in K eo ita cunctis admirantibus, quàm quòd post tanta signa atque miracula, ne fragmẽ quidem panis à quoquam in illis locis accepisset. Et ne longum faciam, sanctus vir Hesychius ad magistri genua prouolutus, plantasq; eius lachrymis rigans, tandem ab eo subleuatus, post biduĩ triduiq; sermonẽ audit à Gazano, nõ posse senẽ iam in illis habitare regionibus, sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes, vbi & nomen & rumor suus incognitus foret. Duxit itaque eum ad Epidaurum Dalmatiæ oppidum, vbi paucis diebus in vicino agello mansitans, non potuit abscondi. Siquidem draco miræ magnitudinis, quos gentili sermone [76] boas vocãt, ab eo quòd tam grandes sint, vt boues glutire soleant, omnem late vastabat prouinciam, & non solum armenta & pecudes, sed agricolas quoque & pastores tractos ad se vi spiritus absorbebat. Cui cùm pyram iussisset præparari, & oratione ad Christum missa populo euocato, præcepisset struem lignorum scandere ignem supposuit. Tum itaq; cuncta spectante plebe, immanem L bestiam concremauit. Vnde æstuans quid faceret: quò se verteret, aliam parabat fugam, & solitarias terras mente perlustrans, mœrebat quod tacente de se lingua miracula loquerentur. Ea tempestate, terrę motu totius orbis, qui post Iuliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursum deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta de latere montium pependerunt. Quod cùm viderent Epidauritani, frementes fluctus & vndarum moles, & montes gurgitum littoribus inferri, verentes quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus subuerteretur, ingressi sunt ad senem: & quasi ad prælium proficiscentes, posuerũt eum in littore. Qui cùm tria crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contrà tenderet, incredibile dictu est in quantam altitudinẽ intumescens mare ante eum steterit: ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum est. Hoc Epidaurus & omnis illa regio vsq; M hodie prædicat, matres docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam, Verè illud quod ad apostolos dictũ est: Si credideritis, dicetis Mat.17.a huic monti, transi in mare, & fiet, etiam iuxta literam impleri potest, si tamen quis habuerit apostolorum fidem, & talem qualem illis habere dominus imperauit. Quid enim interest, vtrũ mons descendat in mare, an immensi vndarum montes repentè obriguerint, & ante senis tantũ pedes saxei ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoque perebruerat. Quod intelligẽs senex, in breui lembo clam nocte fugit, & inuenta post biduum oneraria naui, perrexit Cyprum. Cumq; inter Maleã & Cytheram piratæ derelicta classe in littore, quę nõ antemna, sed conto regitur, [77] duob9 haud paruis myoparonib9 occurrissent, & denuo hinc inde fluctus ocurrerẽt, remiges omnes qui in naui erãt trepidare, flere, discurrere, pręparare cõtos, & quasi nõ sufficeret vn9 nuncius, certatim seni piratas adesse dicebãt. Quos ille procul intuens subrisit. Et conuersus ad discipulos dixit: Modicæ inquit, Mat.14 fidei quare trepidatis? Nunquid plures sunt hi q̃

Pharaonis

A Pharaonis exercitus? tamē omnes deo volēte ſubmerſi ſunt. Loquebatur hic, & nihilominus ſpumantibus roſtris, hoſtiles turmæ † imminebant, †carinæ. iactu tantum lapidis medio. Stetit ergo in prora nauis,& porrecta cōtra venientes manu: hucuſq; ait,veniſſe ſufficiat. O mira rerū fides,ſtatim reſiliuere nauiculæ,& impellentibus contrà remis,ad puppim impetus redit. Mirabantur piratæ, poſt tergum ſe redire nolentes: totoq; corporis nixu,vt ad nauigiū peruenirent laborātes,velocius multo quàm venerāt,ad littus ferebātur. Prętermitto cætera,ne videar in narratione ſignorū, volumē extendere. Hoc ſolū dicā,quòd ꝓſpero curſu inter Cycladas nauigās, hincinde clamātiū de vrbibus &vicis,& ad littora concurrentiū, immundorum ſpirituum voces audiebantur. Ingreſſus ergo Paphum vrbē Cypri[78] nobilē carminib[9] poētarum, quæ frequenter terrę motu lapſa, nunc ruinarum tantū veſtigijs quid olim fuerit oſtendit, in ſecūdo ab vrbe miliario habitabat ignobilis,gaudēsq; quòd paucis diebus quietè viueret. Verùm nō ad plenum viginti trāſiere dies,cùm per omnē illam B inſulā quicunq; immundos habebant ſpiritus clamare cœperunt, veniſſe Hilarionem ſeruū Chriſti,& ad eum ſe debere properare. Hoc Salamina, [79]hoc Curium,hoc Lapetha, & vrbes reliquæ cōclamabant,pleriſq; aſſerentibus ſcire ſe quidē Hilarionem, & verè illum eſſe famulum dei, ſed vbi eſſet ignorare. Intra trigita igitur nec multo amplius dies,ducēti fermè,tam viri quàm mulieres, ad eum cōgregati ſunt. Quos cùm vidiſſet,dolēs quòd ſe non paterentur quieſcere, & quodāmodo in vltionem ſui ſæuiens,tanta eos orationum inſtantia flagellauit,vt quidam ſtatim, alij poſt biduum triduúmve,omnes verò intra vnam hebdomadam curarentur. Manens itaque ibi biēnio, & ſemper de fuga cogitans, Heſychiū ad ſe Veris tempore reuerſurum,Palæſtinam ad ſalutationē, fratrum,& monaſterij ſui cineres viſendos miſit. Qui cùm reuertiſſet cupienti rurſum ad Aegyptum nauigare,hoc eſt ad ea loca, [80] quæ vocātur Bucolia,eo quòd nullus ibi Chriſtianorū eſſet,ſed barbara tantū & ferox natio,ſuaſit vt in ipſa magis inſula ad ſecretiorem locū conſcenderet. Quē C cùm diu luſtrans omnia reperiſſet, perduxit eum duodecim milibus à mari procul inter ſecretos aſperoſq; montes,& quò vix reptando manibus genubusq; poſſet aſcendi. Qui introgreſſus,cōtemplatus quidē eſt terribilē valde & remotum locū, arboribus hincinde circundatum,habētem etiam aquas de ſupercilio collis irriguas,& hortulū peramœnum,& pomaria plurima, quorum fructum nunquam in cibo ſumpſit: ſed & antiquiſſimi iuxtà tēpli ruinam,ex quo(vt ipſe referebat & eius diſcipuli teſtantur)tam innumerabilium per noctes & dies dæmonum voces reſonabāt, vt exercitum crederes. Quo ille valde delectatus,quò ſcilicet[81] antagoniſtas haberet in proximo: habitauit ibi per annos quinque,& ſæpe inuiſente ſe Heſychio,in hoc extremo iam vitæ ſuæ tempore refocillatus eſt,quòd propter aſperitatē difficultatēq; loci & vmbrarum(vt ferebatur vulgò)multitudinem,aut nullus,aut rarus ad ſe vel poſſet, vel auderet aſcendere. Quodā autē die egreſſus hortulum,vidit hominē toto corpore paralyticū iacentem ante fores. Interrogauitq; Heſychiū quiſnam D eſſet,vel quomodo fuiſſet adductus. Qui reſpondens ait: procuratorē ſe fuiſſe villulę,ad cuius cōfinia †hortulus quoq; in quo ipſi erāt, pertineret. †al's,ius. Et ille collachrymans tendēsq; ad iacentē manū: Tibi,inquit,dico in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti ſurge & ambula. Mira velocitas. Adhuc verba in ore loquētis voluebātur,& iam mēbra ſolidata ad ſtandū,hominē ſurrigebāt. Quod poſtquā auditū eſt,etiā difficultatē loci,& iter inuium plurimorū vicit neceſſitas. Nihil æquè per circumitū cūctis villis obſeruātib[9], quàm ne quo modo elaberet. Diſſeminauerat enim hoc de eo rumor diu eum in eodē loco manere nō poſſe. Quod ille nō leuitate quadā,aut puerili ſenſu victus faciebat, ſed honorem fugiens & importunitatem. Semper enim ſilentiū & vitā ignobilē deſiderabat. Igitur octogeſimo ætatis ſuæ anno cùm abſens eſſet Heſychius,quaſi teſtamēti vice breuē manu propria ſcripſit epiſtolā, omnes diuitias ſuas ei derelinquens. Euangeliū ſcilicet, & tunicā ſacceā, cuculiam & palliolū. Nā miniſter eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaque ad ægrotantem de E Papho multi religioſi viri: & maximè quòd eū dixiſſe audierant, iam ſe ad dominū migraturū, & de corporis vinculis liberandū. Sed & Cōſtantia quædā ſancta fœmina, cuius generū & filiam de morte liberauerat vnctione olei, quos omnes adiurauit,vt ne pūcto quidē horæ poſt mortem reſeruaretur,ſed ſtatim eū in eodem hortulo terra operirent, ſicut veſtitus erat in tunica cilicina & cuculla,& ſago ruſtico. Iamq; modicus calor tepebat ī corpore,†nec præter ſenſum quicquā viui †pectore. hominis ſupererat,& tamen apertis oculis loquebatur: Egredere,quid times? egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto,& mortē times? In hæc verba exhalauit ſpiritū. Statimq; humo obrutū,antè vrbi ſepultū, q̄ mortuū nunciauerunt. Quod poſtquā Palęſtinæ ſanctus vir audiuit Heſychius, perrexit ad Cyprū,& ſimulans ſe velle habitare in eodē hortulo,[82] vt diligentis cuſtodiæ ſuſpitionem accolis tolleret,cum ingenti vitæ ſuæ periculo,poſt decē ferè menſes corpus eius furatus eſt. Quod Maio- F niā deferens,totis monachorū & oppidorū turbis ꝓſequētibus: in antiquo monaſterio cōdidit, illæſa tunica,cuculla & palliolo: & toto corpore quaſi adhuc viueret,integro: tantisq; fragrāte odorib[9], vt delibutū vnguētis putares. Nō mihi videtur in calce libri tacēda Cōſtantiæ illius ſanctiſſimæ mulieris deuotio,quæ perlato ad ſe nuncio, quòd corpuſculū Hilarionis Palæſtinę eſſet, ſtatim exanimata eſt,verā in ſeruū dei dilectionē etiā mortе cōprobās. Erat enim ſolita peruigiles in ſepulchro eius noctes ducere,& quaſi cum præſente ad adiuuandas orationes ſuas ſermocinari. Cernas vſque hodie miram inter Palæſtinos & Cyprios contentionem,his corpus Hilarionis, illis ſpiritū ſe habere certantibus. Et tamen in vtriſque locis magna quotidie ſigna fiunt, ſed magis in hortulo Cypri,forſitan quia plus illum locum dilexerit.

SCHOLIA.

POtuere attollere.) Magni refert à quo pingaris, aut à quo tua vita literis ꝓdatur. 2 Vel arietē.)Ita legis Danielis capite octauo: Etenim aries ſtabat ante paludē. Quanquā ex his arietibus alm ij terum

G terum interpretatur Darium auunculum Cyri, alterũ Darium quem deuicit Alexander Magnus. 3 Vel pardum.) Pardũ appellat Danièl capite.vij. Post hæc, inquiens, aspiciebã, & ecce alia bestia quasi pardus, & alas habebat quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia. Porrò regẽ hũc alatum pardum facit, q̃ incredibili celeritate mũdum pagrarit. Cęterùm p̃ quatuor capita, quatuor intelligi vult duces, qui suppresserunt Alexandrũ: Ptolomæũ, Seleucũ, Phi lippũ, Antigonũ. 4 Vel hircũ caprarũ.) De hirco memi nit cap. viij. Illud mirãdũ, hic Hieronymũ veluti dubitare, per quam harum bestiarum significatus sit Alexander, cùm illic interpretetur & Angelus, & hic ipse. 5 Ad Achillis tumulum.) Is erat sepultus in Troia. Cenotaphium erat in Chersoneso. Achillis laudes extulit Homer⁹ ĩ Iliade. Et Alexander iam puer amabat pædagogũ Leonidem: qui se Phœnicẽ appellare solitus est: Philippũ, Peleum. Nec tamen cõtigit Alexandro præco qualẽ optabat. Etenim cùm Apellẽ nactus esset pictorem, statuarium Lysippum, summos artifices: Cherylum habuit malum poẽtam. 6 Salaminæ Cy-
Salamina. pri.) Est enim in insula Cypro metropolis Salamina, siue Salamis, de qua sentit hoc loco. 7 Locis cõmunibus.) Taxat eos qui laudant nõ ad fidem historiæ, sed ad exemplũ: quomodo Xenophon laudauit Cyrum, tametsi malũ exemplar ille nobis proposuit. 8 Fauore magis q̃.) Ne quis putaret
H æmulatione factum, quòd Hieronymus idem tractaret argumẽtum quod tractauerat Epiphanius. Nam fauere videtur, q̃ absoluit quod alius cœpit. 9 Nec domini saluatoris.) Hoc est quod Christus ipse testatur in euangelio: Cecinimus vobis, & nõ saltastis: plãximus, & nõ luxistis. 10 Scyl leos canes.) Allusit ad fabulã Scyllę, quã poẽtæ fingunt pubetenus cinctam canibus, ob latratum vndarum. 11 Obturata aure.) Respexit ad fabulam Vlyssis qui cera sociorũ aures obturauit, ne cantu Sirenarum auocaretur. 21 Rosa de spinis. Rosæ apud priscos prima gloria fuit inter flores. Et tamen hæc in spinoso nascitur frutice, foliis etiã aculeatis. 13 Circi furoribus.) Romæ in circo agebantur certamina. Annotãdum ab Hieronymo notari, quod hodie principes Christiani prẽclarũ in primis ac verè regium putant, armatos hastis inter se concurrere, magno periculo, nullo fructu. Q uidam codices post hæc verba, circi furoribus habebant, nõ artificis furia, quæ puto addita ab indocto quopiã, qui conatus sit interpretari quid dixisset circi furores.

14 Non arenæ sanguine.) Siquidem in arena committebantur gladiatores, spectaculum homine prorsus indignum.

15 Non Theatri luxuria.) Luxuriam dixit, propter ostẽtationem barbaricarum opum. De qua meminit & in epi-
I stolis Horatius. 16 Vel exemplum, vel supplicium.) Supplicium, si puniti sunt nocentes: exemplum, si emendati sunt qui spectarunt. 17 A Maionia Gazæ emporio.) Vel hinc apparet Maioniam fuisse littoralem, quòd eam vocet empo
Emporiũ. rium Gazę, velut opportunam importationibus. Emporium enĩ Græcis est, qđ nobis mercatus, ab importãdo. Historia tripartita Maiomã appellat, nõ Maioniã: quę quũ pri⁹ esset port⁹ Gazæ ciuitatis, fauore Constãtini ciuitatis honore donata est, ne seruiret idololatris, & ex nomine Constantij Cõstãtini filij Cõstantia dicta est. Deinde p̃ Iulianũ in ditionẽ Gazensium redacta est & appellata Gaza maritima. 18
Ependyte. Ependyten.) Ἐπενδύτης Græcis dicitur vestis exterior, quasi dicas superindumentũ, quemadmodũ interior dicitur subucula, intima induisiũ. Vox quæ statim hoc loco sequebat in codicibus, eraciasten, in pleriſq; exemplaribus non habebatur, nec video quid sibi velit. 19 Post solis occasum.) Hoc erat antiquis ieiunium, nihil capere cibi toto die. 20 Per ætatem peccare.) Nonnulli codices pro peccare, habebant calcare. 21 Cæde manus.) Atrocẽ percussionẽ vocat cædem. Q uidã habebant cessione, opinor scriptũ fuisse cesione, per simplex, s. 22 Per æstus indagabo.) Non video qd hoc loco sibi velit indagabo, puto legendũ agam. Q uidã codices inducam habent, pro indagabo. 23 Iacens fortius.) Exemplo Moysi, qui orando felicissimè pugnauit. Iacentem vocat prostratum & supplicem in oratione. 24 Q uod

iunco & carice.) Carex herba est agrestis, sed spinosa: cùm iuncus sit leuis & enodis. 25 Lentis sextarium.) Lens le- Carex. K
guminis est genus vile & plebeiũ. Sextarius mẽsurę nomen.

26 Eleutheropolitana.) Eleutheropolis ciuitas est Syrię.

27 Præfectus prætorio.) Nam erant & præfecti ærario, & præfecti vrbis. 28 Hemitritæo pariter.) Hic quidam nõ intelligentes hunc locũ, pro hemitritæo mutarant, & meriti, sed prorsus ridiculè. Siquidem vt clarissimè docet Cornelius Celsus libro tertio ca. itẽ tertio: Tertianæ febris duo sunt genera, alterum quod eodẽ modo quo quartana & incipit & desinit, nec aliud discrimen est, nisi quòd vnum tantum diem præstat integrum, tertio recurrit. Alterum longè perniciosius, quod tertio quidem die reuertitur, ex octo autem & quadraginta horis, ferè sex & triginta per accessionẽ occupat, interdum etiam vel minus vel plus, nec ex toto in remissione desistit, sed tantũ leuior est morb⁹. Et ob id medici ἡμιτριταῖον appellarũt, quòd imperfecta sit tertiana, & propius ad quotidianã accedat. 29 Gazã & Marnas.) Marnas. Marnas dei nomen est, vel dæmonis potius, qui illic colebatur, de quo dictũ in superioribus scholijs. 30 Rinocoruiæ.) Q uidã codices habebant Rinochę, verùm vtraq; lectio mẽdosa est, legẽdum est autem Rhinocuraræ. Id est oppidũ Aegypti, sic appellatũ, q̃ olim incolæ sũmas nares haberẽt incisas: id quod nunc videmus in equis quibusdã: Autor Stephanus. Propius ad veram lectionẽ accedebant, qui habebãt L
Rinocoruræ. 31 Si asinos vinceret.) Nam horũ est gestare onera: hominis est ingenio valere magis quam corpore.

32 Meũ Palæstritã.) Palęstra luctа, Palæstrites luctator.

33 Gazarius siue Gazanus Maramites.) Q uidã habebãt, Zanamenus Manumites. Suspicor Gazamus nomẽ esse proprium, & pro Maranites legendũ Maiomites, siue Maiomenus. Nam id temporis Maiomæ nomen adhuc vetus manebat. Et fit mentio de ora maris. Maioma autem portus erat Maioma.
Gazæ 34 In saxa durescentibus.) Simile quiddã videmus in Britannia apud Londinum. Nempe limum marginis, defluente subinde aqua, paulatim in saxa durescere, manẽte tamẽ pristina limi specie. 35 Perdit tactũ.) Subaudi, pristinum. Non est idem tangenti, & tamen idem est aspectui.

36 Q uasi consiliorũ deo.) Pro his verbis quasi cõsiliorum deo, ex codicib⁹ variè deprauatis coniectura suadet legendũ Cõso, quasi cõsiliorũ deo. Q uidã codex pro Cõso, habebat cõsulẽ, alius cõscio. Vnde nõ est dubiũ, quin sit vera lectio, Conso. Festus enim Pompeius fragmẽtorũ libro tertio: Cõ- Consualia
sualia, inqt, ludi dicebant, quos in honorẽ Cõsi faciebãt, quẽ deũ cõsilij putabãt. Item M. Varro libro de lingua latina. v. Consualia, inquit, à Conso, quòd tum feriæ publicè ei deo & in circo ad aram eius ab sacerdotibus fiant ludi illi qui- M
bus virgines Sabinæ raptæ. Historiæ & Consualiũ meminit Titus Liuius lib. ab vrbe condita primo. 37 Maleficum Maleficus
Christianũ.) Maleficum vocat, nõ simpliciter eum qui malè facit, sed q̃ magicis & improbatis vtitur artibus. Christiani quondã laborarũt hac infamia, propter miraculorũ nouitatem. 38 Ad suppliciũ poscunt.) Nõ admodũ refert commemorare, q̃ variè fuerit hic locus deprauatus. Verùm collatis diuersis deprauationibus, ita legendum esse deprehendimus: Porrò furentes aduersarij, Hilarionem maleficum Christianum ad supplicium poscere. Indubitata ergo victoria, & illis & multis retrò Circensibus plurimis, fidei occasio fuit. Sensus est: Occasione huius victoriæ plurimos ad fidem Christi fuisse conuersos, non solũ in illis ludis Circensibus, qui tum agebantur, verũetiam alijs multis Oppidò
ordine secutis. 39 Oppidò virginẽ dei.) Oppidò hoc loco, ni fallor, aduerbiũ est, pro valde: & deperire posuit, pro Deperit.
adamare. 40 Morituræ virginitatis.) Vt eleganter lusit in verbi metaphora. Sunt enim apud medicos morituri hominis indicia quædã, ita sunt, & virginitatis. 41 Perrexit Memphim.) De hac vrbe Aegypti prodigiosissima memorantur super illusionibus dæmonum & magorum ostentis.

42 Aesculapij vatibus.) Hi magicis incantamentis pollicebantur remedia morborũ, quales sunt hodie quoq; inter Christianos, tam impudẽtes vt ausint eiusmodi promittere:

& reperiunt

A & reperiũt tam ſtultos,vt credãt illos poſſe præſtare. 43 Nõ remediantis.)Remediari dixit,pro mederi.Quod verbi,non recordor vſquã legiſſe me,niſi quòd hic eodẽ vtitur aduerſus Iouinianũ,addito vt hic quoq; facit,accuſandi caſu. 44 Aeris Cyprij.) Genº eſt æris,mollius,& ad ſculpturã magis accõmodũ. 45 Qui licio.) Licia fila ſunt, quibus implicatur ſtamen,Ea detracta è ſtamine, putabant in maleficijs efficaciã habere.Teſtis Vergilius.Et item Plinius oſtendit licium telæ detractum,ſeptenis nodis alligari ſolitũ, ſic vt ad ſingulos nodos viduã aliquam nominarent. Id exiſtimabãt remedio eſſe morbis inguinũ. 46 Et lamina.)Vtraq; res mollis, filũ & lamina Cyprij æris,in quo magicæ imagines erant depictæ. 47 Signa iubere perquiri.)Veluti deprehenſurus,an vera dixiſſet dæmon. Mirum eſt autẽ, quod hic de vna virgine narrat Hieronymus, ſed ætate noſtra rem vidimus multo prodigioſiorẽ, in frequenti virginũ monaſterio,quod eſt in Hannonia,vulgò dictum Keinout.Ea res non mediocriter torquebat humaniſſimũ præſulẽ & verè patrẽ,epiſcopũ Cameracẽſem Henricum,inter inclytos illos Berganę ſtirpis heroas,tũ natu maximum. Nã apud hunc id tẽporis admodũ iuuenis viuebã. Quæ gymnaſia vir ille ſuper hac re nõ cõſuluit? Quos nõ B adduxit,quos exiſtimaſſet vel eruditione pollere,vel ſanctimonia?Nemo nõ ſtupefactus diſceſſit.Nec prius extinctum eſt hoc malum,q̃ extinctis ad vnã virginibus,quæ fuerant à Cãdidatº. dæmone correptæ. 48 Candidatus Cõſtãtij.) Candidatum vocat,quòd ambiret apud imperatorẽ honorẽ militię. 49 Rutilus coma.) Hinc Horatius:Nec fera cærulea domuit Germania pube. 50 Inter Saxones & Alemãnos.) Hanc hodie vulgò non Franciã,ſed Franconiam appellant. Neq; enim accipi poteſt de Francia Galliarum, ea parte in qua ſunt Pariſij. 51 Francã tantũ & Latinã.) Francã linguam appellat eã,quæ nunc eſt Germanica. 52 Nõ idioma.) ἴδιωμα Græcis proprietas eſt. Habet vniuſcuiuſque gentis ſermo, neſcio quid ſuũ & peculiare. 53 Bactrum camelum.) Addidit nomen gẽtis,quòd illinc maximi mitterẽtur. 54 Submiſſumq; caput.)Nã cameli natura ſunt erecto & prælongo collo. 55 Et ad profectum animæ.) In nonnullis ſcriptũ erat,pro affectu animi. 56 Quãuis humilẽ.) Quanuis dixit,pro quantũuis, vt aliãs admonuimus. 57 Cades.)Ea dicitur Cades Barnæ. Eſt in deſerto,cõiungit ciuitati Petræ in Arabia. 58 Peruenit Peluſium. Peluſium.)Peluſiũ ciuitas in extremo Nili oſtio Orientem verſus.Verũ magis mihi placet,quod in alijs erat exẽplaribus, Eluſam.Ea ciuitas eſt nũc Palæſtinæ quondã Arabiæ, teſte Stephano. Nã Peluſiũ in Aegypto eſt. 59 Ob luciferũ.) C Quem & heſperũ vocant.Hanc enim ſtellam,Veneris eſſe putant. 60 Syra Barach.) Alij ſcriptum habebãt Barecho. 61 Lineam mitteret.) Id eſt,vt ducta linea circunſcriberet locum extruendæ eccleſiæ, quod olim in vrbibus quoq; condẽdis religioſẽ fiebat. 62 In mãſionem poneret.) In alijs habebatur,in manſionũ ordine poneret. Manſiones autẽ vocat, vbi quieſcitur in itinere. 63 Vaſtitas & iudiciũ.) Sic habebãt exẽplaria permulta,ſed palàm eſt Iuſtitium. iuſtitiũ eſſe legendũ.Iuſtitiũ autẽ eſt, quando diebus nefaſtis nihil agere publicè licet.Hic lõgius trãſtulit,ad omniũ rerum intermiſſionẽ,& quaſi publicum luctũ. 64 Id eſt poſt ſolis or.) Rurſum interpretatur,quid ſit ieiuniũ:nẽpe totũ diẽ à cibis abſtinere. Atq; id vocat habere viaticũ, nõ egere cibo. 65 Qui dicitur Lychnos.)In nõnullis exemplaribº habebatur, Lith pro Lychnos.Et pro Theribatum Thabotũ. 66 Philemonẽ.) Pleriq; codices habebãt Philonem. 67 Et dromedis.) Dromadas vocat animal ad curſum idoneũ,& hinc vocabulũ. 68 Præterea in ſublimi.) Hic locus diuerſus habebatur in exẽplaribus. In quibuſdã ita ſcriptũ erat:Quaſi per cochleã aſcendentibus,vt arduæ valde,duæ eiuſdẽ menſuræ cellulæ videbant.In alijs ſic erat:Quaſi per cochleã aſcẽdẽtibus, vt arduo valle adniſu,eiuſdẽ menſura cellulæ viſebant. 69 Martyriũ fa- Martyriũ bricaret.) Martyriũ appellat monumentũ,aut ſacellũ martyri dicatũ,vt Ἀνάκειον & ſimilia apud Græcos. 70 Plº

minus.) Ita loquimur,incertũ ſignificantes vtrũ paulo plus D fuerit, an paulo minus. 71 Ad ſolas inſulas.) Solas vocat deſertas.Nã & locus ſolus dicit,in quo nemo verſatur, Solus. vt apud Ouidiũ:Loca ſola nocẽt,loca ſola caueto. 72 Ad extremũ conuaſtatus.) Quidã hunc locũ ita deprauarant: Cõmẽdatis fratribus ei,qui ei miſſa detulerat.At dubiũ nõ eſt,quin ſcribẽdũ ſit cõuaſatis. Eſt enim cõuaſare in ſarcinã cõponere,quod velis aſportare.Ita ſeruus ille Terẽtianº: Cõuaſare. Aliquid cõuaſaſſẽ,& ſenis vltus eſſem iracundiã. 73 Pachynũ.)Sicilia tria habet promõtoria:Pachynũ,quod Græ- Siciliæ pcia ſpectat.Lilybeũ, quod Africã.Pelorũ, qđ ad Italiã ver- montoria. gens,Scillę aduerſũ eſt. 74 Audiuit Methonę.)De Methona diximº in Epitaphio Paulæ.Quidã codices habebãt, Methono. Habeť autẽ & huius nominis ciuitas in Arabia. 75 Vilia populus ſcruta.) Alluſit ad illud Horatianum in epiſtolis:Vilia vẽdentẽ tunicato ſcruta popello. 76 Boas vocãt.)Nimirũ à Greca voce, βόας,quæ boues ſignificat. 77 Duobus haud paruis myoparonibº.) Myoparo,ſiue vt Myoparõ. Græci Myoparon genus nauigij eſt,ad curſum & celeritatẽ paratũ. 77 Hinc inde fluctus occurrerẽt.)Eſt enim circa Maleam promontoriũ periculoſiſſima nauigatio,qđ Gærco quoq; teſtatũ eſt Prouerbio. 78 Nobilẽ carminibº.) Nã ipſam Venerẽ Paphiã appellãt,quòd illic olim coleretur. E 79 Hoc Corion,hoc Lapithæ.)Hæc nomina varijs modis erãt deprauata, vt cuiq; venerat in mentẽ, ita mutata ſcriptura.Verũ haud dubiũ eſt quin legendũ ſit, Curiũ & Lapethos iuxta deſcriptionẽ Ptolemæi . Significat enim vniuerſam inſulã Cyprũ,cuius præcipuè ſunt vrbes quas recẽſuit Salamina ad Orientẽ,Paphos ad Occidentẽ, Lapethus ad Septẽtrionẽ,Curiũ ad Meridiẽ. 80 Quæ vocanť Bucolia.)Quaſi dicas bubulcorũ loca,ſiue ſedes. 81 Tãtos agoniſtas.)Sic habebãt pleriq; codices. Alij pro Agoniſtas mutarãt,quos deſiderabat.Ego nõ video quid hoc loco velit,tãtos,quaſi vel maiores eſſent hi cæteris,vel plures. Vnde cõijcio legendũ,pro tãtos Agoniſtas, antagoniſtas,quod Græcis ſignificat aduerſarium certaminis ἀνταγωνίστης. 82 Vt diligẽti cuſtodia ſuſpitionẽ oculis tolleret.)Sic habebãt aliquot exẽplaria:Verùm ex alijs nõ minus,ſed aliter deprauatis,colligo legendũ : Vt diligentis cuſtodiæ ſuſpitionem accolis tolleret,vt hic ſit ſenſus, eũ ob id ſimulaſſe velle commorari ſe in eo hortulo, ne alioqui veniret in ſuſpitionem accolis eius loci, quod tam diligenter obſideret & obſeruaret ſepulchrum.

ARGVMENTVM EPISTOLÆ ſequentis.

Depinxit ſolitarium,depinxit celebrem, depingit hic captiuum & agitatum.Luſit & in hoc argumento,ingenij F exercitandi gratia.Cæterùm varietatem lectionis,apparet nõ caſu,ſed ſtudio alicuius accidiſſe.

DE VITA MALCHI CAPtiui Monachi.

QVi [1] nauali prælio dimicaturi ſunt, antè in portu & ī trãquillo mari flectunt gubernacula , remos trahunt, [2] ferreas manus, & vncos præparãt, diſpoſitũq; per tabulata militẽ,pendẽte gradu,& labente veſtigio ſtare firmiter conſueſcũt,vt quod in ſimulachro pugnæ didicerint, in vero certamine nõ phorreſcãt. Ita & ego q diu tacui(ſilere quippe me fecit, [3] cui meº ſermo ſuppliciũ eſt)priº exerceri cupio ī paruo opere,& veluti quandã rubiginẽ linguę abſtergere,vt venire poſſim ad latiorẽ hiſtoriã.Scribere emī diſpoſui(ſi tamẽ vitã dñs dederit,& ſi vituperatores mei ſaltẽ [4] fugientẽ me,& incluſũ perſequi deſierint)[5] ab aduẽtu ſaluatoris vſq; ad noſtrã ætatem,id eſt,ab apoſtolis,vſq; ad noſtri tẽporis fecẽ, quomodo & per quos Chriſti eccleſia nata ſit,& adulta, perſequutionibus creuerit, martyrijs coronata ſit:[6] Et

Fidei Christianę declinatio.

G postquã ad Christianos principes venit, potentia quidẽ & diuitijs maior, sed virtutib⁹ minor facta sit. Verùm hæc aliàs. Nũc quod imminet explicemus. [7] Maronia triginta fermè milibus ab Antiochia vrbe Syriæ, haud grandis ad Oriẽtem distat viculus. Hic post multos, vel dominos, vel patronos, dum ego adolescẽtulus morarer in Syria, ad [8] papæ Euagrij necessarij mei possessionẽ deuolutus est, quẽ idcirco nũc nominaui: vt ostẽderẽ, vnde nosse qđ scriptur⁹ sũ. Erat igit illic quidã senex noie [9] Malch⁹, quẽ nos Latinè regẽ possum⁹ dicere, [10] Syr⁹ natiõe & ligua, & vt reuera αὐτόχθων, Anus quoq; i ei⁹ cõtubernio valde decrepita, & iã morti ꝓxima videbat, tã studiosè ambo religiosi, & sic ecclesię limẽ terẽtes, vt Zachariã & Helizabeth de euãgelio crederes, nisi ꝙ Ioãnes in medio non erat. De his cùm curiosè ab accolis quærerẽ, quænã esset eorũ copula: matrimonij, sãguinis, an spũs: oẽs voce cõsona, sctõs & deo placitos, & mira nescio quę respõdebãt. Qua cupiditate illect⁹, adors⁹ sũ hominẽ, & curiosius scisc itãs rerũ fidẽ, hęc ab eo accepi. Ego, iquit, mi nate Maroniaci agelli
H colon⁹, sed solus parẽtib⁹ fui. Qui cùm me quasi stirpẽ generis sui, & hęredẽ familię suæ ad nuptias cogerẽt, monachũ potius me velle esse respodi. Quãtis pater minis, quãtis mater blãditijs persequuti sint, vt pudicitiam ꝓderẽ, hæc res sola indicio est, ꝙ & domũ & parentes fugi. Et quia ad Oriẽtẽ ire nõ poterã, propter vicinã Persidẽ, & Romanorũ militũ custodiã, ad Occidẽtẽ verti pedes, pauxillulũ nescio quid portãs viatici, quod me ab inopia tm̃ defensaret. Quid multa? Perueni tandem ad eremũ [11] Chalcidos, quæ inter Immam & Essam magis ad austrũ sita est. Ibi repertis monachis, eorũ me magisterio tradidi, manuũ labore victũ quęritãs, lasciuiãq; carnis refrenãs ieiunijs. Post multos annos incidit mihi desideriũ, vt ad patriã pergerẽ. Et dũ adhuc viueret mater, iã em̃ patrẽ mortuũ audierã, solarer viduitatem eius, & exinde venũdata possessiuncula, partẽ erogarem pauperibus, partẽ monasterio cõstituerẽ. quid erubesco confiteri infidelitatẽ meã? partẽ in sumptuũ meorũ solatia reseruarem. Clamare cœpit abbas
I me⁹, diaboli esse tẽtationẽ, & sub honestæ rei occasione, latere antiqui hostis insidias. Hoc esse, reuerti canẽ ad vomitũ suũ. Sic multos monachorũ esse deceptos, nusquã diabolũ aperta frõte se prodere. Proponebat mihi exẽpla de scripturis plurima: inter quæ illud, quòd initiò Adã quoq; & Euã spe diuinitatis supplãtauerit. Et cùm persuadere nõ posset, prouolut⁹ genibus obsecrabat, ne se desererẽ: nec me pderẽ: nec aratrũ tenẽs, post tergũ respicerẽ. Vę misero mihi, vici monitorẽ pessima victoria, putans illũ nõ meã salutem, sed suũ solatiũ quærere. Prosequut⁹ ergo me de monasterio, quasi fun⁹ efferret, & ad extremũ valedicẽs: Video, ait, te fili satanę cauterio notatũ: nõ quęro causas, excusatiões nõ recipio. Ouis quæ de ouilib⁹ egredit, lupi statim morsibus patet. De Berœa ad Essam pergẽtibus, vicina est publico itineri solitudo, per quã Saraceni incertis sedibus huc atq; illuc semp vagantur. Quæ suspitio frequẽtiam in illis locis viatorũ cõgregat, vt imminens periculũ auxilio mutuo declinet. Erant in comitatu meo viri, fœminæ, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subitò equorũ camelorũq; ses-

sores Ismaëlitæ irruunt, crinitis vittatisq; capiti- K
bus, ac seminudo corpore, pallia & latas caligas trahẽtes, pendebãt ex humero pharetræ, laxos arcus vibrãtes, hastilia lõga portabãt. Nõ em̃ ad pugnãdũ, sed ad prędã venerãt. Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur. Ego iterim lõgo postliminio hæreditarius possessor, & serò mei consilij pœnitens, cũ altera mulierc ula in vnius heri seruitutem sortitus venio. Ducimur, imò portamur sublimes in camelis, & per vastã eremum semper ruinã timentes, pẽdemus potius q̃ sedemus. Carnes semicrudæ, cibus: & lac camelorũ, potus erat. Tandẽ grãdi amne trãsmisso, peruenimus ad interiorẽ solitudinẽ, vbi dominã liberosq; ex more gẽtis adorare iussi, ceruices flectim⁹. Hic quasi clausus carcere, mutato habitu, id est, nudus ambulare disco. Nã aëris quoq; intẽperies, nihil aliud pręter pudẽda velari patiebatur. Tradũtur mihi pascẽdæ oues, & in malorũ cõparatione hoc fruor solatio, quòd dominos meos, & cõseruos rarius video.
Videbar mihi aliquid habere sancti Iacob. Recor- Genes. 30. &. 30.
dabar Moysi, qui & ipsi in eremo quondam fuere L Exo.
pastores. Vescebar recẽti caseo & lacte. Orabã iugiter, canebã psalmos, quos in monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebãq; dei iudicio gratias, quòd monachũ quẽ in patria fuerã perditurus, in eremo inuenerã. O mihil vnquã tutum apud diabolũ. O multiplices & ineffabiles eius insidię. Sic quoq; latentẽ me inuenit inuidia. Dñs vidẽs gregẽ suũ crescere, nihilq; in me deprehẽdẽs fraudulẽtię, sciebã em̃ Apostolũ præcepisse: Dominis sic quasi deo fideliter seruiẽdũ, & vo- Ephe. 6. & Colo. 3. d. & 1. Timo. 6. & 1. Pet. 2. c.
lens me remunerare, quòd fidũ sibi magis facerer, tradidit mihi illã cõseruã meã, aliquãdo captiuã. Et cùm ego refutarẽ, dicerẽq; me Christianũ, nec licere mihi vxorẽ viuẽtis mariti accipere (siquidẽ captus nobiscũ vir eius, ab alio dño fuerat abductus) rursus ferus ille & implacabilis i furorẽ versus, euaginato me cœpit petere gladio. Et nisi cõfestim brachia tẽdẽs mulierẽ pręoccupassem, ilicò fudisset sanguinẽ. Iã igitur venerat [12] tenebrosior solitò, & mihi nimiũ matura nox. Duco in spelũcam semirutã, nouã cõiugẽ: [13] & pronubãte nobis mœstitia, vterq; detestamur alterũ, nec fatemur. M
Tũc verè sensi captiuitatẽ meã, ꝓstratusq; humi, monachũ cœpi plãgere, quẽ perdebã, dicens: Huccine miser seruatus sum? Ad hoc me mea scelera ꝓduxerũt, vt incanescẽte iã capite virgo, maritus fierẽ? Quid ꝓdest parentes, patriã, rem familiarẽ cõtẽpsisse pro dño: si hoc facio, quod ne facerẽ, illa cõtẽpsi: nisi qđ fortè ꝓpterea hęc sustineo, quia patriã desideraui? Quid agimus anima? perimus an vincim⁹? Expectam⁹ manũ dñi, an ꝓprio mucrone cõfodimur? Verte in te gladiũ, tua magis mors timẽda est, q̃ corporis. Habet & seruata pudicitia suũ martyriũ: iaceat insepultus Christi testis in eremo, ipse mihi ero persecutor & martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoq; micãtẽ gladiũ & acumine cõtra me verso: Vale, inquam, infœlix mulier: habeto me martyrẽ potius quàm maritum. Tunc illa pedibus meis prouoluta: Precor te, inquit, per Iesum Christũ, & per huius horę necessitatem adiuro, ne effundas sanguinem tuũ in crimen meũ. Vel si mori placet, in me primùm verte mucronẽ: Sic nobis potius coniungamur. Etiã si vir meus ad me rediret, seruarem castitatẽ, quam me cap-

A me captiuitas docuit, vel interirē potius q̄ perderem. Cur moreris, ne mihi iūgaris? Ego morerer, si mihi iungi velles. Habeto me ergo cōiugē pudicitiæ, & magis animæ copulā amato, quàm corpo ris. Sperent domini maritū, Christus nouerit fratrē. Facilè suadebimus nuptias, cùm nos viderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui, & admiratus virtutem fœminæ, cōiugem plus amaui. Nunquā tamen illius nudū corpus intuitus sum: nūquam eius cārnem attigi, timēs in pace perdere, quod in prælio seruaueram. Trāseunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores nos dominis fecerāt nuptiæ. Nulla fugæ suspitio, interdum & mensē toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum dum solus in eremo sedeo, & prēter cœlum terramq̄ nihil video, cœpi mecum tacitus voluere, & inter multa, contubernij quoq̄ monachorum recordari, maximeq̄ vultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq̄. Sicq̄ cogitās, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora quam corpora. Aliq̄
B herbarum quædam semina forcipe oris trahebāt, aliæ egerebant humum de foueis, & aquarū meatus aggeribus excludebant. Illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbā horrea verteret, illata semina præcidebāt, Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant. Quodq̄ magis mirum est in tanto agmine, egrediens non obstabat intranti, quin potius si quam vidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrum mihi spectaculū dies illa prębuit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarum solertiā nos mittentis, & pigras mētes tali exemplo suscitantis, cœpi tedere captiuitatis, & monasterij cellulas quærere ac formicarū illarum similitudinē †desiderare, vbi laboratur in medium, cumq̄ nihil cuiusquā propriū sit, omniū omnia sunt. Regresso ad cubile occurrit mulier: [14]tristitiā animi vultu dissimulare non potui. Rogat cur ita exanimatus sim. Audit causas: hortor ad fugā: nō aspernatur. Peto silentiū: fidē tribuit: & iugi susurro inter spem & metū medij fluctua-
C mus. Erant mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, vtres facio, eorūq̄ carnes viatico prępparo. Et primo vesperi, putantib⁹ dominis nos secretò cubitare, inuadim⁹ iter, vtres & partes carnium portantes. Cumq̄ peruenissemus ad fluuium, nam decē milibus aberat, inflatis cōscensisq̄ vtribus, aquis nos credim⁹, paulatim pedibus subremigantes, vt deorsum nos flumine deferente, & multo longius quàm conscenderamus, in alteram nos exponente ripam, vestigiū sequentes perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex parte lapsæ, vix tridui cibum pollicebātur. Bibimus vsq̄ ad satietatem, futuræ nos siti præparantes. Currimus, post tergum semper aspicimus, & magis noctibus ꝓmouemus, quàm diebus: vel propter insidias latè vagātium Sarracenorū, vel propter ardorē solis nimiū. Pauesco miser etiā referens: & si tota mente securus, tota mente corpore perhorresco. Post diē verò tertium, dubio prospectu procul aspicimus duos camelis insidentes venire concitos. Statimq̄ mens mali præsaga, putare cœpit dominū meditari mortem, solē cernere nigrescentem. Dumq̄ timemus, & vestigijs per

Prouerb. 6. & 30.

†sollicitudinem.

arenas nos proditos intelligimus, offert ad dexteram specus, longè sub terram penetrāns. Igitur timentes venenata animalia, nam solēt viperæ, reguli, & scorpiones, cæteraq̄ huiusce modi, feruorē solis declinātia, vmbras petere: intrauimus quidē speluncam, sed statim in ipso introitu sinistrę nos foueę credimus, nequaquam vltrà progredientes, ne dum mortē fugimus, incurreremus in mortē. Illudq̄ nobiscum reputātes, si iuuat dominus miseros, habem⁹ salutē. Si despicit peccatores, habemus sepulchrū. Quid putas fuisse nobis animi? quid terroris, cū ante specum haud procul starent dominus & conseruus, & vestigio indice iam ad latebras peruenissent? O multo grauior expectata, quàm illata mors. [15] Rursus cum timore & labore lingua balbutit, & quasi clamāte domino, mutire non audeo. Mittit seruum, vt nos de specu trahat: ipse camelos tenet, & euaginato gladio, nostrū expectat aduētū. Interea trib⁹ fermè vel quatuor cubitis introgresso famulo, nobis ex occulto tergum eius videntibus, nam oculorum istiusmodi natura
E est, vt post solē vmbras intrantibus, cæca sint omnia, vox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri. Quid statis? quid moramini? Exite. Dominus vocat, patiēter expectat. Adhuc loquebatur, & ecce per tenebras aspicimus leænā inuasisse hominem, & gutture suffocato, cruentum intrò trahere. Iesu bone, quid tunc terroris nobis, qd gaudij fuit? Spectabamus domino nesciente, hostē nostrū perire. Qui cū videret illum moras facere, suspicatus est duos vni resistere. Sed & irā differre non valens, sicut tenebat gladium ad speluncam venit, & furore †rabido serui increpās vecordiam, †clamore.
prius à fera tenetur, quàm ad nostras latebras peruenīret. Quis hoc vnquā crederet, vt ante os nostrum, bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similis ante oculos nostros versaba
F tur interitus, nisi quod tutius erat rabiem leonis, quàm iram hominis sustinere. Pauemus intrinsecus, & ne mouere quidē nos ausi, præstolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pudicitiæ tantū conscientia pro muro septi. Leęna insidias cauēs, & visam esse se sentiens, apprehensos mordicus catulos effert, †nobisq̄ cedit hospitiū, Neq̄ tamē satis creduli, statim erumpimus: sed expectātes diu: & egredi cogitantes, illius nobis figurabamus occursum. Sublato ergo horrore, & illa transacta die egredimur ad vesperam, vidimusq̄ camelos, quos ob nimiā velocitatē [16] dromedarios vocant, [17] præteritos cibos in ore voluere, & in aluū missos iterū retrahere. Quibus ascēsis, & noua[18] sitarcia, θid est, annonaθ refocillati, decima tādē die ad Romana per desertū castra venimus. Oblatiq̄ tribuno, rem ordine pandimus: inde trāsmissi ad Sabinū† †Sabiniā-
Mesopotamiæ ducē, camelorū preciū accepimus. num.
Et quia iam abbas ille meus dormierat in domino, ad hæc delatus loca me monachis reddo, hanc trado virginibus, diligens eam vt sororem, nō tamen ei me credēs vt sorori. Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit. Hæc ego vobis narraui senex, & castis historiā castitatis expono. Virgines castitatem †custodire exhortor. Vos narra- †virginite te posteris, vt sciant inter gladios, inter deserta & tatem.
bestias, pudicitiā nunquā esse captiuā: & hominē Christo deditum posse mori, non posse superari.

SCHOLIA.

G 1 QVI nauali.)Hāc Græci vocāt ναυμαχίαμ, Subsignificat autem hoc argumētū non esse serium, sed exercitādi stili causa sumptum. 2 Ferreas manus.)Harpagones vocant, quibus iniectis attrahunt nauim, commissuri. 3 Cui meus sermo sup.) Rufinum, ni fallor, significat, à quo omnia illius carpebantur. 4 Fugientem me.)Mutarat enim locum, cedēs aduersario, sicut alibi testatus est. 5 Ab aduētu.)Op⁹ quod hic pollicetur, opinor esse illud quod in viris illustribus sua recēsens, appellat χρονικὸμ omnimodæ historiæ. 6 Et postquam ad Christianos prīcipes.)Quid diceres Hieronyme, si nūc videres ecclesiam, tot regnis, tot opibus, tot bellis, tot victorijs, tot triumphis, tot legationibus prophanis, tot fœderibus, penè obrutam? 7 Maronias.) Quidam habebant Maronianus, sed deprauatè. Apud Ptolemæū legimus Maroniam, & conuenit locus ad Hieronymi descriptionem. 8 Papę Euagrij.)Hunc ostēdit & aliās sibi subsidio fuisse. 9 Malchus.)Hebręis מֶלֶךְ sonat regē. Inde libri Malachim dicuntur. 10 Thebaltonis indigena.) Hic locus non vno modo deprauatus fuit. E vestigijs puto legendū esse ad hūc modum: Syrus & natione & lingua & reuera αὐτόχθωμ. Porrò indigena eius loci, asscripserat aliquis, volens exponere, quid esset αὐτόχθωμ. 11 Chalcidos.)Chalcis est ad septentrionē Syriæ: Essa seu Issa littoralis est. Imma interior ad Orientē. 12 Tenebrosior solitò.)In omnibus exēplaribus pro solitò, habebatur solitudo. 13 Et pronubāte nobis.)Pronubæ est dictare verba nuptialia, bene ominata. Atqui hic malis ominib⁹ inibatur matrimoniū, vt vterq; alterum detestaretur: pronubari dixit, pro pronubæ officio Pronu- fungi. 14 Ob mœsticiam.)Quidam habebant iustitiam, bari. alij tristitiam: mihi mœstitiam magis probatur. 15 Rursus cum timore.) Locus hic planè deprauatus est, nec vno modo. Vide num sic legendū sit: Rursum timore labor: lingua balbutit: & quasi clamante domino, mutire non audeo. Vt sensus sit, Malchum inter narrandum pati denuo, quod olim in ipsa re fuisset passus. Aut sic: timore labor, lingua balbutit, & clamante domino mutire non audeo: Vt intelligas eum euocanti domino præ metu non ausum fuisse respondere. 16 Dromedarios.) Dromos enim Græcè cursus est. 17 Præteritos cibos.) Ruminat enim cameli. Sed vide num præstet legere prætritos. 18 Sitarcia.)σῖτος cibus, & ἀρκεῖμ sufficere.

Harpagones. Chalcis. Essa. Imma. Cicero.

H K

CATALOGI SCRIPTORVM
Ecclesiasticorum index.

1 Simon Petrus
2 Andreas
3 Iacobus frater domini
4 Matthæus
5 Iacobus Zebedæi
6 Philippus
7 Bartholomæ⁹
8 Thomas
9 Simon Canaanæus
10 Matthias
11 Timotheus
12 Titus
13 Crescens
14 Iudas
15 Paul⁹ apostol⁹
16 Barnabas
17 Lucas
18 Marcus
19 Ioannes
20 Hermas
21 Philo
22 Lucius Anne⁹ Seneca
23 Iosephus
24 Iustus
25 Clemens
26 Ignatius
27 Polycarpus
28 Papias
29 Quadratus
30 Aristides
31 Agrippa
32 Egesippus
33 Iustinus
34 Melito
35 Theophilus
36 Apollinarius
37 Dionysius
38 Pinytus
39 Tatianus
40 Philippus
41 Musanus
42 Modestus
43 Bardesanes
44 Victor
45 Irenæus
46 Pantenus
47 Rhodon
48 Clemens
49 Miltiades
50 Apollonius
51 Sarapion
52 Apollonius
53 Theophilus
54 Bacchylus
55 Polycrates
56 Heraclius
57 Maximus
58 Candidus
59 Appion
60 Sextus
61 Brabianus
62 Iudas
63 Tertulianus
64 Origenes
65 Ammonius
66 Ambrosius
67 Tryphon
68 Minutius
69 Caius
70 Beryllus
71 Hippolytus
72 Alexander
73 Iulius
74 Geminus
75 Theodorus
76 Cornelius
77 Cyprianus
78 Pontius
79 Dionysius
80 Nouatianus
81 Malchion
82 Archelaus
83 Anatolius
84 Victorinus
85 Pamphilus
86 Pierius
87 Lucianus
88 Philes
89 Arnobius
90 Firmianus
91 Eusebius.
92 Rheticius
93 Methodius
94 Iuuencus
95 Eustathius
96 Marcellus
97 Athanasius
98 Antonius
99 Basilius
100 Theodorus
101 Eusebius
102 Triphyllius
103 Donatus
104 Asterius
105 Lucifer
106 Eusebius
107 Fortunatianus
108 Acacius
109 Sarapion
110 Hilarius
111 Victorinus
112 Titus
113 Damasus
114 Apollinarius
151 Gregorius
116 Tacianus
117 Photinus
118 Scœbadius
119 Didymus
120 Optatus
121 Aquilius
122 Cyrillus
123 Euzoius
124 Epiphanius
125 Efræm
126 Basilius
127 Gregorius
128 Lucius
129 Diodorus
130 Eunomius
131 Priscillianus
132 Matronianus
133 Tiberianus
134 Ambrosius
135 Euagrius
136 Ambrosius
137 Maximus
138 Gregorius
139 Ioannes
140 Gelasius
141 Theotimus
142 Dexter
143 Amphilochi⁹
144 Sophronius
145 Hieronymus